mora petendi absolutio nē, & tunc aut suspensus sit pro magno, aut graui crimine, vel pro magna cā, vt quia contēnit suspensionem & tunc talis suspensus ab officio est suspensus et a beneficio. ar. c. alle. cū bono, de et. & quali. j. de pur. ca. cū inter. Et ita intelligo opinionem Tanc. & Ber. hic & suorum sequacium. vt dictū est, nec credo hoc casu verā opi. Io. notatā. l. 50. di. tudeat. quod tali suspensio tñ debeat relinqui vñ se & suos valeat sustentare, ne fame pereat: nā tunc deberet ei subueniri. vt 86. di. non satis & c. pastoralis. & no. Ber. in d. c. pastora. j. de app. hoc fallit in casu vbi in tali suspensione ab officio beneficiū sibi reseruaretur expressē. 28. dist. presbyterum. & ibi vide q̄ sunt leuia crimina & q̄ graua. Aut talis suspensio fit t̄pro leui crimine vel leui cā, & tunc talis suspensus ab officio non est suspensus a beneficio nisi aliud in snā sit suspensione iuris vel hominis exprimat ut j. de vita & ho. cleric. a crapula 3. 5. di. c. j. & ita intelligo opi. Ab ibi & Gof. in c. alle. pastoralis & ita vñ sentire & distinguere Io. An. extra de p̄n. c. cupiēs tēs super verbo suspensi in fi. in cle. & Ber. j. de offi. dele. sane. 2. alias. j. glo. pen. Si est suspensus ab officio particulariter, tñ talis suspensio in suis terminis est tenenda. arg. de p̄e. dist. ca. quicunque. §. pene. j. de ele. statutum. l. ii. & de hoc no. G. & Gen. de et. & qual. c. 2. in cle. Ad coherentia tñ seu dependentia exten duntur, vt j. de excc. præla. ex literis quod dicit vt no. p̄ Gen. in extrauag. suscepi regimini sup verbo a pontificali. bus & per Card. j. de sen. exc. c. j. in glo. hoc solū. l. 6. Si est suspensus t̄ a ceteris, vt ab ingressu ecclesie, tunc talis suspensio in suis terminis est tenenda. vt j. de sen. ex. is cui. lib. 6. de hoc et no. Athesis. l. 7. tit. de interdico, & suspensione arti. j. ver. item quicunque dicens fm Host. quod quicunque est suspensus ab ordine subdiaconi, vñ esse suspensus a diacono & presbytero nō ecōtra. j. de cor. vitiatu signifi. cavit & de cle. agro. presbyterum. Et suspensus a sacerdotibus est suspensus ab episcopalis: & non econtra. ergo & suspensus a collatione simpliciter vñ suspensus a collatione cuiuscunq; ordinis. Suspensus t̄ t̄ a collatione ordinis diaconi, & presbyteri nō videtur suspensus a collatione aliorū ordinū inferiorū. vt inuittur. j. de tempori. ordi. dilectus & c. lites in fi. & suspensus ab officio suspensus est ab episcopalis. quia suspensus ab officio inferiori suspensus vñ a superiori. Vtrū aut suspensus dicitur suspensus p̄petuo, vel ad t̄ps, dicā. j. de et. & quali. cum bone. Item si queras vtrum si suspensus a beneficio plura beneficia hñs ab oibus beneficijs sit suspensus, refertur, quia t̄ aut est suspensus a iure, & tunc aut crimen, vel offensa p̄ quod vel quā suspensio infligitur, non concernit certū beneficium seu certam ecclesiam. & tunc ab oibus beneficijs est suspensus: quia iura vbiq̄ue ligant & debent ab oibus obseruari. C. de tēpo. in int. rest. pe. l. ii. & s. de const. c. j. Aut t̄ crimē vel offensa p̄ quod vel quā suspensio infligitur, certam ecclesiam, seu certū beneficium respicit, & concernit. & tunc ad illam solā extenditur, nisi in iure d̄m exprimat ut j. de elec. cupientes. §. ceterum. & c. si p̄ promissarius. §. restringitur. l. ii. & aut est suspensus ab hoīe & tunc est suspensus tñ ab illis beneficijs quæ in territorio ipsius obtinet. arg. §. de consti. c. h. l. 6. & notant Inno. & Host. in d. c. pastoralis de app. ¶ Si queras an talis suspensus a beneficio durante tali suspensione, possit aliud beneficium acquirere, refertur j. quia aut est suspensus a iure, & tunc aut suspensio est lata p̄ crimine, vel offensa non concernente certū beneficium vel certā ecclesiam & tunc non pot̄ arg. j. de et. & quali. cum bono. vbi suspensio fuit lata a Papa qui est lex aſata in terris vt in aut. de consulibus in fi. coll. 4. & quia ius vbiq̄ue ligat. vt §. de consti. c. j. C. de legi. l. leges sacratisimæ licet ibi. in c. cum bono loquatur de suspensione simpliciter lata, & non separatur a beneficio pro crimine, vel offensa concernente certū beneficium vel certam ecclesiam, & tunc aut queris nunquid possit acquirere beneficium in illa ecclesia, & dic, quod non vt patet. j. de elec. per inquisitionem. cum ibi notatis per Ber. in gl. in fi. & per Io. An. infra de ele. cupientes. §. ceterum. in glo. no. ergo. & per G. & Gene. extra de et. & qua. c. 2. super verbo nocere in cle. Aut in alia ecclesia, & dic quod sic. arg. infra de elec. c. si cō promissarius. §. restringitur. lib. 6. aut est suspensus t̄ ab hoīe, vt puta ab ordinario suo, & tunc aut queris, nunquid possit acquirere beneficium in territorio suspendentis, & tunc aut facta est suspensio gñaliter ab oibus beneficijs suæ iurisdictionis, & tunc non poterit in iurisdictione sua durante, h̄mōi suspensione aliquod beneficium acquirere, vt in calleg. cum bono. Aut a certo beneficio, seu certa ecclesia, & tunc dic, quod sic, quia in illa ecclesia, a cuius beneficio est suspensus, non poterit eligi, in episcopum, vel aliud beneficium acquirere. Ita intelligo gl. Ber.

Ber. in cap. allegato per inquisitionem, in fi. & Inno. infra de excep. c. apostolice, sed in alia sic, ita intelligo glo. Ber. in c. allegato que videtur contraria glo. allegata in c. per inquisitionem j. de appellatio. pastoralis glo. fina. verbi. sed si suspensus. Aut q̄ ris nunquid t̄ possit acquirere beneficium extra iurisdictione suspendentis, & dic quod sic. arg. j. de consti. c. f. lib. 6. Credo tamen quod ordinarius possit subditum suum habitare, pro suis demeritis, etiam quo ad beneficia habenda extra suū territorium, cum hoc possit etiam quoad beneficia habita pendenda. quod tamen intellige si crimen hoc exigat & hoc facit definiendo & cum causa alias non excederet territorium suū sicut nec tempus suum iuxta not. §. de consti. ex literis. & j. de foro competen. postlasti. j. & hæc omnia t̄ intellige de suspensio a beneficio seu si esset suspensus a fructibus beneficij, siue parte ipsorum, quia talis potest acquirere beneficium in illa ecclesia etiam vt no. G. de monte Lau. in calleg. 2. extra, de etate & qualita in clemen. De suspensio vero ab officio cōstat q̄ non potest in aliquo loco beneficium acquirere, durante suspensione, vt hic & in cap. alleg. cum bono. Et est ratio, quia suspensus ab officio est suspensus vbiq̄ue: secus in suspensio a beneficio, vt no. plene Ber. in cap. allegato. pastoralis. de appella. & G. in cap. alleg. 2. de etate & qualitate. Decretalis ista cum sua materia facit ad questionem motam per Ioan. An. d. j. de reguliuris. c. mora. in nouella. libro 6. quæ talis est. Statutum episcopi priuat beneficiorum, qui inter mensē t̄ titulum institutum suū in memorialibus episcopi poni non faciunt: quidam canonici hoc facere omiserunt: tamen eis pacifice possidentibus vacauit ecclesia, & 2. prelatum elegerunt, queritur an valeat electio: hæc questio disputata fuit per Ioan. de Monte Mauro qui post multa argumenta, pro & contra dixit soluendo, q̄ valebit electio: quia ista exceptio vel oppositio non videtur admittenda, scilicet, q̄ hoc omiserunt cum puram sapiat negatiuam, quæ probari non potest. Circa quod est aduertendum, q̄ questio ista non dirigitur directe contra canonicos: quo casu possent procedere, quæ scripsit Io. An. post Inno. & Host. j. de accusa. super ijs. in gl. magna verbi. quid si obijciatur cum versequen. sed dirigitur ecōtra electū cum forsā eligentes nō sint in causa. hoc dicit etiam propter. c. statutus de confessis. lib. 6. nam positio, de hoc nō potest fieri electio cum de facto alie no maxime, quia in negatiua constitit, sibi constare non possit & per consequens non cogitur respondere, vt ibi no. in c. seq. Item, q̄ licet talis iure priuatus sit, ita, vt beneficium alteri cōferri possit: tñ remanet possessio, q̄ possessione priuari nō potest, nisi cā cognita. j. de præb. licet. 2. lib. 6. Si ergo t̄m est possessio in modum quare iuribus canonis, & possessionis in modo, eligēdo inter n̄ vitur? Hæc solutio placet dño Io. An. p̄ quæ bñ facit. §. de ele. in geneſi. ver. nec p̄missi. & hoc siue dicas oēs canonicos siue priuatos siue aliquos tñ ex illis, vt plene no. ibi.

- 1 Consuetudo secundum legem, hanc tollit
- 2 Consuetudine præter, supra vel legem, hanc tollit.
- 3 Consuetudinem generalem lege noua tolli.
- 4 Consuetudinem localem lege noua abrogante, tolli, alias contra
- 5 Consuetudinem loci lege priori tolli.
- 6 Consuetudinis ius nec natura nec diuinum abrogari.
- 7 Iusticia, & ceremonialia moribus abrogabilia.
- 8 Consuetudo an gentium ius, aut contra, tollat.
- 9 Consuetudo peccati inducitur non seruanda.
- 10 Consuetudinis rationabilis vis, quique accipienda.
- 11 Populi Romani hodierna potestas.
- 12 Populum, inſcio principe, legem condere quatenus verum.



Vnde tanto.

¶ Si queras, vtrum consuetudo deroget, vel præiudicet consuetudini, seu præiudicet consuetudini. [Et vtrum consuetudo in dilectis excuset, vide Henricum in c. j. de tempori. ord. & vide eum in c. pen. de eo qui f. quæ consuetudo debet attendi.] Distingue, aut consuetudo est secundum legem, aut præter legem, aut supra legem, aut contra legem. Si secundum legem, vt quia idem vult quod lex: tunc non tollit legem sed potius eā roborat, & cōfirmat, dūmodo sit rōnabilis, & scripta alias nō valeret. C. de legi. l. cū de nouo. C. q̄ sit lon. cōſue. l. fi. 8. di. c. frustra. in fi. j. de fin. infra. pastoralis. §. c. dilectus. Possūt aut lex, & consuetudo parere diuersos effectus sicut d̄ de duab. actio. ff. de act. emp. & v. l. nō est nouū. ff. de solu. l. q̄ hoīem. Si præter legem, vt in feudis, & similibus, tunc non tollit eā, sed vtraq̄ valet in casu suo, ceteris parib. ff. de legi. l. d̄ quib. in principio. & l. diuturna. 1. 1. di. in ijs. & c. catholica. 1. 2.

di. illa. j. de simo. ad apostolicē vt hic in §. licet r. responso. j. de sepul. c. de vxore. in fi. e. tit. licet. l. 6. s. e. c. 2. & c. cū olim. j. c. ti. c. cū in tua. l. 6. Si supra legē vt q̄ interpretatur legē vt §. c. cū dilectus. & ff. e. l. si de interpretatione. & l. seq. tūc idē. Si legē, tunc aut consuetudo præcedit legē, & lex subsequitur, aut ecōtra præcedit consuetudinem, & consuetudo subsequitur. Si cōsuetudo præcedit legē tunc aut consuetudo est generalis quæ per totum orbem; seruatur, aut est localis, seu particularis. Si generalis, tunc lex noua t̄ sibi contraria sibi in totum præiudicat, & eam abrogat, seu tollit in totum: quia abrogare est in totum tollere legem, derogare est pro parte detrahere legi. vt ff. de verbo. signi. l. derogatur, licet de ipsa non faciat mentionē ff. de aqua quotidiana & æsti. l. 1. §. ductus aquæ. 3. 2. q. 4. dixit Sara. & c. obijciuntur. ibi q̄ quando mos erat, crimen nō erat & c. & arg. j. de consti. c. j. l. 6. ibi quia tamen locorum & personarum singularium & c. ar. j. de consti. c. j. l. 6. a contrario sensu & hoc ibi no. Io. An. quia illud quod communiter tenetur princeps non præsumitur ignorare. vt ff. de testa. mili. l. communi iure, & quia alias talis lex generalis de nihilo operaretur quod non est dicendum. arg. ff. de lega. j. l. si quando 19. di. si romanorum. Si consuetudo est localis siue particularis & tunc aut lex contraria superueniens habet clausulam derogatoriam consuetudini quod est siue expresse impropet consuetudinem inducendam, siue simpliciter consuetudinem contrariam tollat, quia tunc intelligitur de inducta & inducenda in futurum vt C. de contrahen. emp. & vendi. l. dudum pro out hoc no. Iac. de Ra. & Cy. C. quæ sit lon. consuetu. l. 2. & tunc tollit eam. j. de biga. c. vnico. l. 6. & de cens. c. quanquam. e. li. Ita intelligit, Ber. illam. l. ff. de sepul. vi. l. 3. §. diuus. j. de fide instru. pastoralis in j. glo. in fi. & Archic. & Io. An. j. de consti. c. j. l. 6. Aut nō habet clausulam derogatoriam consuetudini, & tunc non tollit eam. vt no. Inno. §. ti. in fi. c. j. Et est hodie expressum j. de consti. c. j. lib. 6. Fallit in casu, vbi consuetudo localis est, sed ius commune contrarium secundo iuri, vt no. G. & Io. An. j. de consti. c. j. & Cardi. de filijs præf. c. j. lib. 6. Si lex præcedit, consuetudinem, t̄ consuetudo sequatur, tunc aut lex præcedēs habet clausulam derogatoriam consuetudini, vt quia prohibet in futurum contrariam consuetudinem introduci, vel tolli simpliciter consuetudinem contrariam, vt est dictū, & tunc præiudicat consuetudini sequenti, ita quod cōsuetudo sequēs non valet C. de vfuris. l. eos, de furtis in aurt. nauigia. C. communia de success. in aut. omnes peregrini. C. ne filius pro patre, in aut. habita. & j. eo. non putamus. l. 6. Aut non habet clausulam derogantem consuetudini, & tunc aut est contra ius naturale, & queritur, nunquid deroget iuri naturali, & dic q̄ non, vt hic in principio, & 8. di. c. veritate. quia illud est perpetuum & incommutabile, vt inſti. de iure naturali. §. de naturalia. Aut t̄ est contra ius diuinum, & tunc aut contra diuinum morale, vt contra decem præcepta moralia, quorum transgressio peccatum inducit, vt diliges dominum Deum tuum & c. tunc cōtraria consuetudo non valet vt hic, & 6. dist. §. his ita. idē si sit, vñ votū vel religionē nā tūc non valet cōsuetudo vt hic & vt no. Ho. j. de statu mon. cū ad monasteriū. §. i. refectorio. sup verbo plenius & melius d̄ san. g. & affi. q̄ p̄ ijs. sup verbo phibitos. Aut vñ misticū vt de sabbato seruado, vel de circūciſione, vel v̄ ceremonialia, vt non arabis cū boue, & asino, j. de elec. cū cām de pur. cap. post partum. cap. vnico. & talia iura non seruantur hodie bene ad litteram, & ideo contraria consuetudo valet vt in §. allegato his ita. §. di. c. j. & 2. quod dicit vt dixi plenius. §. de consti. c. j. & vide etiam quæ no. Card. j. eo. in rubrica in fin. l. 6. Aut est contra ius gentium t̄ vel ius positiuum, & queris, nunquid deroget iuri gentium vel iuri positiuo. & tunc aut est inducta per errorem, & tunc non valet. vt ff. de legi. l. quod nō ratione, aut ex certa scientia quod est saltem quando est communis & generalis, quia non est verisimile totum populum errare, & sic potest intelligi lex, de quibus in fi. & tunc aut queris de lege vel canone præceptum, vel inhibitionem, alias prohibitionem continentem, & talis per consuetudinem tolli nō potest. vt no. Host. j. de offi. ordi. inter cetera. de treuga & pace, c. 1. & gen. in extrauagati exccrabilis super verbo minus idoneus. Aut queris de lege, vel canone non cōtinente præceptū vel prohibitionē & tunc aut est irrationabilis puta q̄ est contra ius per quod seruatur ordo iudicarius, vt §. eo. ad nostrā. vel per quod exercetur ecclesiastica disciplina. §. e. c. cū iter. vel per quod vitatur anima detrimentum. §. e. quāto. & c. cū venereabilis. & c. ex parte. vel quia est ecclesijs onerosa. §. e. c. j. C. de sacr. fan. eccl. aut. casta & irrita. vel q̄ est cōtra publicā vtilitatē vt C. de præcl. impe. offe. l. nec dānosa. si cōtra ius vel vti. pub.

1 *vitima & talis non derogat legi, seu iuri. vt 8 di. mala consuetudo & c. sequenti. Et est ratio, quia sicut iuramentum non est vinculum iniquitatis, nec debet nutrire peccatum: talis non valet vt 22. q. 4. inter cetera. & j. de iur. iuran. quanto. ita nec privilegium vt j. de priuileg. ex tuarum. C. de raptu virg. l. vna ibi line fori prescriptione & c. nec consuetudo, nec consuetudo nec prescriptio vt j. de prescrip. c. si. nec etiam appellatio vt j. de ap. pel. ad nostram. & c. cum speciali. s. porro secundum Ioan. Hosti. ibi. & j. de preben. extirpande super verbo consuetudine, qualibet. & ad hoc concordat quod no. Hosti. hic. & Ho. & Io. And. j. de delict. pue. c. 2. dicentes t. q. consuetudo vel statutum per quod committentes furum vel homicidium vel simile crimen in pecunia tñ puniuntur sunt irrationabilia: quia id nihil aliud est quam homines venali exponere pretio, & incitare ad committenda peccata: talis. n. non timet penam pecunie qui suspendium, vel penam mortis non timet: illa ergo non est seruanda. ff. de pacl. si vnus. s. pacl. quæ. de penis. in l. seruorū, & l. aut facta. s. si. in l. vi. bo. rap. s. sed nedum in aut. de mandatis. princi. s. oportet. colla. 3. s. e. ex parte. j. de offi. or. irrefragabili. s. si. & c. dilectus. & videtur casus in aut. de coll. s. iubemus colla. 9. in hoc concordat. G. j. ne cle. vel. mo. c. vltimo. lib. 6. dicentes etiam, q. talia sunt contra legem Dei supra quam non est lex humana sed subtrus ro. dist. cap. j. ad id concordat quod ipse Hosti. not. in summa de pœni. & remis. s. quibus. & qualiter. s. si quis emat rem. & quod no. ipse Ho. j. de emp. & vendi. c. j. gl. j. episcopum dicens, q. contra peccatorum correctionem non currit consuetudo, vel diffuetudo, & quod no. Card. j. de priuileg. c. cum personæ. in glo. ex ti. priuilegij in questione, sed q. ro. & c. dicens q. priuilegium concessum non potest augeri per prescriptionem. Aut t. est rationabilis, & tunc aut est prescripta, & tunc derogat iuri positio: & etiam iuri gentium in totum si sit generalis vt in dicta. de quibus s. in ueterata. Si vero sit particularis, vel localis, tunc in loco illo tantum seruanda est sic loquitur. ff. communia prædi. venditor. s. si constat, & ff. de iusti. & iure. l. omnes populi. C. quæ sit lon. consue. l. 2. in l. de iure na. s. ex non scripto & l. 1. dist. consuetudinis. & hic & j. de elect. c. cumana. & c. cum ecclesia. Aut non est prescripta, & tunc non derogat vt hic & in d. c. cumana. & dic. q. ad hoc.*

11 *t. q. consuetudo valeat, sufficit, q. sit rationabilis, & prescripta vt hic no. Ber. in fi. & Ho. idem no. Compo. s. e. c. r. in gl. 8. dist. frustra. vbi de hoc. & j. dist. consuetudo l. 1. di. consuetudines, & quæ consuetudo sit rationabilis, vel non committitur arbitrio iudicis vt no. Hosti. s. in c. pr oximo in summa eod. titu. s. j. ver. bene dicit, & Archi. 4. dist. leges. glo. penul. & j. eo. titu. c. j. super verbo consuetudines. li. 6. & Io. And. ibi & hic. & illa que dicit hic Ber. in glo. fi. non sunt necessaria, seu modi necessarij, ad consuetudinem introducenda: sed sunt modi probandi consuetudinem iam introductam vt no. plene Ho. in summa. e. ti. s. qualiter probari debet, & j. de verb. signifi. c. abbate sane. vbi de hoc. Hodie vero, quia populus Romanus transfuit potestatem legis condende in Imperatorem. vt in l. de iure na. s. sed quod princi. dicunt quidam vt Pe. de Bel. perti. q. sicut i. populus Romanus non potest hodie facere legem, ita nec consuetudinem generalem, vel specialem quod non credo verum: quod dato, q. hodie populus Romanus non posset legem facere, de quo vide quod plene no. per Ho. in summa. ti. de constitu. s. j. quis possit ver. item populus & ver. sequenti, & per Io. & Archi. 2. dist. lex est, hoc est intelligendum de lege generali: sed specialem legem potest sibi facere vnusquisq. populus: & in hoc consentit princeps vt ff. de iusti. & iure. l. omnes populi, & sic possit etiam ignorante principe eadem ratione sibi facere consuetudinem particularem rationabilem, quia t. princeps nunq. vult facta rationabilia impedire, sed potius approbare. s. de rescriptis. si quando j. de offi. deleg. ex parte. 2. C. de legi. l. digna vox. & de hoc videtur casus. j. de consti. c. j. lib. 6. scilicet quod scientia principis non requiratur. Item dato, q. non posset facere legem generalem sine consensu principis, posset tamē inducere consuetudinem generalem, quam princeps presumitur scire. argum. entum. j. de postulatione prælatorum c. j. in fine. melius j. de consti. c. j. ver. quia tamen locorum, & personarū singularium & c. li. 6. a contrario sensu, & sic ex quo non contradicit presumitur in eius introductionem tacite consentire. arg. ff. de re iudi. l. sape. & j. de rescrip. cap. quamuis. lib. 6. Vnde credo quod in hoc casu scientia presumpta, & tolerantia principis sufficiat: immo. (quod plus est) Barth. Brixien. notat. 4. dist. s. leges quod consuetudo rationabilis prescribi potest sine scientia principis quia difficile esset eum omnes consuetudines quas seruantur, scire. Et idem no. Ho. & Io. And. j. de fide instru. ca.*

1 cum P. tabellio. licet Io. ibi. & Inno. s. eo. in rubrica & Hosti. ibi & in summa ti. de prescrip. sub rubrica de prescrip. rerū immobilium. s. quæres sub. s. de quibus ver. sed si queritur, & ver. sequenti. & Archi. 18. q. 2. c. vltimo. Dicat contra & male vt videtur per præmissa. Et vide Io. 12. di. illa gl. 1.

De postulatione prælatorum. Rubrica.

- 1 *Scientiam facti proprii presumi.*
- 2 *Ignorari factum alienum alibi publicatum presumi fallit. 3.*
- 4 *Ignorare publicata absentem presumi. Extendis. 5.*
- 6 *Ignorare facta aliena qui non presumendus.*



Adhæc. ¶ Si quæras, nunquid presumitur ignorantia, vbi scientia non probatur, sic distinguatur aut allegatur ignorantia facti: aut iuris. Si facti aut proprii, aut alieni. Si proprii, aut facti recetis, & propinquius: aut facti antiqui & multum remoti. Si facti recetis, & propinquius: tunc presumitur scientia, vbi ignorantia non probatur. ff. de iuris & facti igno. l. plurimum. de acquirere. hæredi. l. cū salsum. ar. ff. de pœnis. l. si diuturno. de le. j. l. si res obligata. C. de suscep. & ar. l. neminem. l. 10. Si facti antiqui & multum remoti tunc aut talis certat de lucro captando, aut de damno vitando, si de lucro captando, non presumitur ignorantia: nisi probetur. Si de damno vitando, tunc aut cū alterius iactura: & tunc non presumitur, nec excusat. ff. ad Velleia. l. quanquam, aut si ne alterius iniuria, & tunc presumitur & excusat. vt ff. de condic. indebi. l. sed & si me pite m. in prin. & de act. emp. & vend. l. si tibi liberum, & ita intellige quod legitur & no. ff. de lega. j. l. si res obligata. s. j. Si allegatur ignorantia facti alieni: tunc aut q. res de facto alieno, quod publice fit, & quod publice est notum, aut de tali facto, quod non sit publice, nec publice est notum. Si de facto alieno quod publice fit & publice est notum, tunc refert, quia aut illud factum sit publice, & est notum publice alibi, non in loco illius, de cuius ignorantia vel scientia agitur, vel tractatur, & tunc presumitur ignorans: nisi probetur scientia. Inno. hic super verbo editur in fi. idem Ho. j. de excep. c. exceptionem super verbo fatigetur, & Ber. & Ho. j. de iur. iuran. c. ad nostram, in glo. 2. arg. ff. de insti. l. sed & si pupillus. s. j. arg. hic in versi. cum & certa, & etiam a contrario sensu, vt 16. dist. quod dicitis a contrario, fallit extra de concess. præben. c. vniuerso, s. si in cle. & ibi hoc per G. de monte. Lau. Fallit etiam in citatione quæ sit publice in albo prætoris, vt legitur & no. ff. de iurisd. omni. iudi. l. si quis id quod perpetuæ, vel in auctoritate litterarum apostolicarum aut in aula papalis palatii postmodum publice ianuis maioris ecclesiæ: loci vbi cuma residet assignanda prout legitur & no. in extrauaganti Bonifacii octauæ quæ incipit rem non nouam, quæ moderatur extra de iudi. ca. dudum. in cle. vbi de hoc plene. Aut fit publice & est notum publice, in loco illius, de cuius ignorantia, vel scientia queritur, vel tractatur, & tunc aut ille grat. absens extra locum illum tempore publicationis illius facti, & tunc idē, scilicet, quod presumitur ignorans, nisi probetur scientia, & de testi. c. ex tenore. qui ma. accus. pol. c. cum in tua, a contrario sensu & no. Archi. in calle. qd. dicitis, hoc intelligo in recetia illius facti non aut postea semper. Aut non erat absens extra locum illi t. p. publicationis factæ, & tunc aut illo t. p. publicationis huius erat talis, quod ipsa publicatio t. seu ipsum factum publice gestū non potuit ad ipsius notitiam peruenire, vt q. infans, vel furiosus, vel alias grauitur infirmus, & tunc presumitur ignorantia, nisi scientia probetur vt in d. c. cū in tua. r. responso. ar. 15. q. j. illud. Aut erat talis quod publicatio, seu factū t. publice factū potuit verisimiliter ad ipsius notitiam peruenire: & tunc non presumitur ignorantia, sed potius scientia vt in d. c. cū in tua, ver. alioquin. ff. de insti. l. sed & si pupillus. s. prescribere, & hic & in c. allegato quo dicitis j. de presump. quanto. s. 2. di. proposuisti, ita intellige quod not. Io. 2. q. j. c. paratus, vbi dicit quod non pot. q. præteridere ignorantia de ijs, q. sunt inter vicinos, & quod notat Archi. 52. dist. c. nullus. 2. Si queratur de tali facto quod non sit publice nec publice est notum, tunc aut queris t. de ijs, q. quis ex officio tenetur scire, vel indagare, tunc presumitur scientia j. de elec. innotuit. ver. nec pbare cogimus ff. de eden. l. si quis ex argotarijs s. si. Aut est tale factū, qd. quis non tenetur scire, vel indagare, & tunc presumitur ignorantia vt ff. de proba. l. verius. & j. de reg. iuris ca. presumitur. li. 6. Si allegatur ignorantia iuris tunc non presumitur ignorantia: sed potius scientia, vt C. de iuris & fac. igno. l. constitutiones. de legi. l. leges sacratissime. ad l. cor. de fall. diuus. j. de reg. iuris. c. ignorantia. li. 6. Fallit in muliere, in milite, in pupillo, & in rustico, ff. de iur. & facti igno. l. regula, quod intellige vt ibi.

1 Supple-

- 1 *Sup. lere libellum iudici non licere.*
- 2 *Supplet in causa, quando cumq. iudex & 3.*
- 4 *Supplet omnia princeps.*
- 5 *Supplet sibi nota iudex. Fallit. 6.*
- 7 *Supplet ob publicam utilitatem iudex.*
- 8 *Omissa, peritur aq. iudex supplet. & 9.*
- 10 *Supplet non, nisi officio incumbentia iudex.*

Bona. ¶ Si quæras, vtrum, & q. iudex possit supplere, distigue, aut queris primo quando possit supplere & in quibus possit supplere. Si quando possit supplere & tunc aut vult supplere in principio cause, aut in medio, aut in fine. Si in principio cause circa libellum tunc refert, aut libellus est manifestissime in sui substantia defectiuus, vel ineptus, vel non. Si sic, aut queris, nunquid possit supplere ipsum t. corrigendo, vel emendando, & dic. q. non. aut ipsum rejciendo, & dentibus, vel manibus dilacerando: & dic. q. sic. j. de elec. const. de despo. smp. ad dissoluendum. de iudic. c. causam quæ. & c. examinata. C. vt nemo priuatus prædijs suis, vel alie. ti. impo. l. 2. in fi. ff. de offi. asse. l. j. si men. fal. mo. dixe. l. j. s. j. de accu. l. 2. q. vlti ma libellorum. r. 1. q. j. sacerdotibus. Aut non est manifeste sua substantia sui defectiuus vel ineptus, & tunc queris nunquid possit ipsum supplere rejciendo, & dic. q. no. aut ipsum faciēdo emendari, seu declarari, & dic. q. sic in l. de act. s. curare. C. de sent. quæ pro eo quod interest. l. vnica. Si queris vtrum possit t. supplere in medio allegando iura, dic. q. sic, vt hic. & C. q. pot. in pig. hab. l. asidius. in fi. ff. de leg. 3. l. Offidius, salias, incipit. Offidius. in Pand. Flo. ¶ Si quæras, nunquid t. possit supplere in fi. dic. q. sic, sicut bene iudicando, licet male fuerit allegata, C. vt quæ desunt aduoc. l. vnica. in fin. Item post sententiam, eadem tamen die, vt ff. de re iudi. l. Paulus. Si quis de secundo mōbro principali, in quibus possit supplere, refert, aut queris, vtrum possit supplere de iure, & dico q. sic, fm. oēs. vt C. vt q. desunt aduo. iudex sup. in rubro & nigro. & hic. & j. de testa. c. Raynutius. circa fi. vbi de hoc per Hosti. super verbo confir. maui. & de decimis. c. dudum. s. nos igitur. quod intellige. vt 5. Aut queris nunquid possit supplere de facto, & tunc aut queris de principe qui est supra legem, vt Papa vel Imperator, aut de alijs inferioribus iudicibus. Si de principe tunc dico t. indistincte q. pot. supplere & maxime de facto sibi notorio. j. de concess. præben. ex parte Altenos. s. de consu. cum dilectis. & cap. cum venerabilis. ff. de consti. princi. l. j. & de legi. & consti. l. princeps. & hic. & s. e. c. jar. C. de testa. l. omniū. quod intellige de facto sibi notorio alias quam vt Deo, nam de eo, quod esset notorium sibi, vt Deo supplere non posset ipsum peccatum reuelando, quoniam peccare mortaliter vt j. de offi. or. c. si sacerdos. de pœni. & remis. ca. omnis vt iusq. s. caueat. & probatur Io. 8. c. vbi dñs dixit mulieri peccatrix. cuius peccatum sciebat vt Deus mulier vbi sunt qui te accusant nemo te condemnavit: quæ dicit, nemo domine. Dicit autem ei Iesus, nec ego te condemno, vade, & amplius noli peccare: cuius ois actio nostra est instructio vt 2. q. j. Deus omnipotens, vbi hoc idem probatur. idē credo dicendum de eo quod est sibi notorium in secreto, & sub sigillo secreti quia nulli licet facere aliquid vnde reueletur confessio, vel secretū, & hoc communiter tenent Theologi. licet Innoc. innuat aliter. in cap. allegato omnis vbi de hoc dicam. Si de inferioribus iudicibus, tunc refert, aut queris, nunquid iudex possit supplere de eo, quod est sibi notorium, vt iudici, aut de eo quod est sibi notorium, vt Deo, aut de eo quod est sibi notorium, vt priuata personæ. Si de eo quod est sibi notorium vt iudici, t. vt quia illud factum continetur in actis, & apparet per acta, tunc potest de facto, tali supplere fm. Innoc. & Hosti. hic idem Archi. 3. q. 7. iudicet. pro hoc in l. de act. s. si minus. ff. de ferijs. l. 2. finium regun. l. si irruptione. s. fin. de edil. edict. l. bouem. s. aliquando. ita intelligo. ff. de peti. l. hæredi. l. si. & C. de tempo. app. l. 2. s. ff. arg. hic. & s. eo. cap. j. & per hoc dic. quod si pars aliqua non innotuit alicui rationi scilicet allegata & deducta in iudicio quia non credit releuari per rationem illam. Si tamen iudex videat debere pronuntiare per illam, potest pronuntiare per illam, & sic fuit. s. tit. proximo. cum dilectus. j. tit. proximo. ca. causam. de re iudic. cum Bertoldus. de concess. præben. cap. ex parte. & hoc cum ratio illa deducta est in iudicium alias secus, vt in cap. allegato. iudicet secundum Gof. qui ita nota. in cap. alleg. cum dilectus. s. titu. proximo. & Archi. qui ita notat, in c. allega. iudicet. Si est sibi notorium t. vt Deo tunc non potest, nec debet alicuo modo supplere. argu. j. de offic. ordin.

si sacerdos. de pœni. & remis. capit. omnis vt iusque sexus. s. caueat. Si queris de eo quod est notorium sibi vt priuato, quia forte erat ad fenestras suas, quando videt aliquem interfici, tunc aut queris, nunquid possit supplere in casu, vbi vertitur periculum animæ, si non suppleret, & tunc poterit de facto supplere, & excipere. j. de electio. cap. cum nobis olim. s. ijs igitur. & cap. dudum 2. j. responso. & de except. cap. exceptionem & eod. titu. cap. pia. in fin. li. 6. & ita potest intelligi. cap. alleg. dudum. j. de decimis. & ita intelligi cum Hosti. ibi. Aut in casu vbi non vertitur periculum animæ si non supplet: & tunc tunc queris nunquid possit supplere in casu, vbi si non suppleret, publica utilitas lederetur, & tunc potest, vt si videret militem tanquam procuratorem volentem procedere in iudicio, poterit ipsum repellere. ar. ff. de postu. l. quos prohibet. & C. de procur. l. militem. Ista duo membra ponit. Ho. hic & Archi. in cap. allegato iudicet. 3. q. 7. & vide quod no. G. de monte Lau. extra de offi. ord. cap. 1. super verbo correctio in fin. cle. Aut non lederetur publica utilitas, licet illa suppletio non fieret, & tunc aut queris, nunquid possit supplere in casu in quo ommissa suppletio processus iudicis non valeret: & tunc potest supplere vt in libello offerendo. j. de libel. obla. cap. j. seu saltem in petitione verbotenus proponenda & postea in scriptis redigenda: & dic. quod sic vt notat plene. Ioan. An. extra de verbo. signifi. sape contingit in clemē. Item de litis contestatione faciēda vt j. de litis contest. cap. iud. j. & ista fieri interest iudicis, ne sibi illudatur. ff. & de iudi. l. si prætor. de transac. cum hi. s. si prætor. de rebus eorum qui sub tute. sunt. l. magis puto. s. non passim. & s. in primis. illa tria membra proxima ponit Card. j. de elec. capientes. s. ceterum super verbo contumacia. lib. 6. Aut queris, nunquid possit supplere in casu, in quo ommissa suppletio processus iudicis processus suus nihilominus valeret, & tunc aut queris nunquid possit supplere de facto quod est notorium, & tunc dic. quod potest. vt in l. allega. si irruptione. & ff. de ferijs. l. 2. quia in illo iuris ordinem non seruare, est obseruare iuris ordinem vt j. de iur. iur. ad nostram. 3. cum ibi allegatis. & quia ibi fuisse citatio & sententia vt ibi not. Aut non est notorium t. & tunc aut pars est absens, cuius iustitiam iudex videt deperire, & tunc potest de facto supplere. vt C. de app. l. ampliore. & de tempo. appell. fin. Aut pars est presens, & tunc aut illud, circa quod iudex vult supplere dependet ex mero officio iudicis, & tunc parte etiam tacente potest supplere vt ff. de pet. hæredi. l. fin. de interrog. act. l. vbiunque. & de edi. edict. l. ediles. s. item sciendum. & de le. 3. l. Offidius prout. not. glo. ff. de damno infecto. l. si quis missum in glo. fin. pro hoc. j. de procura. auditis. Et hæc iura faciunt pro opinione domini Di. ni. ff. de damno infecto. l. 4. s. hoc autem. vbi dicit q. iudex, parte etiam non petente, potest facere condemnationem expensarum & hoc tenebat per s. allegatum. item sciendum. Si autem illud super t. quo iudex vult supplere non dependet ex officio suo, sed prouenit ex iure residente in persona partis, tunc iudex non potest supplere de facto tali, sed debet iudicare secundum allegata. 2. de offi. præsi. l. illicitas. s. veritas.

1 *Postulatio presentata irretractabilis: alias contra. 2.*

Bona. ¶ Si quæras, vtrum, & q. iudex possit supplere, distigue, aut queris primo quando a postulatione facta sit licitum: postulationibus resiliere, refert, quia t. aut ipsa postulatio est presentata superiori per postulantes, & tunc non possunt ab ea resiliere, vt hic & hoc tenent Hos. & Ber. hic j. c. pximo & fi. & j. ti. pximo. c. cū inter caponicos. & c. in casis & c. publicato. Aut non est presentata superiori, & tunc possunt ab ea resiliere licet et fuerit publicata, vt ar. a. vrio sensu. qd. est fortis simū iure. ff. de of. eius cui man. est iurisd. l. j. huius rei. j. de ijs q. sunt a pla. c. cū apostolica: & hoc tenet Ber. j. c. bona memoria magni. in gl. pen. & Tan. e. ti. c. casis. & Io. 28. di. de Syraculana. & Gof. Inn. Phi. & Io. s. c. pxim. & Inn. Hosti. hic. & Cōp. j. e. c. fi. & Gof. i. s. u. e. ti. s. i. de Arc. 61. di. s. fed aliā & j. e. c. vnico. l. 6. l. 3. Ber. teneat tñ hic & s. c. px. & j. e. c. fi. & j. ti. pximo. c. i. casis. & c. publicato. bonagui. & G. nazo j. c. pximo. & male. n. ill. d. c. publicato hēt locū i electione n. i postula.

Tsi vnanimiter. ¶ Si queris, quæ personæ possint & debeant eligi, & quæ postulari, vide per Cardin. j. eodem in rubrica. lib. 6.

- 1 *Eligendi ius moribus dari.*
- 2 *Eligendi patronus.*
- 3 *Prælatum eligit conventus qui accipiendum.*
- 4 *Confirmare cui liceat.*
- 5 *Præsentandi ius inferioribus beneficijs cum datum.*
- 6 *7. verius. 8. & 9. declaratur. 10.*



Nihilus in Ecclesia.

Si quæras ad quæ, vel ad quos spectare debet electio, seu provisio, refert, aut apparet tunc consuetudine rationabili, & præscripta aut non. Si sic, illa consuetudo est servanda. & sic aliquoties ad solum prælatum, aliquoties ad capitulum solum, aliquoties ad vtrunque simul, aliquoties ad extraneos spectat electio. vt s. de consue. c. cum dilectus. & j. e. scriptum est & c. cum ecclesia Vulturana. vbi hoc no. Inn. de excep. c. venerabilis in fi. vbi hoc no. Ho. & Io. An. de integ. resti. c. 2. de c. p. of. & proprie. cum ecclesia. & de verb. signi. c. abbate sine. de conce. præb. postulat. cum suis similibus. Si nō apparet de cōsuetudine rationabili & præscripta, tunc refert quia tunc ex fidi datione ecclesie apparet ad quem spectare debet electio. & tunc ad illum spectabit. 18. q. 2. Eleutherius. & in c. cum dilectus de consuetudine. Aut non apparet: & tunc aut quæris de prælatu rat cathedralis seu collegiatae vel conventualis ecclesie: & tunc de iure communis spectat electio ad capitulum collegium, vel conventum vt hic. & j. e. cum v. a. & c. congregato. 16. q. vlt. congregatio. & c. decernimus. j. de iure patro. c. nobis fuit. s. de consue. c. cum dilectus. vt hic tenent Inn. & Io. in cap. allegato cum venerabilis. in fi. & Ho. j. e. cum ecclesia Vulturana. & Inno. & Host. & Io. An. j. de statu. mon. c. monachi. §. fio. & quod dictum est de collegio, vel conventu intellige sane. Nam si vnum monasterium vel vnus prioratus subest alteri monasterio vel prioratu. vel ab ipso noscitur dependere, abbas prior vel monachi illius monasterij seu prioratus subditi vel dependentis non habebunt vocem in electione abbatis vel prioris monasterij seu prioratus superioris. licet etiam ad illum monasterium seu illum prioratum, superius vel superiorem possint liber reuocari per iura proxime allegata. Si tamen consuetudo esset in contrarium, seruanda esset. vt hoc not. Inn. Car. G. & Io. An. j. de priuile. volentes. in fi. l. 6. quæ consuetudo nō tollitur per c. ne in agro. §. sane de statu monacho. in cle. & ibi no. Ioan. An. super verbo consuetudine. p. quod patet q. priores prioratu, qui sunt extra monasterium vel monachi stantes in ipis prioratibus non sunt de conuentu monasterij principalis. Confirmatio vero electi ad proximum superiorem spectat. vt in tal legato. cum dilectus. & j. eo. cum dilecti. & c. venerabilem. §. 1. & c. nihil est. de quo per Gar. f. car. & Io. An. j. de elec. sciãt cum et in glo. de iure communi & c. & per Car. j. de regulis iuris. c. in generali. l. 6. Aut quæris de alio beneficio inferiori puta de ecclesia parochiali, decanatu, archidiaconatu, præbata, & similibus: & tunc aut est ibi patronus. aut non est ibi patronus ad ipsum pertinet presentatio; & institutio ad prælatum. j. eo. factos. de conce. præb. c. vlt. de iure patro. nobis fuit. & c. postulat. & c. pastoralis. vbi vide quod de hoc dicam 16. q. j. de cernimus. quod dic vt legitur & no. j. de præben. in Lateran. fi. de priuile. cum & plantare. §. in ecclesijs & in c. alleg. cum venerabilis. & c. cum ecclesia Vulturana. Si non est ibi patronus 7 tunc aut illa ecclesia est sita in parochia alterius ecclesie matricis. aut non. si sit tunc rector illius ecclesie matricis eligit, seu presentabit: & si sit negligens tunc episcopus ipsum ponet. vt legitur & no. per Io. 63. dist. c. principali. glo. fi. & per Archi. ibi in glo. j. istam sententiam ponit Ber. & Host. j. de eccl. adifi. c. 3. & in c. alleg. cum venerabilis de excep. per Inno. & Hosti. & Ioan. And. ind. Archi. 24. dist. qn de hoc et not. plene. 16. q. 7. nullus in glo. adde vel dic q. hoc. c. ibi concor. cum Inn. & Hosti. in c. allegato cum venerabilis in fine. & vide eum. 16. q. 7. de cernimus super verbo spectis. & j. de cap. mona. c. vnico. glo. j. in fi. l. 3. vbi hoc idem tenet. Aut non est sita in parochia alterius ecclesie: & tunc ad dioecesanum ista spectant, qui ecclesia providebit. 16. q. 7. omnes basilicæ. 10. q. j. regenda. fm Ho. & Compo. hic & Host. j. eod. cum ecclesia Vulturana. [Ego Henricus dico q. immo ad dioecesanum & capitulum suum insimul vt no. Ber. j. eod. cum ecclesia Vulturana.] nisi de consuetudine vel priuilegio aliud obtineat quia tunc secus vt j. ne sede vacante. c. vnico de regula. c. vlti. lib. 6. & hoc siue bona sint communia siue diuisa. licet si hoc dicat in summa huius titu. §. quis possit eligere sub. §. sed si quæris: q. vbi bona sunt communia tunc

prælatus confert de consensu capituli nisi prælati consuetudo tribuat q. consensum capituli non requiratur. j. de ijs quæ fia. p. lato ea noscitur. Si vero diuisa sunt prælati confert de t. consensu capituli. j. de ijs quæ fia. prælati quanto & ca. nouit. sed Ber. in c. alle. cum ecclesia Vulturana. f. q. ad vtrunq; simul spectat: & idem notant ibi Lauren. Vincen. Gof. & Ioan. And. idē no. Io. & Arch. 2. di. in summa. & c. j. & 6. alias 67. di. c. fin. & Ber. s. de consue. c. fi. super verbo rationabilis. & j. de supplen. neg. præla. c. fi. de offi. ord. ar. ref. in agibili. glo. vel per decanum & Archi. j. ne sede vacan. c. vnico. lib. 6. & Ioan. An. j. de refer. fi. p. parte. & de cap. mona. c. vnico. lib. 6. & Gen. extra de refer. ca. 1. lib. 6. & vt lite pen. c. j. in cle. & Cardi. j. de conce. præb. c. j. lib. 6. quod est vt verum etiã si in illa ecclesia vbi est beneficiu sunt plures clerici vel canonici non tamen vt collegiu vel vt corpus sed vt singulares personæ sicut sunt in ecclesijs sanctorum Ste phani, Benedicti & Meredici Parisiensis qui immediate subsunt capitulo ecclesie Parisiensis de quo plene per G. de monte Lau. in extrauaganti. Io. 22. quæ incipit. Suscepti regiminis in principio super verbo ecclesijs: & dicam. j. de iure patro. postulat. dist. vltima & q. plures sunt in ecclesia vt collegium. vel vt singulares personæ vide per abbatem hic. & per Inno. in callegato. postulat. de iure patro. & per Ber. j. de excep. præla dilecta, per Io. An. & Archid. 10. q. j. cap. j. Et adde quod dicam j. de ijs quæ fia. præla. c. nouit. & in dicto c. postulat.

- 1 *Eligunt non nisi ad secularia laici.*
- 2 *Electioem prælati recte petunt laici.*
- 3 *Electio quando postulata valeat.*



Sius.

Si quæris, nunquid electio facta per ministerium, seu suffragium laicorum valet, & tenet, refert, quia aut ipsa electio facta est per laicos ad dignitatem secularem seu officiu seculare & talis bene valet. ff. quod cuiusq; vniuer. l. j. & l. item eorū. §. si de curionis de tur. & cu. da. ab ijs. l. vbi absunt & j. eo. venerabile. aut dignitate ecclesiastica, seu ad offm vel beneficiu ecclesiasticu & tunc ipsa electio fit & celebratur per laicos: & tunc non valet. 16. q. 7. si quis clericus & c. per laicos & hic & j. c. Massana & c. qui quis. & c. sancto sanct. aut fit per clericos ad petitionem seu procuracionem clamorosa laicorum: ita q. ipsi clamor fit cā ipsius electionis & tunc nō valet vt hic & 8. q. j. licet. C. de penis. l. de curionum. §. l. j. ff. de ap. l. si constat. §. si dist. miramur. fm Inno. Host. & Abb. & Ioann. An. hic. aut per procuracionem impressiam, & tunc idem. j. q. bona. j. & c. qui quis. aut fit per clericos ad petitionem, seu procuracionem humilem & deprecatariam laicorum vt quia supplicant episcopo, suæ petunt ab episcopo sibi dari prælatu: & tunc aut petitio fit in genere nulla certa personæ expressa: & tunc valet. vt j. de statu mona. p. dei timorē: vbi hoc approbat Gof. & 16. q. j. si quis monachus. vbi hoc approbat Archi. Aut certa persona expressa & tunc aut eligentes habet respē etum principaliter ad ipsam petitionem laicorum & nō ad meritum personæ & tunc non valet. Aut non habent respectu ad petitionem ipsorum laicorum, sed ad meritum personæ: & tunc valet vt j. de era. & qua. tuto. & j. q. j. quibusdam. Aut fit per clericos nō ad postulacionem, alias procuracionem laicorum, sed laicis suffragium circa negotium electionis, nō in ipso actu, proprio electionis præstantibus, vt quia custodiunt electores auolentia & impressione, & tunc valet, vt j. de iure patro. nobis fuit cum ibi not. & 64. distin. principali. & c.

- 1 *Inquirenda vbi sint merita & 2.*
- 3 *Inquirenda electionis locus.*



Quotiam.

Si quæras in quo loco est faciēda inquisitio in & si p negotio electionis, vel postulacionis. j. Distingue, aut fit inquisitio de meritis electæ personæ, vel postulate: & tunc faciēda est inquisitio in loco, vbi fuit ouersata ga ibi pfumitur magis not. vt hic & j. iurib. hic alleg. tis in gl. 3. di. illud. 47. dist. de Pet. 24. q. j. pudē da. j. de pfump. quod da. ga talis estimationis h. q. 3. qualis est in ciuitate sua. ff. de q. l. de minore. in fi. & si in plurib. locis cō uersatus fuerit, tūc in oib. faciēda est inquisitio. ar. ff. ad munic. l. asuptio. §. iuris prudentib. aut fit inquisitio de forma & meritis electionis, vel postulacionis & tunc faciēda est inquisitio in loco vbi fuit electio celebrata vt j. e. c. fi. scriptu ē. & j. e. fi. l. 6. vbi d. hoc.

- 1 *Onus illiciti non inducendum.*
- 2 *Onus annexum imponi posse.*
- 3 *Statuti onus quando cumque imponibile.*
- 4 *Conditioni onus par, dispar non item recte imponi & 5. fallit 6.*

- 7 *Onus ante actum non exigendum.*
- 8 *Onus imponibile recte exigi. qui accipiendum. 9.*

Ignificasti.

Super glof. 2. Si quæris vtrum electio provisio vel postulatio imponi possit licite aliquod onus vel ab eo exigi, refert. Nam aut illud onus est de re, & super re de sui natu ra illicita & honesta vt est promittere impunitatem delinquentibus & similia: & tale onus nec potest imponi, nec impositu exigi, vt probatur. 8. q. 3. in fin. vbi de hoc. & capi. Artaldus vbi hoc no. Archid. super verbo post electionem. Aut de re & super re de sui naturalitate & honesta: & tunc aut quæris nunquid & quando possit imponi nunquid & quando impositum vel nondum impositum exigi possit. Si primo modo refert. Nam aut onus illud est annexum illi beneficio a sui fundatione & dic quod potest imponi. argum. ff. de pactis. l. in traditionibus. & infra de condit. appo. verum 18. quæstio. 2. capi. Eleutherius. vt not. Host. j. de præben. c. significatum. pro hoc facit q. expressio eius quod tacite intelligebatur in actu nō vi tiat, nec immutat actum. ff. de tute. l. muto. §. sub conditione. d. conditio. & demost. l. conditionis extrinsecus. & l. aliquando Aut non est annexum a sui fundatione, & tunc refert, quia aut onus illud sibi imponitur per modu statuti, aut per modu conditionis, aut per modum modi, aut per modum conuentionis vel pacti, vel alias. Si per modum statuti tunc dico t quod potest & ante electionem, & in electione, & post electionem ante electionem vel in electione siue postulatione. vt j. de præb. significatum, post vt hic & j. de iure iurand. ego N. & capi. nullus: & quod in dicto. cap. significatum fuerit statutum patet ga Papa illud confirmauit secundum Innoc. & Host. hic & Archi. 8. q. 3. in summa. Si per modum conditionis, vel modi, vel conuentionis, vel pacti. Tunc aut fit de spirituali ad spirituale. puta quia modus conuentio vel conditio est spiritualis & talis oneris impositio bene valet vt hic & in cap. allegato significatur. vbi hoc no. Hostien. & Goff. & Ber. hic in additione. & glof. & Archid. j. q. 2. quam pio glof. super verbo pactio. & Archi. in glo. sua aut epenult. & penult. & Vincen. Tanc. & Ber. infra. d. tranfactio. super eo. & Innoc. in cap. statuimus quod tamen nō credo verum indistincte, vt dicam in c. allegato super eo. ver. Aut quæris de compositione non gratuita, & c. Nam spiritualium ad spiritualia commutatio & permutatio fieri potest, vt j. de rerum permutacione ad quæstiones. Aut fit t de temporalibus ad spirituales: & tunc refert. aut imponitur ante electionem, vel provisionem, & tunc non potest imponi vt in d. cap. Artaldus. Aut in ipsa electione, seu collatione, vel provisione: & tunc idem vt j. q. 6. quam pio. & j. de pactis. cap. fin. Aut post & tunc potest t dummodo onus sit rationabile, & vtile, & non onerosum ecclesie. alias non vt not. glof. 8. q. 3. in summa & Innoc. & Abbas hic. & Archid. j. de iure iurand. cap. 1. lib. 6. in glo. 2. Si quæris quando onus iam impositum [vel nondum impositu] possit exigi: & tunc refert. aut exigitur ante electionem, collationem vel provisionem, & tunc nō potest exigi: immo hoc exigere esset imponiam vt no. Hugo. in c. allegato, Artaldus & refert Archi. in summa illius quæstionis. & j. de iure iurand. cap. 1. glo. 3. lib. 6. & Ioan. And. ibi post eum: & in hoc concordat Hostien. Raith. & Astensis. lib. 6. titu. de simonia. articu. 9. §. circa vero. Aut post, & tunc si est tale t onus quod possit imponi de quo die vt s. potest exigi: siue ante consecrationem & post consecrationem siue etiam forte ante confirmationem. vt in cap. sepe allegato. Artaldus & 28. distincti. de Sacramenta. fm Innoc. hic in ver. cautiones & ver. se. & Archi. j. de iure iurand. in cap. in glo. 2. lib. 6. secus si non possit imponi, & ita intelligo, quod no. Goff. in summa de simo. §. sed nunquid. & Hostien. i. summa de simonia §. qualiter in fin. sub. §. sed nunquid. & Ray. in summa de simonia §. 8. alias diu. ver. idem no. & frater Ioan. in summa de confess. titu. de simonia in quæst. 18. Et præmissa intellige, salua in omnibus autoritate Papæ, qui onus, qd non est contra legem naturalem, vel diuinam, potest imponere, & exigere indistincte siue ante electionem, collationem, vel provisionem, siue post & pro libito voluntatis: in tantum, q. nec ipse, nec ille, cui onus imponitur, vel a quo exigitur simonia canoniam incurunt. arg. no. per Hostien. j. de simo. cap. vlti. §. & per Goff. eod. titu. cap. 1. & per Archid. 69. distincti. si quis pecunia. & adde quod dicam. j. de simo. cap. nobis fuit. & quod no. Bartho. Brixien. in quæstione dominicali. alias venerali, q. incipit. quæritur, vtrum conditio possit.

- 1 *Papam hæresis accusari posse.*
- 2 *Papa non nisi in notorijs accusandus.*

- 3 *Excipi in Papam quando, an non, liceat.*
- 4 *Papa iudex.*



Icet.

i. responso. & ver. sed tñ est, & c. lib. 6. vel si sit actum seu petitum ex certa & expressa causa spãliter vt tunc regulariter spectetur tempus iudicij inchoati, id est, litis contestæ. Nec posset agens fundare intentionem suã ex causa postea superueniente, quod dic plene per Ber. & doct. omnes in calle. Abbate. §. præmissis. Restat t videre de muneribus indicendis, & tunc regulariter initium spectatur: vt ff. de excu. tu. l. excusantur. §. oportet. & l. tutor peritus. ff. de vaca. mune. l. 2. §. qui ad munera. ff. de iure immu. l. semper. §. hoc circa. Sed hoc quique fallit. vt ff. de excu. tu. l. spadonem. §. fin. autem. & l. non tatum. §. vacare. & ff. de vaca. mul. ab ijs honoribus. §. auctis. & l. prætor. §. si post causam. Restat videre de iuris quæstii retentione: & tunc aut ille, qui certat de iuris sui retentione non est in culpa, & tunc spectatur regulariter initium, id est, tempus iuris quæstii. vt ff. de iudi. l. secus. & l. cum furiosus. §. dist. c. præcepta cum ibi alle. j. de cle. egro. c. 1. & 2. & 3. & pen. & fi. & ff. de post. l. 1. §. casum. & ff. de iudi. l. qui furere. Fallit in casibus notatis in his versibus. Paupertas, odium, vitium, fauor, scelus, ordo. Personas spoliat, & loca, iure suo. Quos exponit vt exponit Ber. s. de consti. cognoscentes. & de priuile. antiqua. Alios casus vide per Host. j. de deci. suggestum. per Arch. 2. dist. renouantes. per G. in Spec. tit. de instr. edit. §. nõ aut videndum restat. ver. quid ergo si abbas. Aut ille qui certat de retentione iuris sui est in culpa damnabili, & tunc non spectatur initium. vt j. de æta. & qual. c. 1. cum ibi notatis. Restat t videre de vsucapione vel prescriptione: & in talibus licet de iure ciuili in vsucapione quantum ad habendum bonam fidem inspicitur initium, vt. C. de vsuca. transor. l. vnica. cum ibi notatis. tñ de iure canonico, quantum ad titulum, & bonã fidem, & etiã possessionis continuatione nedum spectatur initium: sed etiã totum tempus vsucapionis, seu prescriptionis, vt legitur & no. 1. 6. q. 3. in summa. & q. 4. volumus. j. de præscr. c. illud. & c. vigilati. & c. si diligenti. & c. qm omne. R. estat videre de libertate & in tali inspicitur non initium vt initium: sed inspicitur illud tempus qd est fauorabilis libertati, & quod perducit ad libertatẽ siue sit primum medium vltimũ ve. vt in fi. de inge. §. sufficit. Sequitur de alijs rebus, vel actibus generaliter: & tunc refert. nã quedam res sunt, vel actus extenfi, & suspensi hntes extensiuam productionem, & suspensiuam: vt est videre in iudicio: quod requirit. quod iudex in qualibet parte habeat iurisdictione & quod personæ stantes in iudicio sint habiles ad hoc: vt patet ex ijs, quæ notantur, & leguntur. j. de off. dele. c. prouocant. in gl. sed quid per Inn. & Card. j. de off. ordina. Romana. super verbo foraneos. lib. 6. & in præscr. vt iam dixi, & tunc spectatur nõ tñ initium, sed medium, & finis: vt in iuribus. §. allega. in hoc etiam potest videre in interesse totali cõmittendo propter domum, vel insulam non factã debito tempore. quod non cõmittitur, nisi tpe toto transacto. ff. de verb. obli. l. si ita stipulatus esset. & l. insulam intra biennium. licet ad interesse particulare ante possit agi: vt ff. de verb. obli. l. stipulationes non diuiduntur. §. plane. & l. ex istimo. §. si. & l. inter dum. & l. cum stipulatus sum mili. ff. loca. & conducti. l. insulam. §. 2. & ad hoc cõcordat j. eo. tit. c. cõmissa. in princ. lib. 6. Et idem in causa appellationis prosequendæ, de qua licet certu sit, quod appellans nõ possit eam finire intra annu cessante impedimeto: iudex tñ a quo appellatum est non poterit causam reasumere ante annum. vt no. G. de Monte Lau. & Gen. extra de app. c. ficut in cle. & sub isto membro potest intelligi. C. de episco. & cleri. l. generaliter. & institui. de excu. tuto. §. item qui reipublicæ. Quædam sunt res t vel actus momentanei vel quasi habentes productionem momentaneam vel quasi: & istorum quidã sunt qui producant effectum momentanei in sui pductione & creatione & permanentem: & tunc initiu spectatur, hoc est, tempus illius effectus pducti. Et patet in illo reo conuento in iudicio a quo exigitur cautio de stando iuri, qui tpe exactæ huiusmodi cautionis possidet immobilia, ppter quod releuatur ab ea. & sic tempus cautionis spectandũ est vt ff. qui fatida. cog. l. sciendum. §. vlt. melius facit. ff. de reb. eorum qui sub tu. vel cu. l. 1. §. si. Qui dan alij sunt actus qui t producant effectum suspensiuum, & dilatium: & in talibus nõ inspicitur initium tñ: sed scilicet, finis illius effectus producti tps, quo ille effectus totaliter sit productus. vt ff. in postleg. l. si plane. ff. de peti. hære. l. si quo tempore. & ff. de condict. indebit. l. 2. & 3. & sub isto membro posses (si velles) intelligere. l. allegatã generaliter. & §. alle. item qui reipublice cum concor. alleg. per Ber. in c. allegato scientes. j. de cens. & j. de renun. ca. 1. de noui ope. nuntia. cum ex iniuncto in fi. & qd dicit logicus. Cuius finis bonus est, ipsum totu quoq; bonu est. & ethic. Finis, nõ pugna coronat. vnde versus. Hen. Boich super Decret. D Exitus

Lexitus acta probant: finis, non pugna, coronat. Et Hieronymus ad Furiam. c. non quaruntur in christianis initia sed finis: Paulus tñ male incipit, & bene finit. Inde laudantur exordia, sed finis proditiōis damnatur. ad hęc. 2. dist. qualis. Si ista distinctio videatur tibi proluxa nimis, cum querat de materia huius profunditatis, hoc requirit. Et (vt te breuius expediam) capias (si velis) istum finem distinctiōis ab illo verbi. Sequitur de alijs rebus huiusque. & hec iura de principio, & sine spectandis faciunt ad quæstionē quam ponit Io. An. j. reg. iur. c. in obsecris. li. 6. in nouella, quæ talis est. Exemptus in loco exempto manens t̄ proiecit lapidem, per quem percussit autem in loco non exempto. queritur an ordinarius loci, an prælatus ipsius exempti hmoi delicti sit iudex. Quam quæstionē ampliauit ad iudicem cōtractus. vt quia in iurisdictione vnus inchoatur, & in iurisdictione alterius perficitur, & post multa argumēta, pro & cōtra soluit. Quod si querat de delicto, ne malitia remaneat impunita, vterq; erit iudex, tam prælatus exēpti respectu principij (& quia sub eo perficit delictum quo ad se. arg. j. de præsump. c. 1. ibi qui mittit &c. & quod ibi no. in 1. gl.) q̄ ordinarius loci respectu finis, & effectus: vt sit sicut vnū delictū plures personas tangens vniciq; in solidū attribuit. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. §. si. de furt. l. vulgaris. §. si duo. sic vnū delictum plura territoria tangens vniciq; territorio attribuitur in solidū. ad hoc. C. vbi de cri. agi. oportet. l. 1. prout ibi exponit glo. sic etiam [in solidū] ecclesiasticus, & secularis sunt iudices miserabilis personæ, vt no. 87. dist. c. 1. 12. q. 1. sic dicitur potestas sunt in eodem off. C. de off. præfecti vrbis. l. 1. facit. j. de off. leg. c. 1. de præsump. c. literas. cum concor. primæ gl. Sic & vestibulum, vbi duo adificia tanguntur, vtriusq; censetur esse in solidū. ff. cōi diui. l. arbor. §. de vestibulo. Non tñ intelligas vnumquemq; penam imponere in solidum posse, sed reo per alterū punito præcluditur alteri potestas puniendi: quia non iudicabit Deus bis in idipsum Nahum. ca. 1. 8. dist. præbyter. 1. 3. q. vlt. c. fin. ad idem. j. de off. dele. licet. de accu. de his. ff. nau. cau. l. licet. dicebat tñ Egidius de off. dele. q̄ si comparationem fieri oporteret, preferret primū cum statim iaciendo ex inordinato affectu deliquerit. Nec potest negari, quin puniendus esset, daret q̄ non percussisset, & iactus ille & percussio secuta non est delictum per se: alias essent duo delicta, sed est effectus præcedentis delicti deriuati a precedenti causa. ff. arbor. fur. c. l. si plures. §. si. In contractu aut ac eius foro ponderanda t̄ est summatio contractus, vt si vnus dicat, promittis decem, & alter respondet, promitto. Vel vnus dicit, vendo tibi talem rem pro decem: & alter respondet emo. vbi erat ille tractus sic in instanti perficiens ibi forum sortitus erit vterque: non. n. sicut in delictis res inchoata per se ipsam subsistit cū nullius effectus esset interrogatio sine responsione secuta. ff. de verb. obli. l. 1. §. qui præfens. proderet ergo locus vbi perfectiōis & esse recipit. ad hoc. ff. de aucto. tut. l. obli. §. tutor in gl. quid si præfente. & §. fin. Prædicta intelligo vera, nisi essent personæ, quæ ratione contractus non sortirentur forum, de hoc. ff. de iudi. l. hæres. §. 1. ve. nisi actum fuisset de solutione facienda in altero prædictorum locorum, vel in loco tertio. ff. de act. & obli. l. con. traxisse. Præter casus autem illos simpliciter contrahendo, licet ibi soluere non p̄mittat, sortitur ibi forum, vbi perfectus est contractus. Et est sciendum, q̄ Franciscus Vercellensis in decre. si. j. de for. compe. in quæstione illa qua de delicto quæritur tenuit q̄ vtriusq; loci iudices debeant conuenire. allegabat. §. de rescriptis pastoralis. j. de sent. excom. cum illorum.

- 1 Minor pars maiorem in iuste absentem ne adeat, si iuste, secus. 2.
- 3 Metus causa qñ ad minorē, aut maiorē partem eundū & 4. & 5.



Bona memoria. Si queris qñ imminet electio faciēda, & aliqui sunt absentes, qui sunt vocādi & debent electioni interesse propter periculū, non au. dent venire ad locum, vbi debet fieri electio qd̄ fieri distinguitur, aut maior pars est absens a loco, vbi electio est faciēda, aut minor. Si maior, tūc aut maior t̄ pars est absens, aut ex iniusta causa seu voluntaria: aut ex iusta. Si ex iniusta tunc minor pars nō tenetur ire ad eam: imō vnus solus radicere posset toti collegio, ne irent ad illos, cum sit ordinariū & regularē in cathedrali ecclesia electiones ipsorum fieri debere, vt. j. eo. cum terra. j. c. q̄ sicut. eo. tit. de appellatione. sed ea citata, & vocata legitime & adueniente sine termini iuris eligendi minor pars præfens etiā si esset vnus solus eligere poterit, vt not. Inn. Cōpo. & Io. Andr. hic. & Inn. & Cōpo. §. eo. cum nobis olim, & dic vt ibi dixi. Si ex t̄ iusta cau-

sa, tunc minor pars, vel tenetur ire ad eam, si potest. vel si non, procuratorem mittere. vt 23. dist. in noē dñi. vt no. Ber. hic in glo. si citati. Si minor pars est absens: & tunc aut oēs præfentes consentiunt, qd̄ eatur ad eam: aut aliqui dissentiunt. Si oēs præfentes cōfentiunt, quod eatur ad eam, tunc ibitur ad eam. ar. j. de ijs, quæ fia. ma. parte. ca. c. 1. Si aliqui dissentiunt, tunc aut minor pars quæ est t̄ absens, timet [cōe periculum aut personale. si cōmune] periculum impressionis, tunc aut maior pars maioris partis præfentis consentit, quod eatur ad ipsam minorem partem absentem, & tunc ibitur ad eam etiā inuita & renuente minori parte. arg. ff. ad municipa. l. quod maior. & j. de his quæ fiunt a præla. cū in cunctis no. Inn. hic in gl. si em. ver. melius dicitur. Aut maior pars ibi maioris partis præfentis dissentit, qd̄ eatur ad minorem partem absentem, & tunc nō ibitur ad eos, & in iurisdictione alterius appellare possint expressa causa, ne sine ipsis fiat electio in loco, in quo verisimiliter timetur impressio fieri. & si post talē appellationē eligatur, cassabitur electio, probato timore probabili. licet impressio non sit secuta vt hic. & 23. dist. in nomine Dñi. 60. dist. in c. quāto. fm Archi. ibi & vt no. hic Ber. in gl. si citati: & Cōpo. in glo. 2. ver. sed nunquid hoc casu vlt; ad vpsa. sed pone. Et hoc casu pauciores absentes non p̄nt alijs terminum assignare, nec possunt eligere in termino a se assignato vel a iure. l. in fine trium mensium. Et est ratio, t̄ quia cum in ecclesia sit electio faciēda, p̄pter impedimentum impressionis, vel aliud nō tenetur maior pars ad alium locū ire: nec, durante impedimento, curret ei t̄ps iuris ibi ad eligendū. vt. j. eo. ne pro defectu. l. ibi iusto impedimento &c. ideo nondum aduenit tempus iuris licet tres menses sint elapsi. fm Compo. Si minor pars absens timet periculū personale, vt infirmitatem, vel p̄prias inimicitias tunc refert. Aut maior pars partis præfentis consentit, quod eatur ad eam, & tunc ibitur etiam minorem reclamante. arg. iurium allegato.

- 1 Negatiua quibus casibus probabilis.
- 2 Negatiua facti prægnans probanda.
- 3 Negatiua vera quando iurivirando probetur.
- 4 Negatiua sensibus obiecta probabilis.
- 5 Negatiuarum quæ ratione probetur.
- 6 Negatiua indefinita contraria, quibus affirmatis, probetur.
- 7 Negatiua pura cuius nulla est cōtraria adfirmatio, an probabilis.
- 8 Negatiua qualitatis probari potest.
- 9 Negationum improbabiliū, regula restrictio multiplex. & 10.
- 11 Qualitatum genera: & an inesse præsumantur. & 12.
- 13 Qualitatem inesse quis, an non probet. & 14. & 15.

§ Porro. Hinc possunt elici duæ regulæ fm Inn. hic in versi. prædicto melius dicitur. Prima talis est quod negatiua probari nō potest vt hic. & 6. q. vlti. c. accusator. Sed ista regula fallit in quatuor casibus. Primus est, qñ t̄ talis negatiua potest resolui in affirmatiua æquiualentem ei. vt negare viuū, & asserere mortuum. aut negare mortuum & asserere viuū. ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. §. si. j. de renun. super hoc. Secundus casus est, quando aliquid includitur in affirmatiua, quo probato, sequitur probatio negatiue, vt nego rem tuā esse & probo eam meam. ff. de procur. l. Pōponius. §. sed & is. j. qui matrimonium accu. poss. c. fin. melius. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. l. filium. Tertius casus est, cum id, quod negatur, subiacet inspectioni oculorū, vt si nego testamentum h̄e rasuras, vel monasterium Beatæ Genouefæ esse extra muros ciuitatis Parisiensis, vel talem hominem esse vulneratum quæ oia & similia probantur per inspectionem oculorum. ff. fini. regun. l. si irruptione. Quartus casus, quādo habet determinationem loci, vel temporis, vel alterius rei. vt. C. de contrahen. & comit. stipul. optimam. j. de testi. c. ex tenore. Et sic habes regulam, quæ fallit in quatuor casibus supradictis fm Ioan. Andr. hic & j. de regu. iuris. c. sine possessione in nouella. lib. 6. Vel si velis per modum distinctiōis procedere in ista materia, dicas sic, ad euidentiam dicendorum, scire debes, quod aliud est dictum

atum negatiuum, quale fuit illud, de quo. j. de probat. c. 3. quia illud se offert sensui humano auditus, sicut est dictū affirmatiuum. & ideo potest directe probari fm Tan. & Gof. ibi & fm Hoff. in summa de proba. §. quis debet pbare. & Arch. 6. q. vlti. accu. Aliud est negatiuum facti, seu dicti de quo est præfens speculatio. Vnde si queris, vtrum negatiua ibi possit probari, distingue, aut queris de negatiua iuris, aut de negatiua facti, aut de negatiua qualitatis. Si de negatiua facti, refert aut queris, vtrum probari possit per testes vel instrumēta, aut nunquid probari possit alias. Si primo modo t̄ refert quia aut est negatiua prægnans h̄ns in se implicitam affirmatiuam, vt illa nō renuntiaui sponte beneficio meo. Vel illa Titius nō est mortuus & talis bene potest probari indirecte vt. j. de renun. c. super hoc. & ff. ad l. Aquil. l. Neratius. §. si. ff. de his qui sunt sui vel alie. iuris. l. filii. Idem si nego me esse in patris potestate. vt. ff. de p̄ba. l. si filius. Vel testatorem fuisse sane mentis. vt. j. de suc. ab intesta. c. fi. 3. q. 9. indicas. Aut est negatiua t̄ pura, simplex & nō prægnans. i. quæ nō habet implicitam affirmatiuā in se: & tunc aut loquimur in casu, in quo queritur de conscientia alicuius, quæ non nisi per sacramentū ipsius probari potest. & tunc talis negatiua probari potest saltem per sacramentū: quo casu testis est in facto suo. j. de homicidio. c. significasti. j. in fi. verbi gratia dr̄, quod in literis non fuit clausula apposita de conscientia iudicum: certe super hoc statuit testimonio eorundē. §. de refcri. olim ex literis. & j. de excess. præla. inter dilectos. fm Hoff. hic. & pro hoc facit no. per Ber. & Hoff. in d. cap. significasti. & j. de sen. excō. c. si vere. 2. in glo. pen. de calum. c. 2. & per Io. 82. dist. proposuisti. in glo. ex hoc vt. Aut loquimur in casu in quo non queritur de conscientia alicuius & tūc aut est talis negatiua quæ habet determinationem seu adiectionem loci, vel t̄ps, vel alterius rei, & tunc aut queris, vtrū possit probari indirecte & dic, quod sic vt. j. de testi. ex tenore. & c. series. & C. de contrahen. empt. l. optimam. Aut queris vtrum possit probari directe: & tunc aut t̄ est talis negatiua quæ cadit in notitiam scientiæ, cognitionē, seu intellectū testis per hoc quod se offert sensui humano, sicut & affirmatiua. verbi gratia nego testem habere rasuras vel hostem esse vulneratū vel dico qd̄ quid in scholis istis nō fuit lectum hora prima: vel dico quod quā magister legebatur in istis scholis tali die: & hora non erat eques vel non habebat pallium supra caput vel non habebat aliquā arborem coram se plantatā. ista enim oia se offerunt sensui visus: & talia bene p̄nt etiam directe per testes probari, qui dñt se fuisse præfentes, & nō vi disse. vt ff. si. regun. l. si irruptione. & ff. de ferijs. l. eandem. Et est ratio, quia cū res subiaceat inspectioni. ita videt oculus veritatem, de eo quod negatur, sicut de eo quod affirmatur. vt C. de errore adu. l. 2. & idem si iudex cōmittit aliquibus, vt vi deant si mulier sit prægnans vel non, vel vtrum scriptura sit illius tabellionis, vel nō vel vtrum vulnus sit mortiferū, vel non vt. ff. de vent. inspi. l. 1. §. si autē. & ff. ad l. Aquil. qui occidit in fi. C. de fide instr. comparationes. C. de re mili. l. semel. lib. 1. 2. quia cuiuslibet experto in sua scientia credendum est. ff. de statu homi. l. septimo mense. & idem de factis vel dictis quæ se offerunt sensui auditus seu sensibus humanis. Quinq; em sunt. l. visus, auditus, gustus, odoratus & tactus. de quibus. j. de testi. c. cū causam quæ inter &c. puta si aliquis velit probare se non fuisse citatum, certa die. hoc probare poterit per illos qui per totam illam diem fuerunt in cōmunitia sua continue. & qui viderunt oēs actus suos, & nihil de hoc audierunt fm Io. Andr. hic idem si tabellio vel testis dicat quod tali loco & tali die Titius interrogatus per iudicem non respondit, vel dixit, quod tali die, & tali loco cum talis iudex tulit sniam condōnauit Titium in fundo & non in domo. vel tali die & tali loco cum talis fecit testamentum in quo sum testis nō inliuit talem vel nō legauit ali quid tali. & sic de similibus. ar. C. de testa. l. testamentū. vt not. Dy. Cy. C. de erro. adu. l. 2. & C. de proba. lactor. & hoc idem videt dicere gl. C. de re. credi. l. vlt. & expresse hoc no. in aut. de hæredi. & falci. §. si vero absunt. glo. no. testimonium de auditu colla. 1. Aut est talis t̄ negatiua quæ cadit in notitiam scientiæ & cognitionem testis non tñ per hoc quod se onerat directe sensui: sed per redditiōis causæ sufficientis. vt quia dico talis nō cognouit Bertam quia deest illi membrū, vel nō percussit Titium pugno quia diu est, quod caret pugno. & tunc idem fm Io. Andr. hic & pro hoc facit optime. j. de proba. c. proposuisti ibi qñ dicit nec potuisti cognosci vt. j. de frigi. & malef. frater nitatis. in principio. ibi quod eadem nō poterat esse mater. Aut est talis negatiua, quæ non habet t̄ determinationem, seu adiectionem loci, vel t̄ps nec cadit proprie in notitiam cognitionem seu intellectū testis. per hoc quod nō se offert sensui, nec

per redditiōem causæ sufficientis: vt si dicam quod ego nunquam consensu contractui tali: quia si nō consensu vna hora vel vno die, potui tñ consentire alia hora vel alio die. & tūc aut est talis negatiua. cuius cōtrarium effectū affirmatiuum habet de sui natura fieri in cōi. & in præfentia plurimū expedit. vt dicam quod capitulū Parisien. nunquam consensit alienationi talis rei ecclesiasticæ, quæ quidem alienatio habet fieri in capitulo nec potest expediti nisi per tractatum & deliberationem collegij. 70. q. 2. hoc ius & tunc talis negatiua probatur per illos de capitulo vel de cōuentu qui deponunt se semper interfuisse in capitulo, & ipsum capitulū semper dissensisse & consensisse, quoties de cōfentiendo alienationi huiusmodi tractabatur. Sic loquitur. j. de p̄ba. c. 3. vbi hoc no. Hoff. q̄ conuentus nō potuit consentire, nisi in cōi. ar. §. de consli. cum accessissent. j. eo. quia propter. & idem no. Ber. j. eo. cum dilectus. in glo. sed vt in fin. idem sentit Inn. j. de fide instr. cum Ioannes Eremita. in gl. fi oēs testes. ver. nec obstat. j. de p̄ba. c. 3. ibi vel dic q̄ ibi nō fuerunt singulares &c. & quod no. j. de accu. c. super ijs super verbo excludatur. ad fin. ver. qñ autem vitium &c. vbi dicit, q̄ qui negat formā seruatum in electione, eam omiffam probare debet. & idem no. j. de eo qui fur. ordi. rece. c. innotuit. & idē Archi. j. eo. r. cis qui t̄ gl. 2. li. 6. Aut talis negatiua est, cuius t̄ contrarium factū, seu affirmatiua contrariam non habet de necessitate fieri in præfentia plurimū, seu in cōi. sed potest secreto, & sigillatim expediti. vt si dicatur, q̄ Titius non fuit citatus, vel quod Titius canonicus nō cōfensit in scrutinio in talem, vel q̄ maior pars capituli nō consensit in scrutinio in talem, vel quod Titius cuius Parisiensis nunquam fuit in ecclesia. vel q̄ Titius nunquā consensit matrimonialiter in Bertam. & talis negatiua probari nō potest vt hic in §. porro. & 6. q. vlt. actor. C. de p̄ba. lactor quod asseuerat. C. de non. nu. pecu. l. asseueratio. quia negotia non sunt causæ. vt ibi & hoc de probatione per testes vel per instrumēta. Aut queris nunquid negatiua possit probari, alias quā per testes, vel instrumēta: puta per iuramentū delatū, & prætitum, vel per confessionē in iudicio emiffam. & dic q̄ sic, primum patet. ff. de iureiur. l. sed & si possessor. in princ. & l. si duo in principio. & §. Iulianus. & §. fin. C. de his qui ad eccl. confu. l. præfenti. in aut. de hæredi. & fal. §. si vero absunt coll. 1. Secundum probatur. ff. de dona. l. quidā in iure. j. de cōfess. c. lta tuimus. l. 6. Si queris de negatiua iuris, dic quod illa potest probari vt ff. de proba. l. ab ea parte & j. de p̄ba. cum apud. vt no. in glo. Ber. hic. Si queris de negatiua qualitatis, dic q̄ illa simpliciter probari potest. saltem inducere probādo contrariā qualitatem. vt in gl. Ber. hic in fi. & pro hoc. j. de præsump. c. vlti. Et sic habes satis explicatā istam regulā quæ est q̄ negatiua p̄ba. ri non potest. Rōnem istius regulæ vide per Car. j. de cōfess. c. lta tuimus in magna gl. ad fi. ibi & est ratio quare negatiua &c. lib. 6. Alia t̄ regula, quæ potest elici hinc, talis est. l. quod qui negat, nō tenetur probare, vel nō habet necesse pbare suam negatiuam. vt probatur. ff. de proba. l. ei qui in fi. Sed hæc t̄ fecundā regula fallit, vbi cunq; lex vel canon præsumptionem inducit cōtra negantē. vt. C. de codicillis. l. nec codicillos. C. de iniurijs. l. si non conuicij. C. ad l. Cornel. de Sical. l. de dona. inter vir. & vxor. l. etiam. ff. de p̄ba. l. cū de indebito. 3. q. 9. indicas. j. de p̄ba. post cessionem. & vt eccle. benef. c. vt nostrū. de success. ab intesta. c. fi. & hic no. Inn. j. de off. delega. cū in iure gl. hic vt & Archi. 6. q. vlti. actor. super verbo nulla fit. & in hoc concordat quod no. Inn. in d. c. super ijs. super verbo excludatur. ver. qñ autem vitium. & in ver. præcedēti ibi. sed quid dices &c. ibi cum cōcor. quod no. Hoff. ibi. & de cle. excō. mi. proposuisti. Fallit in grauibus criminibus de quibus dr̄. C. de abolitionibus. l. fallaciter. Sed misti legista, id est, qui viderunt scripta iuris nostri, intelligunt legem illam de infamatis. & hoc not. 6. q. vlt. §. vlt. Fallit etiam in casibus, in quibus negatiua probatur per iuramentum, alias sacramentū ex cōmissione iuris, vel iudicis, alias canonis, vt. C. de ijs, qui ad eccl. confu. l. præfenti in fi. & in aut. de hæred. & fal. §. si vero absunt. j. de testi. præfentium. & c. vlt. de sen. excō. fi. vere. 2. de elec. vt circa. & c. nulli. li. 6. cū ibi notatis. Sed illud potius potest dici sacramentū purgationis. C. de iure delib. l. si. §. licentia. j. de purga. ca. c. quoties. Item fallit in casu, in quo actor probat suam affirmatiuam, quam reus negat esse veram. C. de contrahen. stipul. optimam. in fi. j. de testi. ex tenore. & sic erit vera regula quæ fallit in quatuor [casibus, alias] exceptionibus. fm Dyn. qui istos quatuor casus ponit in. l. l. legata actor. C. de proba. idem Io. An. hic & in d. c. sine possessione in nouella. li. 6. Item fallit quinto in casib. in iure expressis, vt no. Inn. in d. c. super ijs. in gl. alle. ver. sed illa. & Archi. 6. q. vlt. actor. in glo. Sed contra videtur & gen. extra de refcri. c. li-

terias super verbo statuimus. in cle. Vel aliter per modum distinctionis potes sic dicere, aut est negatiua iuris, aut est negatiua qualitatis, aut negatiua facti. Si negatiua iuris refert: quia aut est de genere permissorum, vt quod quilibet sit testis. vt ff. de p. cu. l. mutus §. 1. & de testi. l. 1. cum similibus. & tunc ille qui negat, probare debet. Aut negatiua iuris est de genere prohibitorum, vt sunt collegia. ff. de colle. illici. l. 1. & tunc qui negat, non probat, sed aduersariis. Si sit negatiua qualitatis, tunc refert, aut ille qui asseritur, vel negatur hre qualitatem illam, non est in possessione pacifica illius qualitatis. aut est in possessione pacifica illius qualitatis. In primo casu refert, aut est negatiua qualitatis extrinsecæ, aut intrinsecæ, aut naturalis, aut accidentalis. Si naturalis tunc aut est talis negatiua quæ per solū lapsū tps tollitur aut non. Primo casu nō præsumitur, nisi p̄betur, vt si homo centum annorū petat restitui tanquam minor, licet minor fuerit natus. C. de proba. l. eum te. & de integ. l. si minorem. vbi de hoc. & vide quod dicam. j. de pba. c. in præsentia. & qd no. Car. j. c. si forte li. 6. Si vero sit talis negatiua, quæ solo lapsu tps non tollitur. & tunc aut quis semel perdidit ea, vt quia factus est malus, periuus, vel infamis: & hoc constat, & tunc semper talis præsumitur, nisi cōtrarium p̄betur. j. de reg. iur. semel malus. lib. 6. cum ibi no. Aut non perdidit eam. v. g. nego te hre sensum naturalem, qui inest homini. Vel nego te sobrium, vel castum vel pacificum, & tunc ego, qui nego, pbare debeo non per modum negationis, sed per modum assertionis: qua assertione p̄bata, resultat p̄batio negatiue. vt C. de codicillis. l. nec codicillos. j. de suc. ab intesta. c. fi. & idem quo ad alias virtutes, in quibus homo christianus natus fuit. vt. s. in p̄mio. & j. de p̄sump. c. si cum ibi notatis per Ber. in gl. vlti. in i. ibi. si rōne deli cti &c. Et per Host. post eum quia, quo ad eos, quilibet præsumitur virtuosus fm Host. j. de scruti. c. vnico. in fi. & Cardi. & G. & Io. An. j. eo. si forte. lib. 6. & fm Archid. 6. q. vlti. actor. & fm. G. de Monte Lau. extra de concess. p̄b. c. vnico. in cle. pro quibus facit. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. rogo. & l. cum quædam.

12 & de manu. testa. l. feruus. Si accidentaliter verbi gratia, nego te habere literaturā, vel nego te scire medicinam, de qua & cum qua homo non nascitur, sed per laborem acquiritur vt. j. de renunt. c. post translationem. §. item si quis. & tunc refert quia aut ille qui asserit sibi adesse qualitatem illam petit se admitti ad aliquid per eam & cōtra eum negatur. aut est admissus & petitur remoueri. † In primo casu, qui petit se admitti, debet probare adesse sibi qualitatem illā per experimentū suæ scientiæ. Nam scholares, qui volunt ad doctoratum promoueri, & peruenire non curarent de examine, & examinatione si non tenerentur hoc ostendere. debent ergo probare adesse sibi oīa quæ lex dicit. C. de profes. & medicis. l. magistrōs. & l. sequenti. & de professoribus qui in vrbe cōstan. merced. hre cōmittuntur. l. vnica. de collegiatis. l. i. lib. x. C. de sac. fan. eccl. l. qui sub prætextu. ibi sufficiens approbetur. & ita potest intelligi qd legitur & no. j. de p̄sump. c. vlt. gl. vlt. in qōne. sed qualiter &c. & per Host. post eum. In secundo casu. si quis vult repellere iam admissum, quod potest vt. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. §. reprobari. de excusa. tuto. l. sed & reprobari. j. de eta. & qual. c. fi. & tunc ille, qui negat ipsum idoneum esse, debet hoc pbare quia ipse est in quasi possessione, vt in iurib. allega. qd hoc facit. C. de profes. & medi. l. 2. ibi si nō se vtiles studentibus p̄beant quod intellige probādo: quia postquā admissus est remanet quousq; probetur inutilis. 8. q. 4. c. nōne. ar. C. si feruus expor. ven. l. moueor. Si est negatiua qualitatis extrinsecæ vt diuitiarū seu, paupertatis, vel dignitatis, vel gradus, vel honoris alicuius. tunc refert: quia aut ratione talis qualitatis petit aliquis se ad aliquem actū admitti, & tunc debet pbare. vt ff. qui fatidā. cog. l. si vero §. qui pro rei qualitate. ibi vel si dubitetur &c. Item, si vult intentionem aduersarij contra se fundatam repellere. Nam tunc debet probare. C. de proba. l. ex persona. vbi erat fundata intentio aduersarij per præsentem paupertatem. pro hoc facit. ff. de proba. l. non est necesse. & de magistr. con. l. i. §. si magistratus. Idem dico in paupertate. si quis vult pp eam aliquid consequi: debet eam probare, siue ex hoc intendat fundare intentionem suam vt in exemplo. ff. de priuil. credi. l. si creditores. C. de hæ. act. l. si adulta. siue intentionem aduersarij fundatā velit repellere propter paupertatem. vt. ff. de excu. tu. l. paupertatis. & instit. de excu. tut. §. item p̄pter. Et hæc vera, nisi aliqua p̄sumptio transferat p̄bationem in illum, contra quem est p̄sumptio: quia tunc est seus. vt in l. alleg. ex persona. j. de p̄sump. ex studijs. & c. mandata. & c. cum in iuuentute. Sequitur qd ille, qui asseritur vel negatur hre qualitatem illam est in possessione pacifica illius qualitatis: & tunc refert, quia aut illa qualitas

est de iure communi, & inest alicui de iure cōmuni, vt q. alius quis sit bonus pudicus, pacificus, & modestus. & tunc neganti incumbit p̄batio negatiuæ per not. in calle. si forte. j. de elec. lib. 6. & per alia iura. §. alleg. † Aut illa qualitas est, de iure communi non tñ inest alicui de iure cōi vt quod aliquis sit doctor, & in possessione doctoratus: & tunc idem. f. quod neganti incumbit p̄batio negatiuæ, ita, qd possessio ipsum releuat ab onere probandi. C. ne fer. expor. ve. l. moueor. j. de sent. ex com. c. si iudex laicus. §. idem cenemus. li. 6. Aut illa qualitas est de iure speciali priuilegiato, & vtra tenore iuris cōis: & tunc neganti non incumbit probatio, sed assenti se hre illam qualitatem, ita qd possessio huiusmodi non releuat a probando. vt. ff. si feruitus ven. l. sicuti. §. sed si queratur. C. de inf. l. si solennibus. Licet Accur. notare videatur ibi contra. & de hoc est hodie casus. j. de priui. cum persona. §. quod si tales. vers. p̄scrip. tionisque probatione. lib. 6. In tertio vero casu qd est negatiua facti potest dici vt supra in prima regula: sed tñ tota ista distinctio comprehenditur satis sub prædicta regula, & sub exceptionibus, seu fallentijs supradictis: licet forte per istam distinctionem materia clarius eluceat. & de ista materia tangit Inno. j. de eo qui fur. ordi. succipit. c. innotuit. in fin.

- 1 Vsupacionem exeunti rem non obesse. fallit num. 2.
- 2 Eligendi ius etiam negligentiibus non vsucapi. & 4.
- 3 Electori exclusio qui subueniendum.
- 4 Spoliatus possessione iuris annui quis an non dicendus.
- 5 Patronatus querendi modi.
- 6 C. quærelam. enucleari.
- 7 Prouisionum ecclesiasticarum via multiplex.
- 8 Præsentatio a populo præscriptibilis. & 11. & cur. 12.
- 9 Parochiani qua præscribant.
- 10 Archidiaconi lapsus. & 15. & 17.
- 11 Priuilegia an et quomodo præscriptibilia.
- 12 Parochianos cum parrono præsentare posse.
- 13 Ecclesia qui præsumendi fundatores.
- 14 Rectores a populo præsentandi.
- 15 Parochiani quando non parochiani possint.
- 16 Deiectus quis: quo ve remedio iuuandus. 2. 2.
- 17 Expulsores, non admissio domino, non vsucapere.
- 18 Expulsio non violenta que.
- 19 Possessionem metuentis sibi non admitti.
- 20 Deiectus vi quis, an non, dicendus. & 27. 28. & 29.
- 21 Vi possessum non, nisi bona fide, præscribi.
- 22 Metus unde deprehendi possit.

Varelam. Si queris, vtrum possessorium, & petitoriu possint simul incumbi, dic vt dicam. j. de causa poss. & proprie. c. cum dilectus.

¶ Si queratur quanto tpe possessor non vtendo possessione sua, possessione dicatur amississe, refert, aut queris de possessione rei corporalis, aut de possessione rei, siue iuris incorporalis. Si de possessione rei corporalis tunc arbitrarū est. ar. ff. de iure deli. l. 1. in fin. fm Host. & Inn. Cōpo. hic. vnde aliqui legistæ volunt ostendere, qd hodie vsucapio, vel p̄scriptio locū nō habeat: quia ciuili possessio est causa vsucapionis. ff. de acq. re. do. l. acquiritur. §. fi. & ff. de acq. pos. l. si qd fundū. fm hoc ostendo tibi, qd vsucapio, † vel p̄scriptio locum nō habeat: quia vbi aliquis exit rem, quā possidet, p̄sumitur retinere possessionem ciuilem in aō. vt. ff. de acq. pos. l. clam possidere §. quæ ad nundinas. Pone ergo exiui de fundo animo retinēda possessionis, & vado ad S. Iacobum. Quidam alius eundem fundū e mit bona fide, & iusto titulo traditus est sibi fundus, dico qd nō vsucapiet: nam ex quo possessio ciuili est penes me absentē iste per traditionē sibi factā non acquirit, nisi naturalē & sic nō paratur sibi causa vsucapiendi. C. de p̄scr. 30. vel 40. annorū. l. male agitur. & ista snia v̄ destrucere oēs p̄scriptiones & vsucapiones. Sed ad hoc rideo quod ex quo ego possessor neglexi venire ad fundū meum † per tps magnū qd non est lege diffinitū (& ideo arbitrio iudicis relinquat) dico qd ex eo tpe amitto possessionem fundi ciuilem & sic acquiritur alteri, & ex tpe p̄scribit. inf. de vsuca. §. qd ad eas res. imō possum dicere, qd tps computabitur possessori a tpe apprehensæ possessionis. Vnde verū est, quod ego absens aō retineo possessionem ciuilem. sed dico qd si negligo venire ad fundū per longum tps p̄sumit, qd ab initio nō habeo animū possidendi, & sic retrotrahitur. & ad hoc est argū optimū. C. de petit. hære. l. fin. & ff. de acq. here. l. qui in aliena. §. si is qui putabat. & C. de alluio.

alluio. l. si quis alias de adul. l. si quis. Si queris de possessione rei siue iuris incorporalis & tunc aut quis de possessione vel quasi iuris eligendi aut de possessione vel quasi iurium aliorū puta de possessione] vel quasi percipiendi aliquam annuā pensionem, seu aliquod annuū ius. si de possessione vel quasi iuris eligendi refert. aut alij eligunt sine me: quia nō caro electioni interesse & tunc non amitto possessionem. fm Inn. hic in gl. dnt quidā. ver. & no. aut eligunt sine me volēte electioni interesse sed per eos non admisso & tunc aut eligunt sine me, non aō † spoliandi me possessione, sed per ignorantiam, vel negligentiam vel ex iusta causa, puta quia eram excōcatus, vel suspensus, vel talis qui non debebam electioni interesse, & tunc nec sum spoliatus nec possessionē amitto quia vis nō fit sine dolo. ff. de vi & vi arma. l. 1. §. ad solam. & §. interdctū hoc qd atrociter. ff. de vi bo. rap. l. 2. §. doli. aut animo iure spoliandi: & tunc aut ego credo qd ipsi non faciant hoc aō me spoliandi. Et tunc idem quia sicut possessio sic & quasi possessio non potest sine animo amitti. ff. de acq. pos. l. quemadmodum. & l. quomuis. fm Cōp. hic. Aut scio vel saltem credo quod hoc faciant animo spoliandi & tunc aut sunt in possessione vna cū alijs eligendi. Aut sum in possessione solus eligendi. si in possessione vna cū alijs eligendi. & tunc aut sum in poss. electione eligendi, & venio ad electionē eodem. si iure quo & alij, puta, iure cōi tanquam canonicus, vel monachus, vel alio diuerso iure. Si eodem iure tunc licet nō admittatur, non tñ prius possessione: & est ratio, quia electio nō fit nomine cuiuslibet canonici, vel monachi singulariter, sed nomine capituli, vel gentis. Et ideo tñ priuatur possessio ille qui contemnitur: imō ius suum per alios conseruatur: quia non suo noīe hoc ius possidebat sed capituli fm Inn. Host. & Cōpo. hic. Si vero sum in possessione eligendi, & venio ad electionem diuerso & alio iure quā alij. v. g. quia alij veniunt iure cōi quia canonici, vel monachi ecclesiæ: & ego, qui non sum monachus vel canonicus ecclesiæ, venio iure consuetudinario, vel priuilegiato. vt. j. eo. scriptū. & c. Cumana. & tunc si illi qui veniunt diuerso † & alio iure me excludant ab electione, possum me dicere spoliatū & agere interdctio recuperandæ possessionis fm Inn. Host. & Cōpo. hic. Si vero sum in possessione qd solus eligam vel prouideam: tunc si alius eligat, vel prouideat me patiente, & pro electio habeat a subditis, bene amitto possessionem: quia non video hre aium possidendi, alias retinēdi possessionem: cū electum ab alio patior vti dignitate, fm eos. pro quibus. j. de cau. pos. & proprie. c. cum ecclesia. & c. cum olim. Si queris de possessione vel quasi iurium aliorū puta percipiendi annuū censum vel annuam pensionem, tunc refert, aut ille, qui est in possessione, vel quasi percipiendi: & nō percipit quia sponte omittit petere & percipere: aut sibi petenti denegatur. Si primo t modo, nō spoliatur, nec possessionē amittit. nam solo animo retinetur possessio, & ipse non v̄ hre animū dimittendi. vt no. Inn. hic in gl. quidam dnt ver. & no. iam alle. & Host. & Cōpo. post eum. Si secundo modo tunc aut petebat illud ius, vel possessionem ante tps, & tunc ex sola denegatione non est spoliatus, vt not. Inn. in gl. dr̄ ver. si autem. & Host. & Cōpo. post eum. Si secundo termino petebat, & tunc aut denegans denegat ex iusta causa, forte quia nō potest soluere, & eam nō denegat animo nō soluendi in futurum. & tunc petens non d̄ spoliatus. vt no. Inn. in gl. dr̄ ver. secus. & Host. & Cōpo. post eum. aut denegans denegat ex non iusta causa, & animo nō soluendi in futurum & ex hoc solo v̄ petens spoliatus vt probatur hic in vers. subtractam. & no. Inn. hic in gl. hic dr̄ autem in principio. & idem Host. & Cōpo. post eum. & hoc verum siue iste petens suspicetur se posse per debitore priuari possessione sua puta quia ipse petēs erat debilis, & impotens siue nō. puta quæ erat potēior ipso debitore quia ipse possessor possessionem sibi debita auferre non potest. ff. quod met. cau. l. extat.

¶ In gl. quæ incipit quæ puenit &c. Posset queri, nunquid ius presentandi possit p̄scribi a parochianis in ecclesia parochiali, qui nō sunt † patroni illius ecclesiæ per constructionem, vel dotationem ipsius ecclesiæ vel per dotationē fundi ad constructionem ecclesiæ quibus tribus modis ius patronatus queri potest, quod dic per Inn. de iure patro. in rubr. per Arch. eo. ti. c. vnico. gl. l. lib. 6. & v̄ casus in isto. c. quod sic. sed Arch. d̄. & ista decre. fm verum intellectum loquitur † in populo præsentante rōne iuris patronatus, quod patet ex verbis papæ, cum dicit hic, cum nobis constitit, qd populus in quasi possessione presentandi clericū existebat. & ibi cum dicit, salua questione super iure patronatus inter ecclesiā vestrā & populū spediticæ ecclesiæ nam per hoc quod litera dicit presentandi, denotat ius, siue gratiā descendente ex vi iuris patronatus vt est casus. j. de iure patro.

c. vlt. & hoc idem innuit gl. hic qd dicit cōsuetudine quæ provenit ex iure patro. &c. & hoc expresse tenet Arch. j. de iure patro. c. vnico. gl. 1. in fin. lib. 6. & plenius. 7. i. dist. hortatur. vbi de hoc plene per eum. Et ad pleniorē euidentiā istius materiæ scire debes, quod plures sunt viæ a iure inuētæ per quas sitte fm quæ † ecclesijs prouidetur. Prima via est electio, de qua habetur. s. e. t. c. 1. & c. cum terra. & per totū. & s. de postu. c. bonæ. j. in fi. 16. q. 7. c. congregato cū infinitis similibus. Et ista electio, siue istud ius eligendi nullo modo potest pertinere ad laicos, quia per eam cōtrahitur matrimoniū spirituale inter ecclesiā, & electum. vt s. eo. cū inter canonicos. & j. de testa. c. requisiti. §. fecus aut quod quidem matrimoniū laici cōtrahere nō p̄t. & hoc sentiunt Inn. & Cōpo. j. eo. c. quod sicut. Scda via est solennis notatio, de qua h̄. s. de postu. præla. c. bonæ. j. in fin. & plene no. 63. di. quanto & ista solennis notatio non cadit in laicū cum per eam matrimoniū spirituale trahatur vt plene not. gl. in d. c. quanto. Tertia via est postulatio, de qua habetur. s. de postula. præla. per totū. & quæ habet fieri cum decreto. vt patet. 7. q. 1. ep̄s de loco. & s. de postu. præla. c. bonæ. 2. §. nec nocebat. & ista etiam nō cadit in laicū cum per eam perueniatur ad matrimoniū spūale & in hoc ipsi electioni equiparatur vt no. in d. d. cre. bonæ in fin. Quarta via, est collatio, quæ p̄aliter pertinet ad prælatum. j. de renun. c. admonet. & 10. q. 1. nouerit. & hæc nō cadit in laicum de iure cōi. vt patet. 63. di. si per ordinationem cum similibus: sed bene cadit de priuilegio ipsi Papæ qui laicos potest habitare ad ista. vt patet. 63. dist. Hadrianus. & c. in synodo. Quinta via est presentatio, de qua h̄. 16. q. 7. decerni mus. & j. de re iudi. c. cum Bertol. de iure patro. per totum. & hoc cadit in laicū ex vi iuris patronatus. j. de iure patro. c. fin. & in isto casu loquitur istud. c. quærela. vt statim. s. dixi. Sexta via est simplex petitio, vt qd populus petit ab ep̄o dari rectoriam: quæ simplex petitio nō est prouiso: & hæc potest cadere in laicos siue in populū non patronum: & de hoc loquitur. j. de statu mona. c. quod Dei timorem. & 23. dist. c. 1. ver. nulla inq̄. & 42. dist. c. 1. & 6. q. 1. §. patet. & in isto casu potest intelligi. 29. dist. c. Petrus. & 16. q. 1. §. his oibus. & c. sic viue & c. si quis monachus. vbi dicit gl. quod populi nō est eligere, sed testimoniū dare. 24. dist. c. 1. & hoc tenet Arch. in d. c. si quis monachus. gl. pen. Ad quod facit qd no. 10. dist. imperium. 16. q. 7. in fi. summe. & in Spec. de præb. in fi. idem tenet Io. An. j. de præb. dilectus. & de iure patro. c. præterea. ita distinguit & dicit Arch. in d. c. hortatur. in fi. & vide questionē prædictā per Io. An. j. de reg. iur. c. quod alicui gratiose in nouella. li. 6. f. vtrū parochiani possint p̄scribere presentationē rectoris suę parochialis ecclesiæ, quā p̄sequitur ponendo gl. quam posuit hic fm motuum suum & formā cuiusdam snie papalis. tertio tollendo responsionem quæ fit ad decretalē istam. quarto fortificando solutionem suā quinque equitatibus. quinto tollēdo tria quæ fundant opinionē contrariā. Sexto respondendo ad duas gl. septimo ostendendo solutionē suam verisimilā per locū a diuisione. Primo sciendū est qd scripsit hic super verbo populus, qd per hanc literam dñs suus Marcellinus noīe, tenebat, quod parochiani vel populus possidere & p̄scribere p̄sentationem in sua ecclesia parochiali facit. 16. q. 1. c. sic viue. & c. si qs monachus. in fin. & quod ibi no. Hug. & qd no. 63. dist. in sum. & c. reatiua. & quod not. j. eo. quilibet super verbo abufum & Cōpo. de recri. capitulū. gl. quia questiones. vers. quia si patroni vbi in hoc parochianos & monachos æquiparat per eundem modū inducitur quæst. 30. fo. de Deo que fundatur super presentatione populi. ad hoc. j. eo. gnali. li. 6. dñs Ioan. de Montemurlo disputando terminauit d̄rum. respondens ad decretalem istam: quod hic populus possidebat patronatum nō ad actum presentandi tñ probans id per ver. salua. quæ sequitur hic. hoc etiam tenet Arch. in c. alle. hortatur. ipse vero Io. An. magistri sui opinionem defendit iuriconsultum Cassium imitando. de quo. ff. de arbi. l. diem §. 1. Est aut sciendum, quod tpe Nicolai quarti quæstio fuit in curia, qua presentatus a populo S. Cecilie de Florētia cum diocesanis presentationē ipsam nolisset admittere appellauit ad ipsam: & fuit snia lata pro ipso, quā papa confirmauit inserto tenore sniæ, & cōfirmationis exēcutores dedit. quas literas penes se habet infirmatas. quarū verba respicientia p̄positū sunt hæc, Nicolaus &c. dilectio filio. G. pref. byt ero, & rectori ecclesiæ S. Cecilie Florētiæ salutē &c. ea que in iudicio &c. sane tua petitio nobis exhibita tenebat qd cum ad ecclesiā S. Cecilie Florentiæ tunc vacante per mortē &c. Ad parochianos ecclesiæ ipsius ad † quos de antiqua & approbata p̄uerudine, & hactenus pacifice obseruata presentatio ad eandem ecclesiā cū vacare cōtingit, pertinet: venerabili fratri

notro. B. Flor. episcopo fuisse canonicę presentatus idem episcopus ad eandem ecclesiam te admittente contra iustitiam recusavit, propter quod tu ad sedem apostolicam appellasti. Narrat deinde, quomodo duo auditores successively dati fuerunt ad causam & quomodo secundus pro ipso tulit sententiam, quam confirmavit infero tenore. Et fuit hoc apud urbem pontificiam sui anno tertio. Ad executores facta eadem narratione concludit. q. ipsi, vel alij prestatam sententiam autoritate apostolica exequantur inducentes & c. & attestatur q. in literis illis nihil inferitur, quod predictum intellectum immutat. Postea dicit sic, licet istud sufficeret ad robur illius opinionis, j. de re iud. in causis. adhuc tñ ipsam opinionem adiuvabo. Et primo si tollatur responsio quę fit ad decre. istum hic habemus casum. & ppter hoc volui videre antiquam qui tñ non auxit intellectum. Dico autem quod nulla necessitas cogit illum ad id. Vel vñ sonare quod debet. Sed eius est mens, quod cũ litera non dicat populum prescriptisse, sed solum possedisse actum presentandi ecclesie S. Agathe, quę se dicebat patronam. si ita erat, cuius potest ex iure patronatus illum actum presentandi a possessore, & tunc esset questio super iure patro. ex quo iure ageretur & quod forsan per populum negaretur. Cum ergo ibi populus non fuerit in causa licet obtinuit propter suę possessionis commodum presentatus ab illo ad cautelam vel ad consolationem succumbentem papa protestatus est, quod de iure suo patronatus agere possit & populo. Et sic habemus de questione casum. Item sententiam supra scriptā, hæc aut fortificat equitas. nam & si dicatur contraria opinio in laicis & nõ in parochianis procedere, cessat tñ in parochianis. & hoc triplici respectu. Primo t quia participant ex iure parochiali priuationi rectoris possunt, ergo participare cum rectore. de off. Arch. ad hæc in fi. in aut. de defen. ciuit. §. usufruandum, ver. non habente. coll. 3. & per commissum regula. j. de reg. iur. & ff. de regu. iur. l. nihil tam de simo. c. iam. & quod no. j. de off. deleg. c. venerabili. in fi. in glo. de re. eccl. non alie. si quis presbyterorum. gl. pen. & in decre. vt circa. j. eo. li. 6. Secundo quod ipsi incumbit ab illo audire diuina, & percipere sacramenta, ppter quod boni est quod illorū proposito congruat. s. tit. proximo. c. 1. ad finem. ac etiā experientia docet, quod efficacius docent, & laborat ad habendum vnum idoneum quā illi qui non sunt parochiani. Tertio, quia participant dotationi. Nam sicut alimentat rector ex datis per patronum sic etiam ex obuentionibus quas a parochianis recipit, & in quibus consistant. vide quod dixi de parochijs. in rubrica. quarum consideratio habetur etiam interdū in fundatione, & dotatione. de eccl. edifi. ad audientiam. r. & dixi de consue. eccl. vel alia. c. cum sicut. & constat certas ecclesias omnino dote carere quid mirum ergo si ad presentationis actum possidentem & prescribendū habiles esse dñr absq; hoc quod iura vetera hoc permittebant eisdem etiā in ecclesijs collegiatis? 39. dist. Petro. 47 dist. de Petro. 61. dist. studij. 63. dist. plebs. 3. & creatina. Item conclusionem Arch. quę distinguit presentationem a petitione, dicendo, quod simplex petitiō competere possit populo. de statu monacho. quoad Dei timore. fateor, cum nõ possedit presentationis actum: secus in possidete, vel cum petitionem illam sine vlla possessione vna vetula de parochia facere possit: absurdū esset non plus dare prescribenti, quā illi non plus toti parochie quā vni parochiano. Item aduertendum est, quod ij, qui tenent opinionem contrariam, concedunt, q. parochiani bene pñt prescribere patronatum. & tunc licebit eis presentare & lic vitiānt regulas, qui potest totū, potest & partem. de off. dele. prudentia. & c. pastoralis. §. r. cũ concor. & cui licet plus & minus. j. de reg. iur. cui licet. li. 6. Cōcedunt enim q. honorē possessionis & ius alimentorum in casu inopię vna cũ actū presentationis prescribere pñt sed tertium solum non: cum tñ ex ijs coniunctis, & potissime ex fecō, plus graue tur ecclesia. Ex quo patet, q. illi rigori multū resistit equitas: & si opponatur hoc quę contingere in exemplis, quę postū de transla. epi. c. si super gl. sed nõne. Rñdetur per id quod no. j. de verb. sign. propterea. in fl. vlt. scit ergo nõ canonici prescribunt actū electionis prelati sine prescripitione canonicatus. j. eo. Cumana. de causā pos. cũ ecclesia. sic & parochiani sine prescripitione patronatus prescribāt ius presentandi quasi ad id habiles per rationes proxime dictas, sic & sine prescripitione episcopus non eps prescribit aliqua quę de iure ad solos episcopos pertinent de prescri. auditis. & c. cum olim. Restat tollere tria super quibus fundat Arch. opinionē contrariam, quā tanta operositate vsus est persuadendi quāta falsitas indi. eret, vt vera videatur. vt in Hieronymo ad Marcel. 11. quia libera institutio sacerdotum de iure ad ep̄m pertinet, alleg. 7. iura scilicet,

cusato vt suspecto, quia de eius recusationis causa epi cognoscere debet. vt. j. eo. c. si contra vnū. §. si. Si est delegatus, tūc refert. Aut queris vtrū possit ex causa t legitima recusari. & dic qd sic vt hic. & j. eo. suspitionis. & de app. legitima. li. 6. qd verū est, etiā si princeps eum ex certa scia dederit. vt not. Io. in calleg. valde. & Ber. & Hof. j. eo. ti. c. cum olim magister. & probatur. j. de app. c. postremo. iun. c. o. c. super eo. 2. eo. titu. Fallit in duobus casib; primo vbi Imperator, vel Papa exprimit, qd t delegatus nō possit recusari. vt. s. eo. ex par. 2. saltem qd certa causa exprimitur pp quam non possit recusari quia tunc nō recusatibitur pp illam. arg. ff. si quis cau. l. sed & si quis. §. quae sitū. hoc no. Spec. tit. de recusa. §. 1. verū. quid si sit causa. Fallit secūdo in Cardinali qui recusari non potest pp magnitudinem officij. vt no. Hof. in calleg. cum olim magister. & in c. allega. noui. j. de app. pro quo. ff. de off. praefecti pto. l. vnica. §. pen. & c. De off. praefec. pto. l. vna. Aut queris quis de causa recusationis ipsius delegati habebit cognoscere, & tūc refert, aut est delegat' epi, vel alterius ordinarij a Principe: & tunc de recusatione. pposita contra talem suū delegatum epi siue alius ordinarius delegans cognoscat. ar. j. de fo. cōpe. c. si quis clericū. & c. licet. & est casus. j. eo. si ptra vnū. §. cum aut. lib. 6. Aut est delegatus Principis. i. Papae vel Imperatoris, & tūc aut est vnus delegatus tm, & tūc eliguntur arbitri qui de causa suspitionis cognoscent. vt. j. eo. si spicionis. Fallit in casu vbi delegatus est in pntia Papae vel ppe, qui recusatur, vt suspectus, quia tūc causa recusationis corā Papae pbari pōt, & debet. vt pbat. j. eo. cū olim magister. §. sane. & not. hoc Hof. in sum. eo. ti. §. qd sit eius offic. sub. §. sed corā quo. ver. qd si delegatus. ar. pro hoc in. §. alle. cū aut. vbi pp propinquitate epi cognoscat de causa suspitionis pposita t delegatum suū. Aut t sunt plures delegati. & tunc refert qd aut dati sunt cū illa clausula, qd si non ambo, vel quod si nō aut sunt dati cum illa clausula, qd oēs, duo aut vnus, vel cum alia clausula cōsimili. aut sunt dati simp ptra sine aliqua clausula. Si primo modo tunc refert. nam aut in tali cōmissione non est persona alicuius praeelecta, & tunc aut vnus eorū tm recusatur: aut duo recusantur, vbi sunt tres aut oēs recusantur. In primo casu alter collegae nō suspectus vbi sunt duo tm seu alij collegae nō suspecti vbi sunt tres vel plures, de hac causa suspitionis cognoscat, seu cognoscent. Sic intellige. s. eo. cū super abbata. & est casus. j. eo. c. si ptra vnū. lib. 6. 1. respon. Et est ratio, quia iurisdictione non potest aliter expediri nisi primo finiat causa recusationis, cū recusatus interesse velit in causa principali: sed in cā recusationis recusatus non pōt, nec debet interesse. vt. j. eo. suspitionis. & c. eū speciali de app. & eo. ti. c. legitima. li. 6. Et sic quo ad hāc cām recusationis iurisdictione in solidū transfunditur in collegam nō suspectū aut oritate clausulae supradictae. nam, pendente recusationis iudicio, iudex recusatus pcedere nequit, vt in dicitis iuribus & sic est locus clausulae, qd si nō ambo. In secōdo vero casu t scilicet qd duo de delegatis recusant vbi sunt tres delegati tūc ad arbitros recurrent. vt. j. eo. suspitionis & hoc tenet Ho. in. §. alle. quod sit eius officium sub. §. sed corā quo. ver. sed si tres fuerint. Et est ratio, quia auctoritate clausulae pauciores quā duo cognoscere non pnt, ideo quo ad cām recusationis expediendam iurisdictione in solidū in tertium non suspectū & non recusatum transfundi nō potest. Idem intelligo, vbi essent quatuor, vel plures delegati cū illa clausula qd si non oēs. & c. vel quatuor & c. & tot recusantur quot in alios iurisdictione in solidū nō transfunderetur virtute clausulae supradictae. ar. j. eo. si cōtra vnū. j. responso ibi ad quem ex vi & c. In tertio vero casu, scilicet qd oēs t delegati recusantur tunc est ad arbitros recurrendū. Nam eo casu nullus est, in quem iurisdictione transfundatur. vt. j. eo. c. suspitionis quod intellige, vt dixi, nisi recusarentur in praesentia Papae, vel ppe. ar. j. eo. cū olim magister. §. sane. Aut in tali cōmissione persona alicuius est praeelecta, vt quia causa cōmittitur epi Parisiensis, & cuidam alij cum illa clausula, qd si nō ambo ijs exequendis poteritis interesse, saltem tu, frater epi e, mandatum apostolicum exequaris. Vel cōmittitur epi, & duobus alijs cum illa clausula, qd si non oēs, ijs exequendis poteritis interesse, saltem tu frater episcopo, cū altero eorum mādatur apostolicum exequaris, & tunc refert t nam aut ille recusatur, vt suspectus cuius psona est praeelecta & sine quo vel eius subdelegato alij pcedere non possunt, vt epi in exemplo quod p fuit, & tunc erit ad arbitros recurrendum, non autē alij collegae cognoscent de recusatione proposita contra epm praeelectum. Et est ratio quia alij sine eo vel ipsius subdelegato exercitiū aliquid iurisdictionis non hnt. Sic intellige. s. eo. insinuante. & j. eo. c. in 2. respon. Et ita intellige opinionem Inno. s. eo. cum super. in gloss. not. quod. Aut ille recusatur, vt suspectus, cuius persona

persona non est praeelecta, & tunc aut causa est commissā duo bus tm, puta illi praeelecta, & alij & tunc de cā recusationis, d illum non praeelectum proposita praeelectus habebit cognoscere. Nam & si non esset praeelectus hoc facere posset. vt. s. e. cum super & j. e. si contra vnū. in prin. li. 6. Aut est t commissā tribus cum illa cā qd si non omnes. & c. tu frater episcopo, cum altero eorum & c. & tunc aut vnus solus recusatur, tunc alij de cā recusationis cognoscent. j. eo. c. qm. §. idem quoque. Aut duo recusantur & tunc solus praeelectus de causa recusationis non potest cognoscere: quia non transfunditur ad ipsū in solidum iurisdictione virtute clausulae supradictae. Et idem credo eo casu fore ad arbitros recurrendum fm regulam genera lem. j. eo. suspitionis Idem credo si scribitur illa cum cā, de qua Io. And. j. e. coram. Et idem credo vbi quicunque in non recusatus non transfunditur in solidum exercitium iurisdictionis virtute cāe appositae in rescripto. ar. praedicti. c. si vnum in principio. ibi ad quem ex vi clausulae praedictae, debet ipsius causae cognitio pertinere & c. a contrario sensu. Si vero queris de secundo membro principali subdistinctionis. i. qd cā est commissā duobus vel pluribus cum illa cā adiecta, quod si omnes, aut duo, vel vnus. & c. De qua. j. eo. cum plures. li. 6. vel alia cōsimili, vt si dicatur, qd quilibet illorum in solidum per se iudicare & exequi possit, tunc subdistingue. aut vnus eorum tm recusatur, aut duo recusantur, vbi sunt tres vel plures, aut oēs recusantur. In primis duobus casibus credo qd alius collegae, non recusatur si sit solus, vel alij collegae nō recusantur, si sint plures, & etiam quilibet ipsorum in solidum de cā recusationis propositae contra alium vel alios cognoscere possunt, seu pōt ar. c. alle. cum plures. §. porro. vers. nisi infirmitate. & c. Nā vbi vnus vel plures ipsorum delegatorum recusatur, vel recusatur propter hmbi impedimentum iuris in alium non recusatum si sit solus, vel in alios nō recusatos sint plures exercitiū, iurisdictionis in solidum transfunditur virtute clausulae supra dictae vt ibi. ergo & de cā recusationis cognoscere poterit siue poterunt. ar. j. eo. tit. si contra vnū. j. responso. ibi ad quem, ex vi praedictae cāe. & c. In tertio casu. i. qd omnes recusant, sunt arbitri eligendi per c. suspitionis. j. eo. tit. c. legitima. de app. li. 6. Si queris de tertio membro principali subdistinctionis, i. qd duo vel plures delegati sunt dati simp ptra, non adiecta cā quod si ambo, vel quod si non oēs, tunc siue vnus siue plures, recusatur erit ad arbitros recurrendum. non autem alij collegae non recusati cognoscent, vt probatur. j. eo. si contra vnū. §. vbi vero. li. 6. Et est ratio quia in eo casu omnes ita locovnius intelliguntur, quod, vno deficiente, deficit omnis iurisdictione. vt legitur & notatur. s. eo. causam matrimonij. & c. vno delegatorum. Nam ipsa iurisdictione tunc ita est apud omnes, quod apud nullum. vt no. s. e. prudentiam. in glo. ad hanc qōnem. Et in omni casu in quo dixi ad arbitros recurrendum, intellige est hoc verum qd recusatio non fit in pntia Papae, vel prope iam dixi. Si queris de tertio membro principali. i. qd iudex, qd recusatur est subdelegatus, tunc refert, aut delegatus subdelegatū cām vni soli, aut subdelegatū pluribus. Si t subdelegatū vni soli: tunc aut simpliciter nihil sibi retinendo de iurisdictione, & tunc ipse delegatus qui functus est officio suo, ex quo subdelegatus de iurisdictione sua cepit cognoscere. vt. j. eo. venerabili. & eo. tit. c. quamuis. li. 6. de cā recusationis, non cognoscat, sed arbitri eliguntur per regulam generalem. j. e. suspitionis. Qui. n. cōmittit simp ptra vices suas, totum commissū se vt no. Ber. hic. in §. si vero duo. & Spec. hoc tit. §. sequi, videre ver. & nota, quod simp ptra. & Innoc. & Hof. & Bern. in d. c. venerabili. Aut subdelegatū, nō simp ptra, nec in totum, sed partem iurisdictionis sibi retinendo, & tunc ipse subdelegatus de causa recusationis cognoscat vt hic in §. quem vero. & in §. si ver. qui etiam & c. fm Ber. & Hof. hic & Hof. in summa. eo. tit. §. quod sit officium sub. §. sed coram quo. & Io. And. j. eod. si contra vnū lib. 6. Si delegatus subdelegatū cām pluribus tunc aut non in totum, sed retinēdo sibi aliquid de iurisdictione, & tunc aut subdelegatū non adiecta cā, quod si non ambo vel quod si non omnes, vel illa quod si oēs, vel duo, aut vnus & c. & tunc ipse delegatus cognoscat de causa recusationis propositae contra subdelegatos suos, vel alterum eorum. ita intelligo tex. hic, in fi. Aut subdelegatū cum cā illa, quod si non ambo, vel si non omnes & tunc alter subdelegatus. vel alij subdelegati, si sint aliqui non recusati, cognoscent cum distinctione habita, vtrum persona alicuius est praeelecta, aut nō vt iam dictū est in delegatis. Si vero sint omnes recusati, tunc arbitri eliguntur, qui cognoscent. Aut subdelegatū cum illa. clausula omnes, vel duo, aut vnus & c. & tunc idem quod dixi,

in pluribus delegatis datis cum illa cā. hoc excepto quod vbi omnes subdelegati recusantur, non eliguntur arbitri, vt est dictum in delegatis sed ipse delegatus cognoscat. ar. hic. & in §. fi. Aut subdelegatū in totū & tunc ipse delegatus non cognoscat ex quo subdelegati vbi sunt iurisdictione vt est dictū per, c. quamuis. Sed alij subdelegati nō recusati cognoscent siue sit vnus solus siue sint plures. Et hoc, si sint dati cum cā, quod si non ambo vel si non omnes, vel cū illa quod si omnes, vel duo aut vnus. & c. Et in casu vbi in ipsum vel ipsos in solidum iurisdictione transfunderetur vt iam dixi de delegatis alias esset ad arbitros recurrendū iuxta. c. suspitionis. Si vero sit merus textor, qui recusatur, tunc dic, quod ille qui cum deputauit, de causa recusationis contra eum proposita cognoscere debet, vt hic in §. que vero. Si quis coram quo debet proponi cā recusationis, quod pond sciēter vltimo, quia per p. emilla de probatione tractata declaratur, licet in ordine iudiciario propositio probationem praecedere debeat, tunc aut ille qui recusatur est ordinarius & coram eo proponi debet. vt j. de fo. compe. si quis contra clericum. & j. de appell. c. cum speciali. & c. 2. requiris. & j. eo. si contra vnū. §. fin. Aut est delegatus & tunc aut est solus delegatus & tunc idem. §. quod coram eo debet proponi vt j. eo. c. suspitionis. & eo. ti. c. si contra vnū. §. vbi vero li. 6. Aut sunt plures delegati & tunc aut omnes recusantur & tunc coram omnibus est proponenda per eandem rōnem, aut quidam ipsorum & non omnes recusantur & tunc secundum mentem Io. An. in d. c. si contra vnū super verbo probari refert. Aut de illa cā recusationis cognitio, & decisio pti nent ad collegam, vel collegas, & in quibus casibus hoc fit, vide §. & tunc coram omnibus est proponenda tam recusatis, quam non recusatis. aut de illa causa recusationis cognitio, & decisio non pertinet ad collegam vel collegas. & tunc licet bonum esset quod coram omnib. proponeretur. Sufficit tñ si proponatur coram recusando cum arbitri habeat cognoscere. ita intelligi pōt opinio Inn. §. e. cum super. Aut sunt subdelegati, & tunc idem eadem ratione dici pōt, quod in delegatis d quo articulo vide plene, quod notat Inn. j. de app. cum speciali, super verbo suspectum. & G. j. e. tit. c. si contra vnū. super verbo cum autem probanda. li. 6. Et adde quod notat j. de accu. fa. c. qualiter & quando. 2. §. sed cum super. vbi dicit. quod est argumentum, quod inquisitor, recusari pōt tanquam suspectus sed recurrendum est ad arbitros non ad appellatorem. de accu. ad petitionem. ver. & Cardinalem. & c. nisi ob iustam causam propositam, & non admissam, vt hic, in fi. & est expressū j. de app. cum speciali secundum Hof. & idem notat G. in Spec. titu. de inquisitione. §. 1. verfic. item quod est sibi & §. nunc tractemus. versic. quid si reus. & c. & qui distinguit, vtrum est ordinarius, vel delegatus, vt est dictum. vbi nota, quod causae suspitionis sunt multae, de quibus nota s. eodem c. causam. quae. j. vt lite non conte. accedens. j. & 2. & plene per Hof. in summa. e. tit. §. quae sunt iustae. & in Spe. e. titu. §. superest videre. & per Ho. & Io. de app. legitima. li. 6. vbi Io. And. enumerat. 18. causas.

- 1 Exequi sententiam qui nequeant.
- 2 Exequi confirmatoriam qui possint.
- 3 Exequi infirmatoriam iudex ad quem debet.
- 4 Appellatione irrita prior iudex exequetur.
- 5 Delegatorum quis, an non exequetur. et 6.
- 7 Commissio eiusdem rei, secundo prius reuocari. in diuerso contra. 8.
- 9 Commissa appellationis causa an qui prior reuocetur.

Astoralis. §. praeterea. Si queris, qd a sententia diffinitiva appellatur, quis iudex possit, & debeat sniam executioni mandare, vtrum iudex principalis cāe, vel cāe appellationis, refert. aut per primam sniam, vel secundam nihil restat qd exequendum. vt quia factor appellauit, quia reus absolutus fuit, & iudex qui de appellatione cognoscat primam sniam confirmat & tunc neuter exequetur, idē si per primam sniam sit ab ea appellatum, nō esset aliquid exequendum. sed si per secundam ei praedictantem nihil est exequendum, vt quia reus appellauit quia condemnatus fuit & iudex appellationis infirmat sniam & tunc quia nihil remanet, exequendum neuter exequetur. ita intelligo quod not. Hof. hic & Io. And. post cum dicentes, qd prima cassatur nec pri mi nec secundi iudices exequentur. vbi non credo verum, in casu, vbi prima esset absolutoria & secunda cōdemnatoria,

aut per vtranc; sniam primam & secundam vel saltem per secundam est aliquid exequendum: vt quia vtraq; sententia, vel saltem vltima est condemnatoria: & tunc aut primus iudex est iudex ordinarius, aut delegatus aut subdelegatus. Si ordinarius tunc aut secunda sententia est confirmatoria primae, vt quia appellatio est pronuntiata iniusta, & snia, prout lata est omnino confirmatur, & tunc vterq; poterit eam exequi. Sic intelligunt glo. Ber. hic & Car. & G. j. de appel. Romana. lib. 6. in fi. vbi de hoc plene per eos, & ita concordantur opi. contrariae, scilicet Lau. qui tenuit, quod primus iudex exequatur. arg. hic & ff. de admini. tuto. l. chiographis. s. eo. c. insinuante. in fin. j. de appella. cum in ecclesia. & c. vt debitus. in fi. & Tan. Ioann. Vinc. Phi. & G. nafo. & Inn. & Hof. hic & Dama. hoc tit. q. 19 qui tenuerunt quod secundus exequatur. Aut snia secunda est infirmatoria primae, vt quia est male pronuntiata, & bene appellatum, & tunc secundus iudex exequatur non primus, & hoc plene probat textus istius §. praeterea. in fi. & C. de appel. l. praecipimus. circa mediū. ibi exequentibus iudicata & in au. th. de san. epi. §. si quis aut litigantium colla. 9. quae est. C. de epi. audi. in au. th. si qui litigantiu. Aut secunda snia nedum confirmat primam sed et addit aliquid ad eam, & tunc primus non exequatur illud additum, sed secundus, quia de illo adito primus non pronunciauit. arg. j. de fo. compe. ca. postulasti. cū ibi, notatis secundū Hof. hic. Aut secundus non confirmat nec infirmat primā sententia: sed pronuntiat secundū decre. sua. j. de appel. t. vel pronuntiat tempora appellationis prosequendē esse decursa, vt notatur. C. de appel. l. eos. vel appellationem fuisse nullam: vt quia appellauit post 10. dies vel ex intervallo & si ne scriptis, j. de appe. cordi. & c. concertationem lib. 6. & tunc primus iudex debet exequi non secundus, fm Card. & G. in c. allegato R. omnia. in fi. Si est iudex delegatus qui primam sententiam tulit. tunc dicit Hof. hic, qd talis non exequatur, sententiam, sed secundus. Et est rō quia iurisdicō delegatorum expirat ex quo legitime. i. rite, appellatum est ab eis. & dando postea riores vř superior reuocare priores. s. de rescr. ceterum. Et secundum hoc vult intelligi & determinari illud quod ipse nota uit in summa tit. de app. §. quis fit eius effectus sub. §. sed quali ter ver. sed quis mandabit. & c. Sed ibi dicit qd primus t iudex, exequitur, etiam si fit delegatus, dummodo sit delegatus a Papa, siue a principe. Si vero sit delegatus ab alio ordinario tunc ipse ordinarius exequitur vt ff. de re iud. l. a duo Pio & hoc credo verius quo ad delegatum Papae. Et est rō, quia vbi a primis delegatis appellatur & secundi delegati in cā appellationis, pronuntiant male appellatū & primā sniam priorum delegatorū, confirmant. secundi debent eam remittere ad primos. vt s. e. insinuante. in fi. j. de appel. c. cum in ecclesia. & c. vt debitus. & pro hoc vř casus hic, qñ dicit reuocare, vt interim. & c. & ipse Ho. dicit, & exponit hic reuocare non ex toto, vt sequitur, sed quantum ad hoc, vt interim & c. Item Card. & G. de hac materia tractantes in d. c. R. omnia non distinguunt inter ordinariū & delegatum. Item in delegato ordinarij, t. credo idem. §. qd pot fit sniam exequi, quod dicit vt dixi. s. eo. in literis. dist. j. fm distinctionem factam in ordinario. Nec t. bltar. c. ceterum. quia loquitur in casu vbi omnes iudices primi, & secundi impetrantur in & super eadem causa, hic vero loquimur in casu vbi primi impetrantur super principali: & secundi super cā appellationis. Si fit subdelegatus qui primam sniam tulit tunc dicit idem, quod in delegato est supra dictum: quia eadem est rō, cum vter que gerat vicem Papae. j. eod. ca. ex literis. patriarchae. & de ista materia notat Specu. titu. de sentent. executione. §. nunc dicendum. verifico. sed pone, quod iudex.

¶ Si quæris, vtrum superior, qui postquā cōmisit causam primis iudicibus, eam scienter committit secundis commissionē & p̄tatem priorum reuocare videatur, refert taut vtraq; commissio facta est in & super eadem causa & super eodem negotio, & tunc sic. arg. ff. de procu. l. si quis cum procuratorio nomine. §. si. j. de re liti. spo. audita. & nota Spec. hoc tit. §. sequitur videre. ver. item qd mandatū. & c. Et idem est si sciens negotiū per eum alij commissum incipiat cognoscere de eo, quod alij delegauerat. vt j. de concef. praeb. & eccle. non vacan. quia diuersitatem vt no. Inn. j. de app. c. intinasti circa medium. verifico. in mo vř plus. & Hof. post eum. & idem. G. j. de offi. dele. quamuis. super verbo reuocetur. li. 9. valet tamen, qd fit per eos anteq̄ sciant suā p̄tate reuocatā. vt in c. audita. melius. & pleni? legi. & no. Aut vtraq; commissio facta est in & super diuersis, casis seu negotijs. & tūc aut in & super causis, seu negotijs penitus separatis & diuersis quarum vna ex alia non dependet, & tunc prima per secundam non videtur tacite reuocata. s. rescri. per

totum quia separatorum separata debet esse rō. C. de don. inter vir. & vxo. l. si maritus quondam. cum ibi alle. de epi. & cl. l. repetita. de testa. l. consulta dinalia. ff. de fume. l. vna. j. de praeb. quia saepe. li. 6. Aut t vtraq; commissio, stam prima, quam secunda facta est in & super causis diuersis, sed sibi inuicem adhaerentibus & connexis, vt quia prima commissio facta est in cā principali, & secunda facta est cā appellationis, & tunc aut secunda commissio facta est, & secundi iudices dati sunt in cā appellationis a diffinitiuā, & tunc tacite reuocatur, & suspenditur p̄tās priorum iudicum, non per ipsam secundam commissionem, sed per appellationē a diffinitiuā interiectā, quod dicit vt legitur & notatur. s. de rescriptis. dilectus. i. & pleni. j. de appel. non solum. li. 6. Aut t secundi iudices dati sunt in causa appellationis ab interlocutoria, vel grauiamine, & tunc aut sunt dati ab alio quam a principe, s. Papa: & tunc per talē secundam cōmissionem per dationē secundorū iudicū p̄tās, seu iurisdicō priorū non intelligitur reuocata vel suspensa nisi vna cū hoc inhibito ex parte ipsius cōmittentis, vel illorum secundorū iudicū commissorū sit secuta. vt j. de appel. ca. Romana. §. si vero vocatis partibus. & §. sequentibus. lib. 6. aut secundi iudices dati sunt a Para. & tunc per talem secundā cōmissionem p̄tās & iurisdicō priorū est reuocata & suspensa, & est speciale in Papa vt hic fm Inn. & Hof. Pe. & Abb. & Io. And. Et est rō, quare secus in Papa & secus in alijs inferioribus, quia inferiores iudices, vt archiepiscopi, & similes non sunt r̄r iudices in causis subditorū suffraganeorū suorū nisi per viam appellationis. j. de offi. ord. pastoralis cū ibi no. Sed Papa est iudex ordinarius omnium. 9. q. 3. cuncta per mundū. & c. per principale fm Abb. hic. Et no. qd cū Papa ex certa scientia cōmittit causam sciens sniam in ea fore latam ipsam sententia reuocare videtur. arg. hic & j. de re iudi. inter monasterium in ver. quare si fuisset ostensa ea posthabita & c. & hoc notat Gof. j. de integ. rescriptio. cum ex literis. idem not. Arch. 2. q. 6. §. diffinitiuā. verifico. item si sententia.

1 Executor an de re cognoscat.
§. quia vero Si quæris, vtrum executor possit assumere causā cognitionem, & qualiter dic, vt dicam. j. de re iudi. c. de cetero: & quas exceptiones admittit debeat executor. vide in Spe. tit. de sent. exc. §. postremo. & per Cardin. j. de exceptio. pia. lib. 6. & per Hof. in summa de re iudica. §. quae delegari, & infra de re iudicat. quod ad consultationem,

- 1 **Euocatis Papa parendum. & quando. 3.**
- 2 **Euocatorum vtriq; quando parendum.**
- 4 **Citanti reo parendum potius.**

§. cum autem. Si quæris, vbi aliquis est euocatus a Papa, & ab alio superiore, cui ipso rō potius obedire teneatur, refert, aut nō pot vtriq; obedire, nec eodem tpe nec diuersis temporibus: & tunc Papae obedire debet per iura hic allegata per Ber. & Hof. 1. q. 3. qui resistit. ff. de re iud. l. contra pupillū. §. is, qui ad maius. Aut pot t vtrique obedire vel diuersis temporibus vel eodē: & tunc aut persona liter, & tunc vtrique obediat personaliter vt in l. duorū libertus. ff. de ope. lib. hic allegata. Aut non pot vtrique per se obedire, sed bene vni per se alteri per procuratorem, & tunc aut est citatus ab oibus personaliter & tunc obediet Papae per se qd alij vel alijs per procuratorē. arg. dictorū iuriū. 1. q. 3. qui resistit. & ff. de re iudica. l. contra pupillū. §. is qui ad maius. Aut t est citatus ab vno personaliter, & ab alio simpliciter, & tunc citanti personaliter debet obedire per se, & alij vel alijs per procuratorem argum. s. de electio. bonae. j. §. contra legati. infra de re iudicata. capitu. j. lib. 6. & de dolo & contuma. dilecti, secundum Hof. hic.

- 1 **Perpetuato vno ex pluribus reliqua non perpetuatur.**
- 2 **Citatio generalis ad omnis porrigitur.**
- 3 **Perpetuari quomīs actū iudiciali posse.**
- 4 **Haereticus causa porrigibilis & ad quos.**
- 5 **Dignitatis capacem iurisdictioni succedere. & 6.**
- 7 **Rektor parochiae in iurisdictione non succedet.**
- 8 **Delegatorum vnus quando de causa cognoscat.**

¶ Licet vndique. Si quæris, qm̄ per vnum rescriptum cōmittuntur plures causae siue nominatim siue per clausulam generalem, nunquid perpetuata iurisdictione in vna perpetuetur in alijs, refert, aut rescriptum t est impetratum, contra plures,

plures, & perpetuata est iurisdicō contra vnum, siue in vna causa siue in pluribus, & quaeritur vtrum per hoc perpetuet, contra alium vel alios. & dico quod non. s. e. relatum. ita intelligo glo. Ber. Inno. & Hof. & ab. hic & glo. Ber. Vinc. & Gof. Ho. & Io. An. s. de rescri. c. pastoralis. in fi. & Spe. ti. de legato. §. videndum. ver. quid si is & Bar. Brixiensis, in quaestione dominicali quae incipit. quidam impetrauit rescriptum & glo. G. & Io. And. j. de haeretic. c. ne aliqui. super verbo. non recepta. li. 6. licet Inno. in d. c. pastoralis. in glo. supra pen. & Io. de Deo: in quaestionibus suis & male. Aut rescriptum t est perpetuatum, contra vnum in vna cā, & quaeritur vtrum per hoc perpetuet, contra eum in alijs causis, & tunc refert, quia aut citatio est generalis comprehendens oēs causas contentas in rescripto, & tunc perpetuatur in omnibus ar. C. de annali. excep. l. vlti. fm Gof. Inno. Hof. & Io. And. hic. Aut citatio seu alius actus perpetuatio, per cognitio, per quam perpetuatur iurisdicō secundum opi. Io. And. j. eo. si a subdelegato. li. 6. vel constitutio nuntij iurati ad illum citandum secundum Io. And. hic. t nam et per quemlibet actum iudiciale etiam praeter citationem iurisdicō perpetuatur vt hic ibi. qñ dicit vt cooperit. & c. fm Io. An. ind. c. ne aliqui. est particularis, seu specialis in vna cā, siue in pluribus causis, quæritur, vtrum perpetuetur in alijs. Aut tunc refert, aut quis, nūquid perpetuetur in alijs negotijs seu causis connexis: & die quod sic, arg. ff. quemadmodum feruitus amittatur. l. si. cōm. & C. de duo. reis. l. si. fm Hof. hic. Aut in non connexis. & dico qd non fm Ber. Hof. Io. And. hic & Ber. Vinc. & Gof. & Io. An. in d. c. pastoralis. & G. & Io. And. ind. c. ne aliqui. idē Ph. s. eo. pastoralis. & Bar. Brixiensis, in q. dominicali. 60. quae incipit quidam impetrauit rescriptū licet Inno. in d. c. pastoralis. in glo. penult. teneat contra. & Arch. 18. q. 2. dudum. in glo. pone quod in generali commissione. & hoc in Spec. hoc tit. §. restat videre. ver. quid si super duobus. Et ista omnia vera sunt, praeterquam in casu haereticis, i quo est speciale fauore fidei, qd perpetuatio t iurisdictionis in vno casu siue contra vnu operetur perpetuationē, in alijs casibus, & contra alios vt probatur in d. c. ne aliqui. j. de haeretic. li. 6. dictū autem Spe. in praedicto. ver. quid si is. vbi quaerit nunquid perpetuata sit p̄tās illius cui committitur, qd cum aliquibus irregularibus dispenset hoc ipso, qd dispensauit cum quibusdam, & dicit se obtinuisse, qd non pot procedere qm̄ cum expressis, personis dispensare debeat. & emanauit litera per viam commissionis non per modū gratiae factae dispensare debenti, quo casu potest subdistingui, an is, cui facta fuit commissio, fecerit actū cōmuniem omni dispensationi: & tunc duret potestas in alijs, an solum speciale. p quod ad dispensationē iam factam & tunc procedat dictum Spec. praedicta. Sed si litera emanauit per modum gratiae factae dispensare debenti, & maxime cum incertis tunc, tunc cum perfecta sit gratia non expirat etiā re integra morte concedentis. vt clare probatur, j. de praeb. si cui lib. 6. & ita no. Io. An. s. de fil. presby. c. ex tua. alias incipit, ex parte. Haec decre. facit ad quaestione, quam Io. And. disputauit j. de reg. iur. c. Romana. in nouella. li. 6. post dñm suum Marfilium & dñm Palmerium, quae talis est. Prima causa delegatur, duobus, secunda duobus vtrique simpliciter & sub nominibus dignitatum, mortuo vno, ex primis qui erat praelatus duarum ecclesiarum vnitarum dissoluitur vnio, & duo subrogantur. Item, mortuo vno ex secundis, dignitas per Papam dispensantem super vtraque tenenda collegae conferitur, quaeritur de ijs, causis, qui sint earum iudices? Primum articulum huius qōnis disputauit Palmerius quaerebat tñ de eo qui citauit in altera, il larum ecclesiarum. Secundum disputauit Marfilius. Post multa argumenta pro & contra Palmerius soluendo ad primum, t dicit, qd is, qui succedit in illa ecclesia, in qua, seu ad quam citauerat debet esse iudex, quasi videatur illa elegisse, & vt illius praelatus velle procedere: & altera praelatura praeuenta: dicebat tamen, qd aliqui dicebant vtrunq; admittendum. Alij, qd ambo debeant vnum subdelegatum dare. arg. ff. a. ercisi. l. si familia. ad hoc vltimum vide quod no. j. de procu. non iniuste. gl. antepen. Ista solutio nec rōnē hēt, nec tangit dubiū qōnis. Item pone, qd ad neutram citauit, quare aliqui dicunt inspiciendam esse dignitatem principalem in illa vnione, per ea quae not. j. ne fide vacante. c. vno. li. 6. Alij primo nominatam in rescripto facit j. de elec. c. pen. li. 6. alijs, qd is quē elegerit impetrans, alij delegantem consulendū iuxta ea quae notantur. s. eod. qm̄ abbas. Tu dicas, qd aut in rescripto exprimitur, altera sola dignitas, vel ecclesia aut vtraque: & secundo casu aut altera sola, ratione sui, & loci est capax delegationis, aut vtraq;. Primo, & secundo casu. si qñ altera sola exprimitur, vel vtraq;, sed altera,

¶ Hōla est capax delegationis, dico illum solū, qui succedit in dignitate expressa, vel capace in delegatione succedere. Et est ratio: quia certum est rōne dignitatis non expressae, vel non capax illum iudicem non esse, ergo nec iurisdictione succedit, q subrogatur in illa. De primo pone exemplum in abbate. sancti Proculi, cui non expresso monasterio s. Bartholomei vnito, quotidie causae delegantur. De secundo pone, qd simplex parochialis ecclesia est vnita dignitati, soluta vnione, rector, parochiae non succedit in iurisdictione rōne loci. Finge qd monasterium s. Proculi de Bononia sit vnitum monasterio s. Petri, de Mutina. j. de reli. do. c. 2. actor & reus sunt Bononiens. vel actor Mutinens. & reus Bonon. Planum est, qd iste abbas ratione loci respectu monasterij Mutinens. non potest esse iudex huius causae, ergo qui in illa abbacia soluta vnione succedit, non erit, iudex. j. de rescri. l. statutum. li. 6. ad hoc bene facit. ff. ve stipula. seruo. l. §. communis seruus. & l. proinde. in fi. & l. seq. de autho. tut. l. si cōis seruus. per quae iura patet qd si cōis seruus simpliciter vel expressis dñis stipulatur id, cuius alter dominorū, non est capax totū intelligitur alteri stipulatum. facit etiā, qd scripsi post Inn. de praescri. cum ex officij. In tertio casu, quando vtraq; exprimitur, & vtraque, est capax delegationis, pone exemplū. j. de maio. & obe. cū in ecclesijs. in prin. de arbi. expolita. Dico qd cum actus iste delegationis sit talis, qui pluralitatem non respicit, imo illam amplectitur, vt in decre. prudentiam. vterq; in delegatione succedet, & recipietur rescriptum, dicens prior talū ecclesiarū, ac si diceret prior talis ecclesiae, & prior talis ad quod facit. ff. de condi. & demon. l. falli. in fi. Sed modo incidunt duo dubia fortia. s. vtrum isti duo fungantur, vice duorū, pro quo facit praedicta rō an vnus tm̄. pro quo de cre. de iure pa. c. 2. Ad secundū dubitationis articulū dñs Marfilius post multa argumenta soluit t qd iste solus procedere poterit cum sit administrator legitimus vtriusque legitimus, vtriusque dignitatis. & hoc praecipue probat haec decretalis, quae solutio dñi Marfilij placet. admittatur. n. iuri, quod ex eis duobus delegatis vnus gerat vices suas, & alterius. vt hic & s. e. quāuis. & c. super quaestione. §. si vero. Si hoc pot per subdelegationem. ergo & per subrogationem. Et aduerte, qd potuisset quaestio ampliari t dignitate defuncti vnita dignitati superstitis. & omni casu dico, quod siue per vnionem, siue per dispensationem sit competens iudex. Ad primū facit quod no. 16. q. j. c. & tēporū. & c. postq. j. de re do. c. 2. ibi cū oibus iurib. & c. facit quod scripsi. de fil. presby. c. ex transmissa. Ad secundū, quia dicitur respectib. quis fungitur vice duorū. s. de elec. cū inter. le. premier. & 2. ff. de adop. l. si consul. 2. 1. q. j. relatio. Sed nunc incidit dubium, vt in j. articulo dixi. Pone, qd ille habebat collegam tertium, nunquid fungetur vice duorum. Item nunquid iure alterius dignitatis alterum poterit subdelegare. Item nunquid iure alterius dignitatis tm̄ poterit subdelegare vnum & iure alterius alterum? Et hoc forte congrue distinguetur inter vnionem & dispensationem, vt primo casu non posset. secundum posset. haec Io. An. in calle. Romani.

- 1 **Episcopus limitaneus cuius iurisdictionis sit.**
- 2 **Ordinaria iurisdictione qui probetur.**
- 3 **Delegationis cui faciendae fides.**
- 4 **Delegatio initio non post, ostendenda.**
- 5 **Iurisdictionem non nisi sistenti ostendat iudex.**

¶ Vm in iure. Si quæris, vbi contenditur, de iurisdictione iudicis nūquid probari debeat vel nunquid praesumendū est pro ea vel quid iuris, refert, aut est dubium ipsum iudicem iurisdictionem hñe super litigantes. Aut constat eum iurisdictionē non hñe super litigantes. In primo casu, aut dubitatur probabiliter de iurisdictione ordinaria, aut de delegata. Si de ordinaria refert aut constat de iurisdictione iudicis ordinarij, dubitatur tñ, vtrum ipsa iurisdictione ad personas vel ad casus, de quibus cognoscere, sititur se extendat, vt quia dubitatur probabiliter, vtrum aliquis sit de iurisdictione epi. Parientis, qui est de limitibus episcopatuū Parisien. & Carnoten. & tunc praesumitur in dubio, esse de iurisdictione ipsius ordinarij, nisi probetur contrariū. Ita intelligitur. ff. de iud. l. si quis ex aliena iurisdictione. 2. 3. q. j. quid culpatur. j. de re iudi. c. licet. & 2. qu. 6. hoc etiam. & hoc notat Bern. hic circa medium glo. ibi sententiae vero ordinarij. & c. Inno. & Hof. & est rō, quia qñ constat, qd ille, qui pcedit hēt iurisdictionem ordinariam, dubitatur tñ, vtrum ipsam habeat supra istum, contra quem procedit in dubio, tutius est tenendum. j. despon. iuuenis. Aut dubitatur probabiliter

de vfuris. cum tu. 23. q. vlti. c. pefsimam. Si quæris de secundo principali. s. vtrum absolutio de facto præfita, absente parte, & ei minime satisfacto teneat & dic, quod sic vt nota. Ber. & Holt. j. de offi. ordi. cum ab ecclesiis. & Holt. j. de fen. exc. c. ea. n. ficut. idem no. Spec. tit. de contuma. s. nunc dicamus. ver. sed pone excõcatus vbi plene de hoc. & vbi ad literam re peries quod no. Pe. Ab. & Egi. in c. j. de iud. Fallit in casu vbi ius ante restitutionem seu satisfactioem parti damnificatæ, seu læsæ factam abfoluionem præstare prohiberet: tunc. n. abfoluio ante præfita non valeret, vt probatur. j. de election. quia sepe. in fi. cum ibi notatis. per glo. super verbo restituerint. li. 6. de sepul. c. vt animarum in fi. in glo. ar. q. & c. Idem in excõmunicacione lata per superiorem contra prohibitionem iuris. s. q. non teneat, vt probatur, expresse 25. q. 2. imperiali. j. de offi. ord. c. Romana. s. officiales. vbi hoc not. glo. super verbo, attentatur. li. 6. & Card. ibi in additione. licet Ber. & Io. An. ibi contra, & male, vt credo. Idem Holt. Car. & G. j. de fen. exc. c. Romana. s. in vniuersitate super verbo prohibemus lib. 6. licet Ber. ibi contra. & male idem Io. 7. q. 1. sicut vir. super verbo adulteram. & Archi. super verbo dico q. non. & reprobat, opin. Ber. in d. s. officiales. & dicto. s. in vniuersitate per illu. s. met idem Gen. in extrauagan. Io. 2. 2. Suscepti regimini. in fi. ne. super verbo abfoluatur. vbi tenet quod dictum est tam de abfoluione. q. de excõcacione. Et est rō, quia quæ contra legis prohibitionem fiunt pro infectis hñr. & hoc siue legis mortue vt C. de legi. l. non dubium. j. de reg. iur. c. quæ contra ius. lib. 6. & in extrauag. Io. 2. ecclesiæ Romanæ. in fi. siue viuæ puta, principis, quæ lex est animata in terris, vt in auth. de consilib. in fi. colla. 4. & no. Gen. in d. c. ecclesiæ. in glo. præcedente ante penultimam partem vbi ab homine daretur certa forma abfoluē di, puta q. sicut vocata, abfolueretur: quia tunc abfoluio præfita contra formam illam non valeret. ar. s. de rescrip. c. cum dilecta. j. de resti. spol. c. Pisani. vbi hoc no. Gof. & idem Archi. 24. q. 3. cõperimus. gl. fi. vbi de hoc. & de hoc no. Innoc. aliter. s. c. c. prudentiam. s. sexta. super verbo malitiam, s. q. nõ oportet aduersarium vocare, Sed Abbas ibi cõtra. Sed tu dic, vt s. di xi. & de hac materia latius dicam. j. de iud. c. j. & in d. c. ex parte. j. Sed quid si aduersarius citatus petat sibi satisfieri de expē sis, contra quem petens abfoluionem excipit de excommu nicacione, dicens se paratum probare, an faciēda sit abfolu tio ante restitutionem expensarum, quod vñ, quia si excõca tus est, non pot. agere. j. de iud. intelleximus. & sic nec expen sas petere. Item constat q. sufficit cautio. j. de verb. sig. ex par te. j. G. Naso tenuit contrarium cum iste nõ agat, sed excipiat, illum non prius abfoluendū. & hoc sibi licet. j. de excep. c. cum inter. Itē ex contrario lis oriretur ex lite. & protelarentur cau sæ q. mentem iuris. j. de dolo & contu. finem. de re iud. c. 2. Itē ex hoc diceretur agere cum istę expensę veniant per officiu iudicis. C. de iud. l. Mancimus. iudex ex officio suo illum con demnabit. simile de iur. iurand. debitores. Decret. ex parte nõ oblit. quia intelligitur secundum decre. quoniam. s. in alijs. & s. vltimo vt lite non conte. Henricus Boich.

- 1 Suspicioe dilapidationis non probata, quem non deponendum ex tendit. 2.
- 3 Suspecto dandus adiutor. & 4.
- 5 Dilapidasse probatus remouendus.
- 6 Inquisitio dilapidationis duplex.
- 7 Perpetuatio an, actu nullo, fiat.

Venerabili Si queris, vtrum prælatus accu satus, vel denunciatus de dilapi datione, debeat ab administratione remoueri, re fert, aut nondum est probatus suspectus de dilapi datione, nec test probatus verus dilapidator: & tuc nec debet deponi nec ab administratione remoue ri. vt 8. q. 4. nonne. 15. q. c. vlt. cum concor. ibi alle. nec etiã de bet coadiutor sibi dari. vt hic in principio ibi si eps merito & c. a contrario sensu. Sed bene potest, etiam non probata suspicio ne dilapidationis, interdici ei omnis alienatio. vt hic. & j. de ac cu. c. pen. & vlti. vt no. Ber. in d. c. vlti. glo. fi. & c. per tuas quali ter & qñ. 2. & de simo. c. licet heli. s. quia vero glo. quæ. n. & Ho stien. post eum & Arch. 3. q. 2. c. quia ea. glo. pen. & 12. q. 2. Vul

teranæ. glo. 2. Aut est probatus suspectus de dilapidatione nõ dum tñ est probata vera dilapidatio ð ipsum: quod est qñ probatur ð ipsum aliquod factum male administrationis, quod excusari non pot. de quo pone exemplum. j. de simo. licet Hely. s. quia vero. & vide quod bi dixi. secus si potest excusari. vt j. de accu. c. dilectus & tunc non tremouetur ab administratio ne: sed datur sibi coadiutor & interdicitur sibi alienatio lite, pendente. vt hic patet fm Vin. & Ab. hic. licet Ber. Inn. & Ho stien. hic dicant q. debet penitus remoueri. & Io. An. & Hug. 3. q. 2. quia ea. & male fm Vin. & Ab. hic & fm Ber. j. de accu. c. fi. & fm Arch. 3. q. 2. c. si episcopus in glo. fi. & c. quia ea. su per verbo administraret. in fi. & hoc etiam innuit spec. titu. de actore. s. j. in 4. col. ver. item q. est tutor & c. vbi dicit q. talis agere non pot. Vel potes dicere, fm Io. An. hic. q. qñq; præla tus est suspectus de dilapidatione præterita tantum. ð & tunc datur coadiutor, & inquiritur, de qua si constabit deponetur. Quandoq; suspectus est de dilapidatione futura propter præteritam, de qua constat, & tunc procedit glo. Ber. & sequaciũ, hic. q. distinctio in effectu concordat cum præmissis. Aut test probata vera dilapidatio contra ipsum & tunc remouetur totaliter ab administratione, vt in d. c. quia ea. 3. q. 2. & in d. c. licet Hely. in fi. j. de simo. fm Vin. Pe. de Sam. & ab. & Io. An. hic. & Ber. j. de accu. c. fi. & Arch. in dicitis. c. fi. eps. & quia ea. 3. q. 2. & de duplici inquisitione, quæ fit super dilapidatione prima. s. summaria & de plano. s. super suspicione dilapidationis. secũ da plena & cum cã cognitione. s. super veritate dilapidatiõis. vide per Holt. in d. c. licet Hely. s. quia vero. Et de ista materia vide quod not. Arch. 12. q. 2. c. nobis. glo. adde notandum est, & melius in c. Vuleranæ. glo. 2. & quod dicam. j. de accu. c. fin. & no. fm Io. an. hic q. hæc decre. multũ facit. p. opinione Ho stii. s. e. c. licet. vbi dicit, q. ad perpetuacionem iurisdictionis de legat non requiritur q. actus teneat. Nam delegatus subdele garum in totum datũ reuocare non potuit: quia ille subdelega tus processerat, vt sequitur. Potuisset aut reuocare, nisi ille p cessisset, & perpetuasset, vt hic in glo. & patet. j. e. ca. quamuis, li. 6. processus aut fuit nullus, vt hic. Ex quibus concluditur, q. processus nullus inducit perpetuacionem quod est ð opinioe, Io. & Holt. j. de excep. c. olim. & Io. An. s. eo. licet & j. eo. c. plures. li. 6. & G. ibi. & c. tit. quãuis. super verbo fuerint ð qui te nent, q. citatio, seu actus alius inutilis nõ perpetuat iurisdictione. Puto fm Io. an. q. iste Abbas fecit aliquem processum sup articulo restitutionis, forte citando Imperatorem vel præcipiẽ do ei, quod mandabatur, vel ijs simile: a quo demum Impera toris fauore, vel ob aliam cãm destitit, & inquisiuit de suspi cione vel processu simul super vtroque vt j. de iud. exhibitã. Vel fecit aliquem actũ licitũ vtriusq; articulo restitutionis & in quisitionem cõem: puta subdelegationem publicari, iubendo, scribam, vel notariũ causę eligendo, nuntium iuratũ, cõstituẽ do, iuramentum ab eo exigendo, vel ijs simile, ex quo actu (q. tenuit) inducta fuit perpetuatio, & hoc satis est verisimile. licet non pateat ex antiqua.

- 1 Miserabilium cause ad quos spectent.
- 2 Renuntiantie iurisdictioni non cognoscere, de ea quatenus, ve rum. 3.
- 4 Clausula si nolueritis & c. explicatio. & vis.

Significantibus Si queris vtrum cau sã viduarũ & aliarum tmiserabilium personarũ spectent ad ecclesiã, & qualiter vide. j. de fo. compe. c. ex tenore & ibi dicam. Hæc decretalis facit ad qõnem disputatam per Io. de Deo. li. 3. & per Io. An. j. de regu. iur. ca. mutare. li. 6. Papa delegauit corã duobus cõ clausula q. ambo, alter ipserum delegationem renuntiat, queritur, an ipsum de hoc penitentem collega teneatur admittere post multa argu menta, pro, & contra Io. de Deo soluendo dicit. q. desijt esse iudex renuntians & delusorium est; q. iurisdictionem resu mēre posset per c. c. sup s. e. ti. Nã si nõ pot. cognoscere, vbi tacite confitetur se non posse, fortius vbi expresse renuntiat. idem dicit per istam decretalem. Nam si illi qui licet male, p nuntiauerunt se non iudices non resumunt, fortius nec iste q. renuntiauit expresse. Quæ solutio non placet Io. an. dicens, q. prima facie videretur distinguendũ an in rescripto sit expressa cpa, aut nolueritis: aut solũ quo ad prætem collega subintelle ctam, vel inclusam p interpretatione illius. s. ad iur. c. prudentiam. e. ti. vt primo casu quo expressum est, aut nolueritis, ex sola voluntate principis delegantis iste renuntiare licite pos sit: q. statim collega sit iudex, & hanc. s. distinctionem præcise

putare veram, vbi hæc clausula ad iurisdictioni nõ exercitio tñ. vt si dicitur delegatus causam andree, qui si fu scipere noluerit, deleamus Ioanni. & tunc faciunt no. j. de p cu. licet li. 6. Sed cũ in casu nostro, & stylo solito non iuridic tioni. sed eius exercitio alijcitur clausula delegamus vobis, andree & Ioanni cãm, q. si ambo nolueritis interesse, aliter p cedat patet q. ex vi cpe non hēt optionem deponendi delega tiõne, sed solũ ex vi eius, eo nolente, defertur exercitiũ in col legã. Ex quo concludit, q. licet nolit interesse, remanēt delegã res causę, nec abdicare hoc pot. expresse, per renuntiationem cum officium iudicandi sit munus necessarium & personale. ff. de offi. prælidis. l. legatus. & de mu. & Holt. l. fi. iudicandi. de vaca. mu. l. prætor. s. qui aut non hēt. sicut cũ si non poteris intelligitur quandiu non poteritis. Vnde collega, qui, socio impedito, processit, ipsum nunc petentem tenetur admittere vt s. e. coram. Sic collega, qui socio nolente, processit ipsum, nunc volentem tenetur admittere, vt eque intelligatur si nolueritis. j. quandiu nolueritis. fortius aut hoc cũ cpa. aut nolue ritis non est expressa, sed subintellecã per interpretatione. s. ad iur. c. cum tunc nolens quandiu non vult. peccet: & se re dargutioni submittat. vt ibi & per hoc patet non curandum, an res sit integra, non cum hic non vertatur burfale interes se iudicis vel partium, nec queratur de reuocacione potestatis traditæ a reuocante, vt s. e. in causis. & per id feruetur melius, intentio delegantis, vt s. e. in prudentiam.

- 1 Recusatus de causi non, nisi lapsõ die, cognoscere.
- 2 Recusationis probandæ dies a quo dicendus.
- 3 Arbitri finiendi dies a recusato præfigendus.

Vspicionis. Si queris, quæ potest facere iudex recusatus, pendente, causa appellationis, vel recusationis legitime propositæ contra ipsum refert, aut queris, nunquid, pot. cognoscere vel se introumittere de cã principa li, in qua fuit recusatus, vel suspectus, aut nunquid possit se introumittere de causa recusationis, vel suspicionis. In primo ca su refert, aut terminus per ipsum iudicem assignatus ipfis ar bitris ad terminandã cãm suspicionis nondum est elapsus & tunc non pot. de ea se introumittere, vt j. de appel. c. secũdo re quiris. & c. cum speciali. & e. tit. c. legitima in fi. a contrario. li. 6. Aut est elapsus, & tunc pot. de ea cognoscere, vt in iurib. al legatis. Si queris nunquid possit se introumittere de causa suspi cionis, seu recusationis propositæ contra ipsam, refert, aut que ris nunquid possit assignare terminum partibus ð ad probandũ causam recusationis, & dic quod non. imo ipsi arbitri qui de ipsã cã recusationis habēt cognoscere, & determinare hoc facere possunt & debent non ipse recusatus vt hic in princip. 3. Aut queris, nunquid possit assignare terminum arbitris, ad causam recusationis finiendam? & dic, quod sic quia talem ter minum nõ arbitri, sed iudex recusatus statuere debet, vt j. de app. c. legitima. li. 6. & sic illa decre. non superfluit, nec corrigi itam sed qualibet loquitur in suo casu. fm Holt. & Ab. & Io. An. hic & fm Spec. tit. de recu. s. qualiter. vers. & nota. & fm Io. An. in d. c. legitima.

- 1 Claus ligandi laico non porrigenda.
- 2 Claus simpliciter clerico non danda fallit. 3
- 4 Ordinis datio cui & quomodo permittenda.
- 5 Iurisdictione laico in clericum, non proroganda.
- 6 Laico que an non committenda causa.
- 7 Ecclesiastica causa, que per laicum prorogabilis.
- 8 Delegatio vltra diem dictum non proroganda.
- 9 Prorogari non potest res ad rem. & 10.
- 11 S. Quia vero sensus.
- 12 Iurisdictione quomodo consensu prorogabilis.
- 13 Excommunicatio cur improprorabilis.
- 14 Iurisdictione prorogabilis qui accipienda.
- 15 Iurisdictionem ad locum prorogari, quatenus accipiendum. & 16. 18.
- 17 Pape iurisdictioni orbem subesse.
- 19 Iurisdictione lege quomodo prorogabilis.
- 20 Iurisdictione ad alias personas quibus ex causis extendibilis.
- 21 Iurisdictionum que an non prorogabilis.
- 22 L. 1. in fi. de iudi. explicari.
- 23 Excommunicatio quo pacto subbeat.
- 24 Excommunicandi ius an prorogabili.

 2 Aut quæris de nō exemptis: & tunc aut de hoc est certa consuetudo præscripta per epm, vel per Abbatem, & illa est seruanda. 9. q. 3. conquestus. j. de foro compe. cum contingat. de præscrip. ad aures. de excel. præla. accedentibus. & hoc expresse not. Host. in summa de tēpor. ordi. s. & cui ad fin. sub. s. sed nequid religiosus verū. puto in ijs & c. Aut non, & tunc aut quæris de ijs que spectant ad officium Abbatis & ad regulam monachalem, vt quia exiuit sine licentia abbatis monasterium, vel alias deliquit contra regulam monachalem, & tunc ad solum Abbatem pertinet t cognitio, & correctio: vt 1. q. 1. & c. de persona. & j. de statu mona. c. cum ad monasterium. s. si vero. Abbates. & hic. & in hoc concordat quod no. Host. j. de statu mona. c. in singulis. & dic ad solum abbatem sine conuentu: vt no. Host. j. de appel. reprehensibilis in fi. & Io. Andr. ibi post est. & Archi. 18. q. 2. nullam. Aut agitur criminaliter in figura iudicij de ijs, que sunt delicta quo ad oēs t vt furtum, homicidium, & similia: & tunc ad solum epm spectat cognitio & correctio vt vides esse casus. 18. q. 2. hoc tñ ibi qd dicit atq; extra regulam acta corrigere, & c. in c. abbates. Ad quod facit qd nomen Abbatis potius est sollicitudinis, qd honoris, vt ibi & no. s. de æta. & qualitatam. Sed esse iudex est honor. C. qn prouo. non est neces. l. vlt. & j. de app. vt debitus honor. ar. etiam ad hoc. 9. q. 3. ca. 2. & 93. dist. nulla. & istam opinionem Hug. tenent Io. & Lau. in calleg. hoc tñ & Host. in d. ver. puto in ijs. & de off. Archi. dilecto. & j. de excel. præla. c. nimis praua. ver. nec in ijs super verbo corrigendis. & Hug. & Laur. & Arch. in c. alleg. qui resistit. cum qua opin. satis concordat Inno. hic in gl. & sic vt in ver. hoc autem & Host. & Io. Andr. post eum. & Arch. in d. c. hoc tñ. glo. fi. & Astenfis. li. 6. tit. qd ordinandus debet esse nō neophitus. in fin. & pro hoc facit. C. de iurisdic. om. iud. l. magisterie. cum ibi notatis. in 1. glo. Aut quæris de contractibus, vel quali. & tunc cognio spectat ad epm, vt. C. de epi. & cler. in aut. causa quæ fit cum monacho. cum suis concor. Nam ex contractu quem ipse facit licite non conuenietur ipse sed monasterium. & tunc iudex simul & reus esse nō potest. fm Inn. & Host. quini mō monachus non potest ciuilitate conueniri cum nec propriū habeat 12. q. 1. nolo. & c. non dicatis fm Ioan. Andr. Et est notandum fm Host. & Io. Andr. hic, qd si Abbas habet sub se clericos seculares, vel etiā monachos in alijs monasterijs: & in alijs diocesis poterit audire causas ipsorum in suo monasterio. In alijs autem locis siue diocesis ipsas de iure audire nō potest. ar. 79. dist. c. 1. s. de æta. & quali. cū contingat. Nec mirum quia idem est de episcopo si in aliena diocesi aliquos clericos subditos habeat. Nam & si causas ipsorum in sua diocesi potest audire, non tñ in aliena. Et est ratio, quia nō potest ibi federe pro tribunā li sine

li sine licentia illius, cuius est diocesis, ut patet in eo quod legitur & notatur. s. tit. 1. q. translationem & c. nouit. & de usu pal. c. ex tuarum. in fin. & j. de statu. mona. c. in singulis. s. ordinem. & nisi hoc habeat ex privilegio. vt j. de ex. c. prela. t. accedentibus. ad finem vel de consuetudine iam prescripta que cum iurisdictionem det in rebus & personis. vt patet in eo quod legitur & notatur in predicto. c. cum cotingat. Multo fortius & in locis: ar. ff. de edic. l. iustitiam. me. 12. q. 1. precipimus. Dum modo ex hoc limitis non contingat cōfundi: alioquin contra: vt patet in eo quod legitur & notatur. j. de paroch. super eo. de decimis cum sint homines. in fin. Si quæras, quomodo potest vnus episcopus hñe subditos in alia diocesi? Respondeo eo modo quo & Abbas. Nam sicut Abbas potest hñe ecclesias in alia diocesi, quarum rōne clerici ipsarum ipsi subfunt, sic & multo fortius episcopus. Veruntamen hñc subiectio de iure cōi magis respicit temporalia, q̄ spiritualia quamuis & vtrunq; respicere possit, vt patet in eo, quod legitur & no. j. de priuil. cum & plantare. s. in ecclesijs. s. m. Host. & Io. Andr. & satis conor. quod ipsi notant in predicto. c. nouit dicentes, q̄ si episcopus potest mihi concedere vt subditos suos in diocesi mea iudicē quod dicit Ho. nulli venire in dubium. hoc tñ cum subditi consentiunt ne sit contra. j. de offic. ordi. si episcopus. li. 6. quare non poterit concedere, q̄ subditos meos iudicem in sua diocesi cum maior sit cōmissio personarū, quam loci vt in predicto. c. precipimus. & iustissime & qui potest maius, & c. Item potest mihi concedere, vt subditos suos in sua diocesi iudicem. q. 2. & 3. per totum. ergo q̄ meos in sua quia qui potest totū, potest & partem. s. de off. dele. c. pastoralis. s. r. ff. de rei vendi. l. quæ de tota. Item cum possit hanc potestatem dare priuato, quem facit officialem. de insti. c. 3. de foro compe. c. Romana. & de appel. Romana. lib. 6. quare non poterit hanc potestatem dare episcopo venienti ad diocesim suam? Ratio non apparet: & secundum hoc intellige quod no. in summa. eo. tit. s. & in quo loco. Host. & Ioan. Andr.

Ad reprimendam. hoc & ideo dicit & gl. sicut potest, si quæris infra quod tempus excommunicatus per diocesana poterit appellare ad metropolitanum, & vtrū metropolitanus huiusmodi excoicatum absoluerē possit, distingue vt dicam. j. de sen. excō. per tuas & c. Ad euidenciam glo. r. circa fi.

Vod sedem. si quæris, vtrum iudex possit alij, seu alijs committere vices suas, distingue vt dixi. s. de off. deleg. c. fin.

- 1 Episcopus subditorum prælatis quærelas moribus audit.
- 2 Abbas quando, excluso episcopo, subditorum quærelas audit.
- 3 Consuetudinis forma attendenda. Excommunicare subditos suffraganei an possit Archiepiscopus, extendit. 5.

Pastoralis. Ad verificationem primæ gl. Ber. hic. Si quæris vtrum episcopus possit cognoscere per modū simplicis quærelæ de causis subditorum prælatorum t̄ sibi subiectorum, refert, aut privilegium, vel consuetudo quod, vel quæ dat iurisdictionem inferiori prælato subdito episcopo non subtrahit subditos, in quos dat iurisdictionem ab immediata subiectione, seu iurisdictione ipsius episcopi. imò episcopus cum ipso vel sine ipso interdum cōsuevit cognoscere & tunc die q̄ potest & ita intellige opin. Hug. Tan. Vinc. Goff. Inno. Host. & Abb. hic. & Innoc. & Host. s. eo. cum ab ecclesiarum. & Host. in summa. eo. tit. s. quod pertinet. sub. s. sunt aut indistincte. ver. quid de subditis, ar. pro hoc. j. de for. cōpe. c. propofuisti. Aut t̄ privilegium, vel consuetudo dans iurisdictionem ipsi inferiori prælato subtrahit seu exemit in totum subditos in quos dat iurisdictionem ab immediata subiectione, & sub iurisdictione episcopi ita, q̄ de consuetudine solus inferior excluso episcopo cognoscere consuevit, & tunc nō potest nisi per viam appellationis: & ita intellige opin. Ioan. hic. & Laur. idem cum eo. arg. j. de foro compe. cum cotingat. Vnde dic, q̄ t̄ forma consuetudinis, seu privilegij est in talibus attendenda. s. de consuetud. cum dilectus. & j. de priuil. porro. & ita concordantur opiniones cōtrariæ, vt iura pro eis inducta s. m. opinio. nem Abb. hic. & bene, vt credo, cum quo concordat Io. Andr. hic dicens, q̄ inferiori prælato de privilegio, vel consuetudine potest competere q̄ prius debeat esse causa coram episcopo. & tunc non possit per episcopum praueneri vt probatur, in c. cum cotingat. & s. de off. Arch. c. si. j. eo. irrefragabili. s. excessus, & quod not. Host. j. eo. ca. pen. gl. si. alias aut is qui primo citauit episcopum vel inferior ordinarius ille pcedet, Sed quid, si simul citauerunt am-

bo ita q̄ non apparet quis primo puto. arg. c. si a sede. de præb. lib. 6. quod coram episcopo debeat esse iudicium s. m. Io. Andr. 4. Si quæris si archiepiscopus ferat iurisdictionem t̄ excommunicationis in subditos suffraganei vtrū excoicatio tenet, refert, aut fert iurisdictionem in eos, in casibus in quibus est iudex eorum, vt tunc tenet. arg. s. de off. deleg. c. 1. s. eo. duo simul. & 1. q. 1. p̄uenit. Aut in casibus in quibus non est iudex eorum & tunc aut probabiliter creditur esse iudex puta quia ad eum est appellatum & tunc idem arg. j. de appel. si duobus. & dic vt ibi. Aut non creditur probabiliter esse iudex, & tunc dicunt Laur. & Io. q. 3. ca. 2. in gl. hic videtur q̄ tenet iurisdictionem in aut. de defen. Ci. s. si vero egerint. & precedenti. & s. pen. coll. 3. fed Hug. Bart. Brixienfis. & Arch. ibi cōtra dicentes, q̄ non tenet. idem Inn. & Host. hic & Io. 2. q. 6. s. 1. in gl. hoc tñ. & Goff. in summa de sent. exc. s. sed queritur an episcopus. sed non idem arch. j. de off. vica. c. 1. & de fo. compe. Roma. in fin. lib. 6. arg. 3. q. 6. peregrina. 6. q. 3. scitote. 9. q. 2. c. 2. autem. Quod dictum est de excoicatio, t̄ idem intellige in absolutio, scilicet, q̄ si archiepiscopus absoluat de facto excoicatos ab episcopo in casu non cōcesso a iure, q̄ non valet absolutio tanquā a non suo iudice facta. & per istud c. & hac opi. tenet Ho. in sum. de sen. exc. s. est & alia regula. ver. sed queritur an episcopus. & Gof. in summa. tit. de sent. exc. m. q. 93. licet Ray. eod. tit. s. 5. contra. & male.]

- 1 Electionem negligentia, deuolui ad episcopum. & 2.
- 3 Electio quando ad archiepiscopum deuoluatur.

Irrefragabili. s. excessus. Si capitulum cathedralis ecclesie sit negligens in eligendo, vel iudicando. Si quæris t̄ nunquid & q̄ potestas eligendi vel iudicandi ad episcopum deuoluetur, distingue, aut episcopus non est de capitulo prout est q̄nq; in quibusdā ecclesijs. s. de rescriptis eam te. & tunc ad eum per negligentiam capituli potestas huiusmodi deuoluetur, vt hic & j. de concef. præb. c. nulla. in fi. Aut t̄ est de capitulo, & tunc aut vt episcopus, sed vt canonicus, & tunc capitulo negligente eligere vel iudicare, ad ipsum episcopum eligendi vel iudicandi deuoluitur: & hoc nisi dolus eius interueniret: puta quia dolo pcuraret electionem nō fieri, vt ad eum deuolueretur potestas: quia tunc fecus. vt j. de cōcef. præb. postulasti. aut est de capitulo non vt canonicus, t̄ sed vt episcopus & prælatus & tunc per negligentiam capituli nō ad ipsum, sed ad archiepiscopum potestas deuoluitur eligendi vel iudicandi vt in c. allega. postulasti, in principio secundū Inno. hic & pro vtroq; membro facit. j. de appel. ca. collatione. lib. 6. & de hoc vide plenius quod dixi. s. de elec. cum in cunctis. in fin. s. fin.

- 1 Multa quando ob questum imposta.
- 2 Multas ob pios vsus recte imponi.
- 3 Pastorum officium.
- 4 Pastor peccantibus ne complaceat.

s. Prouideant. Si quæris vtrum superiores præsumentur manere propter questum penas pecuniarias imponere, refert, aut eas nō cōuertunt in pias causas, [sed imbutant:] & tunc t̄ præsumentur eas imponere ppter questum vt hic. & Cadl. Julia. repe. 13. Aut eas conuertunt in pios vsus, & t̄ tunc sunt tales penas, si peccator magis eas timeat imponere & leuare: vt j. de præsump. c. literas. & c. fin. de penis. & c. 2. de sent. exc. grauem. s. m. Host. hic. & j. de homici. c. pro humani. lib. 6. vbi ipse & Io. Andr. post eum consulunt q̄ ad euitandum suspicionem auaritiæ tales penas faciant cōverti in pias causas. In ijs concordant Host. Io. Andr. s. de off. vica. c. vlt. licet enim inferiorum non sit iudicare de episcopo, vtrum, scilicet, bene operentur. ad Romano. l. 14. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Dño suo stat, aut cadit. Esa. 3. Stat ad iudicandum dñs. & sequitur verbum durum ad prælatos. Vos em depasti estis vineam meam. & rapina pauperis in domo vestra. & ad Romanos. 8. Prudentia carnis mors est. prudentia aut̄ spiritus vita & pax qm̄ sapientia carnis inimica est Deo. conor. 23. q. 4. s. ex ijs omnibus. Vnde t̄ caueant, ne sint de illis, de quibus loquitur Gregorius. 43. dist. sit rector. in princip. ibi. Sunt nanq; rectores improvidi humanam amittere gratiam formidantes loqui libere recta pertimescunt: & iuxta veritatis verbū. alias, verbum nequaquā gregis custodie pastoris studio deseruiunt, sed mercenariorū vice deseruiunt: quia veniente lupo fugiunt: dum se sub silentio abscondunt. Hinc dñs per prophetam eos increpat, dicens canes muti nō valent latrare. Esa. 56. c. hinc rursus conqueiritur dicens in Ezechiele non ascendistis ex aduerso,

uerso, neq; opposuistis vos murum pro domo Israel: vt staretis in prælio in die dñi Ezech. 13. c. Ex aduerso quippe ascendere est pro defensione gregis voce libera, huius mundi potestibus contraire. & in die dñi in prælio stare est pravis decertantibus ex iustitiæ fauoris amore resistere. & c. Non timeant persequentes: quia beati sunt qui persecutionē patiuntur propter iustitiam: qm̄ ipsorum est regnum cœlorum. Mathei. 5. c. 43. dist. scimus. in fin. Nam s. m. Apostolum ad Galatas. 1. c. Si hominibus placerem, Christi seruus non essem. Et recitatur in d. c. quod ad vos. Ad idem Dauid in psalmo. lib. Qm̄ Deus dissipauit ossa eorū, qui hominibus placent. Ad idem. 45. dist. c. sed illud ibi, q̄ vno peccate ira, super oēm populum venit, quod accidit, q̄ sacerdotēs, qui populo præfunt erga delinquentes beneuoli videri volunt, & verentes peccantium linguas, ne forte de eis male loquantur: & sic sacerdotales seueritas immemores nolunt cōplere, quod scriptum est. iad Corinthios. ca. 5. & j. ad Timo. 5. c. peccantem coram omnibus argue: vt ceteri metum habeant. & iterum, Auferte malum de vobis metipsis nec superior de peccatis subditorum tenebitur reddere remissionem, si non erit, quod sibi imputetur: cum enim gressus hoīs a dño dirigantur: nec sint in homine vię eius Prouerb. 16. corrumpere quidem potest corrigere autem non valet. Pulsare potest, non aperire: manus compri mere, non animum mutare. 47. dist. c. non enim. & c. quod ad vos.

Conquerente. Si quæris, quoties quando, & qualiter Episcopus, vel Archiepiscopus ecclesiam sibi subditā possit, & debeat visitare, & procuracionem exinde recipere, seu charitatum subsidium petere, & leuare, distingue, vt dicam. j. de consi. ca. cum Apostolus.

De officio iudicis. Rubrica.

- 1 Index ob aduocati familiaritatem recusabilis.
- 2 Index aduocato fauens recusandus.

Recusabilis. Si quæris, vtrum propter familiaritatem existentem inter t̄ iudicem & aduocatum alterius partis alia pars possit iudicem recusare, refert, aut ipse iudex est familiaris, vel subiectus aduocati: aut econtra aduocatus est familiaris, vel subiectus iudicis. Primo casu potest pars aduersa ipsum iudicem recusare. ar. j. de appel. c. ex insinuatione. Nam in hoc casu magis timeatur de peruersione iudicij, quam in casu sequenti cum in partem dicitur alias dñi aduocati qui potest deprimere cū procliuor fiat. ar. 16. q. 2. visis s. m. Host. hic. 2. In secō casu refert, aut t̄ iudex nimis fauet aduocato familiari, aut nō: si sic tunc potest recusari: vt j. vt lite nō cōt. c. accedens. 2. Si non, tunc nō potest recusari, vt in textu. & in gl. Vnde ex modo & circumstantijs in libello recusationis appolitis hic bonus arbiter terminabit. s. de off. deleg. suspicionis s. m. Host. & Io. An.

- 1 Iudicarij officij exercendi modus duplex. & eorum vis. 2.
- 2 Iudicis officium varie implorari.
- 3 Lis officio proprio motu impetrato non contestanda.
- 4 Iudicium in genere & specie exerceri: cuiusque rei discrimen & vis. & 6.
- 7 Litis ordo, officio impetrato seruandus.
- 8 Officio in incertum impetrato lis contestanda.
- 9 Electio qui confirmanda.
- 10 Litum officio accessorio, non contestari.

Vdiciis. Si quæris quot modis iudicis officium exercetur, dic q̄ principaliter t̄ duobus modis. Vno modo proprio motu iudicis, quamuis nihil petatur a partibus: debet enim proprio motu cuncta rimari: vt 30. q. 5. iudicatem debet etiam suam certam ferre, vt Insti. de actio. s. curare. & lites dirimere. j. de dolo & contu. finem. & c. generalibus. malicijs hoīum obuiare. ff. de rei vend. l. in fundo. s. de rescriptis. plerunq; & c. nōnulli. ar. c. j. de excep. pastoralis. crimina punire. j. de sen. excō. c. vt fame. & ff. l. Aquil. l. ita vulneratus. æquitatem hñe præ oculis. Secundo t̄ modo exercetur ad instantiam partis, & tunc exercetur altero de tribus modis. Nam aliqñ exercetur pro actione: aliqñ deferuit actio: aliqñ de plano imploatur, aliquādo exercetur pro actione. ff. de mino. l. in cause. in principio, quod met. cau. l. metum. s. ex hoc edicto. j. de resti. in integr. c. 1. & per totum. quo casu lis est contestanda: vt hic. aliqñ deferuit actioni pposita, vt in actionibus arbitrijs stricij iuris. ff. de eo quod certo loco. l. 3. & 4. de edil. edic. l. ædiles. s. item sciendum. j. de restitu-

spolia. grauis, & de penis calumniam quo casu non requiritur litis contestatio, nisi super principali. Aliqñ imploatur de plano. & tunc aut imploatur in iudicio, aut extra iudicium. Si in iudicio tunc quique imploatur ante litem contestatam, & sine litis cōtestatione, vt q̄n petitur aduocatus. vt s. c. proximo. vel locus tutus assignari. j. de app. j. de app. ex parte vel iura a debitorē prælitum relaxari. j. de iureiur. ca. 1. q̄nque imploatur post litem contestatam, & quando petitur locus tutus assignari. j. de spon. cum locum. & circa interrogationes, & responsiones: vt j. de confes. c. statimus. lib. 6. q̄nq; extra iudicium imploatur: vt ff. de off. præf. l. congruit. & de vstru. l. æquissimū. secundum Host. hic & in summa. eo. tit. s. vtrum desideret. & de hoc plenius in Spec. titu. de off. iudicis. s. 2. & 3.

Si quæris, vtrum ex officio iudicis lis debeat contestari, refert, aut officium iudicis exercetur, seu interponitur principaliter loco actionis, aut exercetur, seu imploatur incidenter, & accessorie. In primo casu refert quia aut exercetur, vel interponitur ex mero motu, & officio iudicis ad nullius partis petitionem. Aut ad partium seu alterius ipsarum petitionem, aut eis inuitis. Si vero t̄ motu iudicis, & ad nullius partis petitionem, vt cum iudex generaliter inquiri volens purgare provinciam suam malis hominibus: vt ff. de off. præf. l. congruit. & s. de off. ordi. ca. 1. vel cum audita subditorum infamia ad inquisitionem excessuum ex officio sine cuiuscunq; petitione procedit: vt j. de accu. c. qualiter & q̄n. 2. q. 1. Deus omnipotens. de simo. c. licet hely. 86. dist. si quid vero. Item cū ex officio suo inquirat super vstra. iuxta. c. ad nostram. 2. j. de iureiuran. Item cum inquirat de suspecto tutore: vt ff. de suspes. tut. l. 3. s. præterea. Item cū prælatos suspectos ab administratione remouet: vt s. de off. deleg. c. venerabili. 3. q. 2. quia ca. j. de accu. cum dilecti. de simo. licet hely. vel cū damnis ecclesiarū occurrat, quod facere potest: vt j. de insti. c. cum venissent. in fi. in eo casu dicit Spec. tit. isto. s. 2. in principio, q̄ litis contestatio nō est necessaria, sed sunt illi, cōtra quem pceditur exponenda capitula, super quibus inquiritur contra eum. arg. j. vt lite non conte. c. qm̄ frequenter. s. sunt & alij. j. de accu. c. qualiter & q̄n. 2. s. debet. & 11. q. 3. eorum. Sed ego Henricus credo sic distinguendum, quia aut iudex officium suū exercet t̄ generalissime non contra aliquam personam, vt q̄n inquiri generaliter visitando: & tunc nec libellus, nec litis contestatio est necessaria: sic potest intelligi. s. tit. proximo. c. 1. j. de sta. mona. c. in singulis. & c. fin. & de consi. c. Romana. s. sane. lib. 6. Aut iudex officium suū exercet contra incertas personas: & tunc idem vt j. de sen. excō. c. Romana. s. sed nec in specie. & c. caueat. & idem q̄n inquiri super statu ecclesie: tam in capite, quam in membris. vt j. de re iudi. c. cum I. & A. & c. cum olim. alias de testi. cū olim. de accu. c. qualiter & q̄n. j. & s. de elec. per inquisitionem. vt no. Spe. tit. de inqui. s. nunc tractemus. in 1. colla. ver. sed certe. Aut iudex exercet officium t̄ suum specialiter contra certam personam: vt q̄n inquiri contra certam personam super aliquo delicto, & tunc aut procedit cōtra eum ad finem, q̄ se emendet & peniteat de cōmisso: & tunc non credo, q̄ litis contestatio sit necessaria, sed quod possit procedere summarie, & de plano, vt j. vt lite non contest. c. qm̄ frequenter. s. sunt & alij. & ar. no. per Host. j. vt eccle. benefi. sine di. con. c. vnico. Aut procedit cōtra eum vt puniatur iuxta demerita s. m. formā c. qualiter & q̄n. 2. & j. de simo. c. licet hely. & tunc refert, aut ille, contra quem procedit, est presens in iudicio: & tunc lis est cōtestanda, & ordo iudicarius per oīa est seruandus: alias processus nō valerit, vt j. de pur. ca. c. cū dilectus. Aut est absens per contumaciam, & tunc poterit iudex procedere lite non contestata in. s. allega. sunt & alij. vt not. Ber. & Host. in calleg. qualiter & q̄n. 2. i. glo. & clarius. G. de Monte Lau. extra de off. ordi. ca. 1. super verbo iniunximus. in cle. pro hoc not. per Ber. & Host. j. qui filij sunt legi. per venerabilem. s. præterea. in glo. vt 2. q. 6. & in Spec. tit. de teste. s. nunc tractemus in fi. Sed hoc fallit in casibus, in quibus etiam partibus presentibus, potest pcedi lite non contestata. de quibus extra de iudi. dispendiosam. & de verb. signi. ca. sape cōtingit. in cle. Si officij iudicis interponitur, seu imploatur ad petitionē partis petentis aliquid dari vel fieri, tunc subdistingue, aut petit aliquid dari vel fieri contra certam personam: aut contra incertā personam, aut contra nullam. Si contra certam tunc habet locum istud. c. quia t̄ tunc datur libellus: & sit litis contestatio. vt ff. de mino. l. Pomponius. alias Papinianus. s. vlt. & in l. in rem. alias incipit in causa cognitione. s. causa cognita. & j. de re. eccle. nō alie. c. ad nostram. potest etiā poni exemplū in denunciatione in qua processus lite non contestata habitus nō valerit. Vnde iudex eo casu debet pcedere contra contu-

tra contumacia ad annotationem bonorum vel alias prout notat Io. j. de dolo & cotu. c. veritatis. 3. q. 9. decreuimus. & i. q. 3. c. quicunq; & c. rufus. & hoc notat. G. de Monte Lau. de off. ordic. i. in cle. & Spec. tit. isto. §. 2. in fi. & tit. de inquisitione. §. nunc tractemus. ver. si aut inquiratur. & G. de Monte Lau. & Genen. de re iudic. pastoralis. in cle. licet Ber. contra & male in c. allegato. qm frequenter. in principio & de iureiur. ad nostrā. 2. glo. fin. Si contra incertam personam, tunc non est necessaria litis cōtestatio, sed res iudicis officio expeditur, verbi gratia, si mihi furtum factum fuerit & nescio per quem sacerdos parochialis me petente ex officio suo potest excōicare fure. in incertum. vt. §. de off. ordic. c. si sacerdos. Idem in illo, qui famosum libellum cōposuit, vt §. q. 1. quidam. Idem in casu vbi epō impotenti petitur dari coadiutor. j. de cle. agro. ex parte. eo. tit. c. fin. li. 6. Idem cum inquiratur generaliter super statu ecclesie tam in capite, q̄ in membris aliquo inquisitionem profequēte: vt. j. de testi. cum olim & no. Spe. in versi. alleg. sed certe. Si imploratur contra nullam personam, eodē modo non est necessaria litis cōtestatio, vt si est infamis qui nō potest testificari vel postulare nisi pro certis personis petat restitui ad famam suam. §. de postu. l. §. de qua. & 3. q. 7. §. tria. versi. alij enim omnes.

9 Item, q̄ petitur electio confirmari. §. de elec. postquam, t̄ quo casu nihil petitur, sed solius iudicis officio confirmatur, vel infirmatur. §. de elec. nihil est. & c. cum nobis olim. ibi duximus ex officio nostro sicut decuit. pcedendum. Item cum minor, qui damnosam adiit hereditatem. & debitis onerata petit restitui contra factum suum vt sibi liceat abstinere, vt in aut. hic allegata. §. omnes. C. si vt ab heredi. se abstinere. Item generaliter contra nullam personam imploratur quoties aliquid petitur, quod petenti prodest, & nulli obest. C. de præci. impe. offe. l. rescripta. & 2. §. q. 2. §. rescripta. Si vero iniuris partibus interponatur officium iudicis, tunc non est necessaria litis cōtestatio: vt q̄ episcopus ex officio suo inquit de viribus matrimonij. de eo qui cognō. cōfan. vxoris suę super eo. de diuor. poro vel excōicat coniuges in illicita copula existentes: & admonitione ep̄i separare nolentes. §. de off. ordic. significauit. Idem in casu. j. de app. abbate. in fi. idem si aliquis peteret repelli excōmunicatum a iudicio vel a cōmunionē aliorum. j. de except. c. exceptionem. & eo. tit. c. pia. lib. 6. Si queris de secundo mēbro principali scilicet q̄ officium iudicis t̄ imploratur seu interponitur incidēter & accessorie: & tunc nō est necessaria litis cōtestatio. nec libellus necessarius vt hic. & pone exemplū. j. de resti. in integr. c. 2. & c. auditis. c. suscitata. c. coram. & c. causa. ff. de rei vendi. l. si quis post acceptum. & de hoc hic habes plura exempla per Inn. & Spec. hoc tit. §. 2. & §. incidēter per totum.

¶ De maioriāte, & obedientia. Rubrica.

- 1 Indicem iniuriarum conueniri posse. 3.
- 2 Iudex temporaneus non nisi finito officio conueniendus fallit. 4.
- 3 Obedientia quando, an non, iuranda.
- 4 Obedientia quo affectu seruanda.

In Egebatur. Si queris vtrum iudex pro iniuria cōmissa t̄ per ipsum (quia benouocacione, vel pro alia causa) possit durante officio conueniri, distingue, aut est minor iudex, & tūc sic: vt. ff. de iniurijs. l. nec magistratibus. Aut est maior iudex: & tunc aut est iudex t̄ palis, aut perpetuus. Si est t̄ palis tunc t̄ non tenetur respondere nisi deposito officio: vt in l. alleg. nec magistratibus. Bene t̄n cauet quod statit iuri finito officio: vt. ff. de adulterijs. l. si adulterium. §. fin. & de iudi. l. pars literarū. Si est perpetuus, t̄ tunc statim poterit conueniri, vt. ff. si cer. pet. l. prædis, alias ius suum imperpetuū amitterent damnū passī: cum morte crimina extinguantur. C. si reus vel accusator mor. sue. l. 1. & 2. Et licet lex videatur dicerē quod in hoc casu sit primo a principe licentia impetranda: vt. ff. de in ius vo. l. 2. §. fin. & de fideicom. lib. l. cum vero. §. fin. & l. sequen. §. m̄ t̄ iura canonica non oportet, vt probatur. j. de resti. spoliato. conueniente cum suis conuor. §. m̄ Host. & Io. And. hic. Sed t̄ quod dictum est de iudice temporali, fallit in casu, vbi propter delictum in administratione cōmissum conuenitur, vt quia opprimit subditos: vt C. ad l. Julia. repet. l. tubemus. in authen. de iudi. sine quoquo suffra. §. necessitatē. Et quod dictū est quod si est perpetuus poterit durante officio cōueniri. Idem dico si est dubiū vtrum sit perpetuus, vel t̄ palis, vt quia iurisdicō ipsius non est certo t̄pe limitata quia tunc perpetua reputatur. arg. ff. de excusatio. tutorū. l. iuris peritos. & de condi. iud. l. sufficit cum l. sequen.

& adde quod legitur & notatur. C. de epi. audi. l. si quis presens. ¶ Si queris quam obedientiam tenentur facere clerici seculares, refert, aut queris de clericis simplicibus, qui nullam habent administrationem, vel curam: aut de illis, qui habent curam, vel administrationem. In primo casu refert, aut est cōsuetudo prescripta t̄ quod tales simplices clerici debent, & tenentur iurare. & talis cōsuetudo valet, & tenet. Sic intellige. j. de verbo. sign. cap. cum clerici Placentini. §. m̄ Gof. & Host. hic. Aut non est talis cōsuetudo, & tunc sufficit, quod faciant manūale obedientiam sine iuramento, & scripturā. j. & eo. ijs, qui. §. i. de fimo. ex diligenti & de regu. iur. indignum. Fallit in casu, vbi tales alias fuerunt rebelles, & ob hoc excōicati. sic intellige. j. eo. cum in ecclesijs. q̄nq; t̄n Papa etiam in hoc casu propter scandalum remittit iuramentum. j. de infia excōcacionis. sacro. Si queris de illis, qui habent administrationem, vel dignitatem, vel curam, & dic, quod tales tenentur iurare. Et sic intellige. 2. 3. distin. quanquam. j. de iureiuran. nullus. & de priuileg. antiqua vbi de hoc. & cōsuetudo in contrarium, scilicet quod iurare non teneantur non valeret. arg. §. de elect. significasti. & §. de consuetu. cum inter vos. in fin. §. m̄ Host. qui ponit distinctionem istā hic in effectu: & de iuramentis aliorū vide per Gof. & Monte Lau. j. de iureiur. nullus. Et nota §. m̄ Gregorium vltimo moralium t̄ q̄ obedientia non feruili metu sed charitatis affectu est seruanda non timore pœnæ sed amore iustitiæ, &c.

¶ Episcopus territorij vnus plurimūve competens.

Mnes. Ad suppletionem glo. si queris, coram quo episcopo Rex hñs plures ep̄os in regno suo causas spirituales tractare tenet, distingue aut non habet nisi vnum larem principalem. & dic vt glo. q̄ t̄ coram illo episcopo in cuius territorio habet illum larem. Aut habet plures principales, & tunc ratione cuiuslibet suo ep̄o subiacet. ff. ad munic. l. assumptio. §. iuris prudētibus. Ratione aut delicti excōmunicabitur ab illo, in cuius territorio delinquit. j. de rap. ca. 1. §. m̄ Host. hic idem Cardi. & Ioan. Andr. j. de sent. ex. c. quicunq; ue. lib. 6. & ad hoc facit quod no. Pet. de Samp. & Ioan. Andr. j. de iudic. nouit ver. non igitur. super verbo necessaria dicentes Imperatorem excōmunicari posse a quocunq; episcopo in cuius diocesi existit.

- 1 Episcopus an ordinatum a Papa beneficio non priuet.
- 2 Ordinatus a Papa quando priuilegia amittat.

Ertuas. Si queris, vtrum ep̄s ordinarius clerici promoti ad subdiaconatū per Papam possit ipsum clericū deponere, ppter crimen. Tan. Vin. Ber. Inn. & Host. hic tenent, q̄ non. Idem videtur innuere Ar. ch. i. q. 1. filium. sed Io. Hug. & Laur. ibi tenent contra. quorum opinio potest intelligi esse vera in depositione a beneficio etiam, quod a Papa habuit, arg. §. de tempo. ordi. cum in distribuendis. & ar. no. per Host. §. de off. deleg. super eo §. m̄ Io. Andr. hic. Prima opinio posset intelligi esse vera in depositione ab ordine, arg. §. de tranla. epi. c. inter corporalia. in principio. Si t̄n iste sic ordinatus a Papa reciperet de licentia Papæ, ab aliquo t̄ ep̄o ordinem diaconatus, vel presbyteratus hoc priuilegium amitteret: quia ius cōe contrarium, & priuilegium mixta sunt, & ideo amittit priuilegium vires, seu vires suas, vt. §. de off. delegati super quæstionū articulis. §. si vero duo. & in dubio interpretatiō fit §. m̄ ius commune. vt. §. de confue. cum dilectus. in fi. & res de facili reuertitur. & c. ff. de pactis. l. si vnus. §. pactus ne peteret ad idem. j. de censu. cum venere rabilis. de app. vt debitus. & quia cōtra factū renuntiat quis priuilegio suo. de conti. cum accessissent. §. m̄ Ho. & Io. And. hic.

- 1 Scriptura an accusandi modus sit.
- 2 Absentis scriptura, nemo accusandus.
- 3 Scriptura presentis accusari quem posse.
- 4 Scriptura absolui posse.
- 5 Violentia instrumenti probabilis.
- 6 Scriptura rei iudicata crimen probari.
- 7 Scriptura fori nuda, crimen non probat.
- 8 Absens non accusandus.
- 9 Crimen ex scriptura ortum ex eadem probari.
- 10 Probationem scriptura inuat. 11. 12.
- 11 Literas de presumptionibus explicari.
- 12 Periuurum non nisi iuramentum oneris subire.
- 13 Excludi a consortio quid. 16.

Cum in



Vm in ecclesijs. Ad euidentiam glo. videtur, q̄ si queris vtrum crimen alicuius possit pbari per scripturam & intellige authenticam quia per priuatā nulli dubium nō probatur. vt legitur & notatur. j. de fide instr. ca. 2. accur. dicit expresse, q̄ sic. ff. ad turpill. in senatus. in princ. & C. ad l. Aquil. l. contra negantem. ad idem facit quod not. Hug. 6. q. 2. c. 1. Ber. 2. q. 7. c. pleriq; Io. Pa. 2. q. 1. iudex. Host. j. de resti. spoli. cū ad sedem. & G. durandi in c. quanquam. de vsur. lib. 6. sed Ber. hic dicit contrarium & Vin. & Io. quorum fuit ista glo. & ad hoc facit quod no. Io. And. hic super verbo certiores. & Ioan. 2. q. 2. sane profertur in gl. sed quid. & Spec. de accu. §. i. ver. quid si accusatus. Ego vero sic distinguo, aut queris nunquid aliquis possit accusari per scripturam. Aut nunquid crimen possit probari per scripturam. Si queris nunquid aliquis possit accusari per scripturam, tunc aut queris, nunquid accusare per scripturam: sed in literis significabatur crimina Papæ: & petebatur archiepiscopus Bisuntinus citari, vt accusatōnis responderet: quod bene licet §. m̄ Inn. qui ita intelligit illud c. licet. in gl. i. vel dic, q̄ fallit in accusatione facta coram Papā, vel Imperatore, quam factā per absentem posset admittere ex plenitudine potestatis, & maxime q̄n hoc facit ad causam nō plene, sed summarie examinandam. vt §. q. vlt. Epiphaniū. cum ibi no. vel dic vt ibi. Aut nunquid possit accusari per scripturam presentis t̄ in iudicio per libellum accusatorij tradentis: & dic q̄ sic. vt. ff. de accu. l. libellorum. 2. q. 8. libellorum. Si queris, nunquid crimen possit probari per scripturam refert, aut queris, nunquid scriptura fidem faciat de crimine extra iudiciū. & dic, quod sic, vt hic. & §. de cle. peregrini. per totum. 1. i. q. 3. cure. no. Gof. & Host. hic & Arch. 6. q. 2. placuit. Aut in iudicio, & t̄ tunc aut quantum ad absolutiōnem a sententia excōcacionis obtinendā seu præstandā, & tunc sic dummodo scriptura sit authentica, quia de alia nō debet intelligi vt hic §. m̄ Innoc. pro hoc. 1. i. q. 3. cure. Aut quantum ad pœnam debitam pro crimine infligendā: & tunc aut in casu vbi agitur ciuilitate, & tunc idem vt hic §. m̄ Inn. Ita etiam posset intelligi §. q. vlt. Epiphaniū, ita etiam intelligo. c. cum ad sedem. §. nos prioris. j. de resti. spolia. vbi Host. dicit q̄ ibi est ar. expressum, quod violentia t̄ potest probari per instrumenta, & ita intelligit eum Arch. 2. q. 6. §. sunt quorum ver. de possessione in gl. adde cum hac glo. breuiter. & c. in versi. non obstat vltima pars & c. vbi dicit q̄ violentia vel rati habitio vel mādatur spoliationis bene potest probari per instrumenta maxime vbi ciuilitate agitur. Aut in casu, vbi agitur criminaliter: & tunc aut queris, vtrum per scripturam crimen possit ad plenum probari: aut vtrum scriptura possit iuuare p̄bationes alias. Si primo modo, refert aut per me, vel me volente, & mandante confecta est scriptura, & talis cōtra me fidem facit. vt in c. alle. sane profertur. & in concord. alleg. in fin. Aut non: & tunc aut queris de crimine non ex scriptura resultantē vel per scripturam vel seriem scripturę scilicet euidenter & notorie apparente, sed per scripturam ipsum crimen præcedens testificantem clarescente & clarificatē. Aut queris de crimine ex ipsa scriptura & serie scripturę resultantē & euidenter & notorie apparente. In primo casu refert aut queris de scriptura cum causā t̄ cognitione & iuris ordine obseruato legitime emanante: vt est scriptura, sententię diffinitiuę late super crimine que iam in rem transfuit iudicatam & per talem scripturam bene probatur crimen vt 2. q. 1. in primis. & l. statutus. C. de sen. ex. breuic. reci. l. 2. & l. sequ. & sic possum intelligi. C. de proba. l. vlti. & 2. q. 8. sciant cuncti. Aut queris de scriptura nuda t̄ absque causā cognitione & iuris ordine emanante: vt quia iudex, vel tabellio dicit simpliciter & vnde quod Titius occidit hoīem, vel furtū fecit, & per talem scripturam quantumcunq; authenticam crimen non probatur ad plenum licet præsumptionem inducat. & ita intelligo opin. Vinc. & Io. & Host. hic. & etiam opinionem Gof. dicentis, quod violentia non potest probari per instrumenta. arg. j. de resti. spo. c. cum ad sedem. §. nos prioris. Host. no. in summa de clande. despon. §. sed quid ver. illud nō omitto. idem Arch. in d. c. placuit. 6. q. 2. vbi dicit quod per literas crimina non p̄bantur pro hoc. §. q. 2. reletur quod potest sic pbari. Nam in causa criminali exiguntur probationes luce clariores. vt C. de p̄ba. l. sciant cuncti que est canonizata. 2. q. 8. sciant cuncti. Et est ratio quia cum de salute hoīs agitur, cautius est agendum. vt C. de appel. l. addictos, quod non esset in tali probatione per scripturam [quare. &c.]

Præterea absens t̄ accusari nō debet. vt. ff. de pœnis. l. absentem & supra dictum ergo & c. multo fortius nec conuinci. vt. C. de requi. reis. l. 2. & de accu. l. 2. & in c. alleg. per scripta. Item literis irenarcharum, de quibus loquitur. ff. de mu. & Ho. l. mune. §. irenarche. non creditur. vt. ff. de custo. reo. l. diuus. quod plura potest dici, q̄ est casus legis. l. 3. §. item diuus. ibi testibus non testimonijs & c. ff. de testi. Nam constat, quod testimonia dicuntur chartę vt ibi no. In secundo, scilicet, quando quaritur t̄ de crimine ex ipsa scriptura resultantē, & notorie apparentē dic, quod per talem bene potest probari crimen, vt probatur. j. de iureiur. c. si. lib. 6. vbi hoc tenet Io. Andr. ad idem. j. de schisma. c. vnico. §. i. ibi que in scriptis redacta. & c. & §. fin. & de verb. sign. c. constitutionem. §. cæterum. lib. 6. Et ita intelligo, quod ibi notat G. & Io. An. vbi habes, quod per instrumentum factū super pacto coniuariōnis crimen probatur coniuariōnis inde resultantis. vt C. ad l. sul. ma. l. quisquis. & 6. q. 1. si quis cum militibus. pro hoc. 88. dist. c. vlt. 2. 3. q. 4. forte. 2. q. 7. plerique. vbi de hoc plene per Arch. & j. de resti. spoli. cum ad sedem. & quod ibi no. Host. & ita potest intelligi glo. Accur. in l. allegata. in senatus. Si queris de secundo t̄ modo, scilicet, vtrum scriptura possit coadiuuare alias p̄bationes, dico quod sic vt ecce accuso aliquē de adulterio cōmissio cum Berta. produco instrumentum de matrimonio illius Bertę, in quo ipse accusatus de adulterio est inscriptus pro teste certę cōstat, quod istud instrumentum coadiuuat & cooperatur ad probationē, scilicet, quod illa fuerit nupta & quod ipse sciuerit eam nuptam, quam cognouit non t̄n adulterium probat. Sic intelligo. C. quo app. nō reci. l. 2. sic intellige glo. Accur. in l. allegata, contra negantem: & in l. Senatus. Vnde ibi probauit t̄ Damnum mihi datum in tali vinea per testes, & ad probandū quod illa vinea erat mea produxi instrumentum acquisitionis vineę: & sic potest dici quod instrumentum cooperatur ad probationem non t̄n ipsi maleficium probat, & sic intellige. 2. q. 8. c. sciant ibi, q̄ dicit, vel instrumenta apertissimis documentis & c. & in hoc mēbro concordat Io. Andr. j. de reg. iur. c. semel malus. in nouella. lib. 6. vbi plene disputat quæstionem istam: & soluendo dicit q̄ directē per instrumentum non potest probari crimen. Nam etiam in contractibus notarius non posset, me nō mandante, contra me conficere instrumentum in auth. de tabel. ad ficoll. 4. Hęc verba nisi per me vel me volente & mandante contra me conficetur instrumentum per quod ipso facto crimen meum probetur. 2. q. 2. sanc. 88. dist. neq; ff. ad legem Corbe. de fal. l. si quis legatum: & l. qui duobus. & C. de ijs qui vbi sciri. in testam. ento per totum. Fatetur tamen, q̄ instrumenta bene probant indirecte crimen vel coadiuuat criminis probationē. Pone t̄ accuso te q̄ incendisti domū meam per testes, probo incendium per instrumentum, probo domicilium vel dominium. Accuso te de pace fracta produco instrumentum pacis. Accuso te per iurium, induco instrumentum quod iurasti §. m̄ Ioan. Andr. Sed quod dicit de contractibus non credo verū: nam alius mecum contrahens, vel cuius alias interesset, posset petere, me etiā inuito de contractu meo per instrumentum per iura allegata. ¶ In glo. no. q̄ a periurio. in fin. dicit Host. q̄ glo. non soluit contrarium de c. literas. j. de præsump. quia ibi recipitur non solum cautio iuratoria, sed etiam alia. nec obstat cōtrarium de c. clericos. j. de coha. cle. & multi. quia & in maiore confusio-nem illorum ibi recipi posset. ideo dicit Host. q̄ ideo recipitur hic iuramentum a periurio, quia iuramentum est de forma absolutiōnis vt hic. & §. de off. deleg. prudentiam. §. 1. & si. de offi. ordi. ad reprimendam §. m̄ eum: sed constat q̄ vltimum iusm̄ de quo loquitur textus iste in fine nō præstatur pro absolutiōne obtinenda sed propter inobedientiam præcedentem. Item hic dicit textus si videritis expedire, & c. ergo non de necessitate forme. ideo dicit q̄ loquitur hic non de iuramento forme absolutiōnis, sed obediēte quod religio nisi ex causa, vt hic non tenentur præstare §. m̄ quod notat Host. j. de sen. excō. super eo. & idem innuunt Inno. & Host. hic in glo. no. quod. Et si queris vtrum periurum volens admittatur ad iurandū & etiam cogi debeat ad iurandum in casibus in quibus alius iurare cogitur, refert. Aut t̄ queris de iuramento honoris vt est iusm̄ testis & iuramentū compurgatoris & familia. & ad ista non admittitur nec compellitur periurus. vt 2. q. 5. paruli. j. de testi. c. testimonium. de hæret. c. accusatus. §. licet. lib. 6. Aut de iuramentis oneris vt est iuramentum de stando mandatis ecclesie de calumnia & de veritate dicenda & iuramentum se purgantis. Et ad ista cogitur periurus vel alias infamis vt hic. & j. de purga. ca. c. i. vbi Inno. hoc notat & Abbas c. & Inn. Host. & G. nazo. Pet. de Samp. & abb. j. de præsump. c. literas & Io. An. ibi post

ibi post eos. & Ioan. & Arch. in c. alleg. 2. q. 5. parvuli in fin. & Ber. j. de app. quæstioni. & Gen. extra de regula. c. 1. in cle. licet. Ioan. Andr. 1. an. Phil. & Goff. & Ber. in prædicto. c. literas. in fi. contra & male. & pro hoc facit quod dicam. j. de iureiur. c. venientes verfi. arg. istorum iurium. & ver. sequenti. j.

- 1 In fine ibi penitus t. excludatis. exponit Goff. penitus id est irreuocabiliter. Idem sentit Host. qui dicit penitus, id est, sine spe restitutionis. Est enim eiicienda ab oculi omni morbida ne inficiat sanas oues. 4. 5. di. sed illud. j. de statu mona. c. ea que. §. 1. fm. Host. Tu dic vim faciendâ in eo, quod dicit de fratru consortio & c. 2. 7. q. 1. impudicas. Non em dicit de monasterio eiiciendos: quia etiam eiekti essent reuocandi. j. de regu. c. fi. Sed excluduntur t. a consortio. i. non stent cû alijs fratribus in capitulo, refectorio & similibus. sed in aliquo loco alto ponent ad penitentiam peragendam. & hoc credo verius. & tutius, argu. 2. 7. dist. peruenit. vbi hoc not. Arch. idem Abb. hic. ad quod facit & concordat quod not. Cardi. in extrauaganti Bonifacii. 8. que incipit iniuncta. & adde quod dicam. j. de simo. c. dilectus. 2.

- 1 Abbatissam officio non suspendere.
- 2 C. dilecti a sensus.
- 3 Abbatissam beneficio suspendere: qui accipiendum.

Dilecta. Si queris vtrû Abbatissa seu alia prelati ecclesiastica possit suspendere clericos sibi subditos vel moniales sibi subiectas: refert, aut queris vtrû possit ab officio suspendere, aut a beneficio. Si ab t. officio dicitur non, fm. Ber. hic in additione. & in hoc satis concordat Inn. hoc etiâ tenent Host. & Pet. de Samp. & Abb. & Io. Andr. hic dicentes, q. cum excoicare, suspendere, & interdiceret conexa sint & ab eodem: ad idem inuenta cui ratione defectus iurisdictionis denegatur, vnum est & reliquâ denegandum. arg. §. de cõsti. translatio. & j. de confang. & affi. c. tua nos. in fi. Item si Papa fuisset opinionis contrariæ: vbi posuit hic in textu. monita & mandata: potuisset ponere suspensionem: quod tñ non fecit quare, & c. j. de deci. ad audientiam. in fi. §. de transla. epi. c. 2. §. sed neq. ver. præsertim. Item ex quo mulieribus talia gñaliter prohibentur, vt hic in gl. semper sunt phibita nisi inueniantur expresse concessa. vt in d. c. 2. §. sed neq. ver. & quod nō est fm. eos. Aut queris vtrû possit t. suspendere a beneficio: & dico q. sic, vt hic. Est et ratio, quare scus est in suspensione ab officio & secus in suspensione a beneficio est, quia suspensio a beneficio non procedit a clauē nec cõprehenditur sub censurâ ecclesiasticę note: sed suspensio ab officio duntaxat vt in c. tãta. j. de excof. prela. & de verb. sig. c. querenti. quod patet quia Abbatissa licet non habeat clauem. vt. j. de peni. noua quædam. hanc penâ suspensionis a beneficio infligit vt hic. alias si talis suspensio t. pcederet a clauē per totum, non dū se extenderet, sicut vis clauis se extendit. vt. j. ti. c. 1. & tñ constat, q. talis suspensio nō transgredit territorium pferentis eandem. vt. j. de elec. si cõpromissarius. §. restringitur. li. 6. & in hoc cõcordat. G. de Monte Lau. in extrauaganti Io. 2. 2. que incipit. excohibilis. super verbo se immisce. re. & Alten. li. 6. ti. de impedimēto sexus. & frater Io. in summa cõfessio. de impedimēto sexus. q. j. Aliqui vero dñt, q. abbatissa potest suspendere ab officio, qñ de cõsuetudine habet iurisdictionem ordinariam, fm. primam opinionem Inn. hic & male.

- 1 Transitus religionis an sede vacante non concessibilis & cur.
- 2 Alienari qui a quo ecclesiastica possint.
- 3 C. fraternitatem & explicari & dilui.
- 4 Capitulo qua non liceant.
- 5 Capitulo sede vacante, qua liceant.

Vm olim. Si queris, vtrum aliquo mortuo & ad alium, & ad quem potestas ipsius deuoluatur, distingue vt dicam. j. de hæreti. ad abolendam.

- 1 Ad declarationem gl. sic patet & c. si queris, vtrû capitulum ecclesiæ cathedralis, sede t. vacante, possit dare licentiâ alicui subdito epi transfundi ad aliam ecclesiã sibi ibi eligatur. Laur. Ioan. Arch. 2. 4. dist. c. presbyteri. & 7. 1. dist. c. fraternitatem. & Ber. & Host. hic. & G. j. de sup. ne. præla. ca. vlti. glo. pen. lib. 6. & Cardi. eo. tit. c. vnico glo. 1. eo. li. tenent q. non & est ratio: quia talem licentiã dare est quædam alienatio personæ & cum non possit res alienare. 1. 2. q. 2. si qua de rebus. multominus personarum, quarum alienatio maior est, quâ rerum. 1. 2. q. 1. picipimus. idem innuit Host. in summa de re. permu. §. quid potest ver. & nunquid. sed Cardi. tenet contrariū. j. de elec. si abbatem. lib. 6. pro quo multū facit equitas, & ratio decre. si religiosus. 2. 1. j.

de elec. li. 6. Sicut enim in alienatione requiritur cõsensu prælati sic & capituli. & tñ extante capitulo solus prælatu dat licentiã transfundi. ergo fortius debet dare posse capitulū non existente prælato ppter rōnem expressam ibi de expedie ndis ordinationibus ecclesiarum, cum longe sit prolixius expectare successorem, quâ requirere capitulū. facit. j. de off. deleg. c. si is, qui li. 6. Item argumentū de alienatione rei nō procedit t. tum quia illa non expeditur sine cõsensu & tractatu solenni. 1. 2. q. 2. c. sine. j. de re. ecclie. dudum. lib. 6. Sed ista expeditur vel per solū prælatum, vt. §. de renun. cadmonet. vel cõsilio capituli vt in prædicto. c. si religiosus. tñ in quia locū rei nō alienandę non sic est parata res, alia sicut in locū transfundi habebitur successor forte vt ilior priore. pro hoc etiâ facit. j. de insti. c. 1. & quod ibi no. de hæreti. cad abolendam. extra de hæreti. c. multorum. & c. se. in cle. Ad c. presbyteri respondeo, quod ibi nulla fiebat alienatio nec a sede episcopali: nec ab ecclesia cum ex textu patet, q. ecclesia S. Eleutherij erat in diocesi episcopi: & ille Iulianus erat diaconus ecclesiæ illius in qua assumebatur: in epim: miror ergo, quomodo aliquis in hoc notet alienationem. Præterea si illud. c. intelligatur solum de collatione ordinis, quod sonat litera, dicens diaconum honore presbyteri decorandū nil ad ppositum. idem si dicatur quod collatio illius loci & presbyterialis beneficii spectabat ad solū epim. Et ad c. t. fraternitatem. triplex est responsio. Prima, quod non sequitur si peritū fuit a Papa, ergo capitulum nō potuit dare instantiam. §. de filijs presby. c. literas. de verb. sign. c. vlt. Secunda, quia sicut ecclesia illa holte faciente non habebat epim, ita nec capitulum. Tertia, quod capitulum ibi licentiã denegabat: & ideo oportuit Papam adire. & ita notat Io. Andr. in d. c. fi. Abbatem. in nouella. facit pro & contra quod ipse Io. Andr. notat extra de rer. permu. c. vnico. glo. vlt. ver. quid de cap. in cle. Credo sic distinguendum, aut huiusmodi subditus epi non est sub eo beneficia tus: & tunc si sit secularis potest capitulū licentiã ei dare, imō & sine cuiusquam licentiã transire potest, vt seruatur cõter. Si vero sit religiosus, sufficit licentiã sui prælati iuxta c. si religiosus. j. de elec. c. 1. li. 6. Aut est sub eo beneficiatus, & tunc si eps solus habet istud t. beneficium conferre seu ad aliud eligere vel præsentare capitulum licentiã dare nō potest cum in ijs non succedat episcopo. vt. j. ne sede vacante. c. vnico. §. cū veroli. 6. alias sequeret in cõueniens. si posset dare licentiã transfundendi, cum per hoc beneficium remaneret, vacans, quousq. esset successor in epim confirmatus, cõtra ea que leguntur & notantur. §. de elec. ne pro defectu. eo. tit. c. quam sit. li. 6. j. de concess. præb. ca. 2. Si vero eps vna cum capitulo habet facere præmissa, vel solum capitulum cum consilio, vel sine cõsilio epi opti: tunc potest, quia cum in dictis casibus capitulum, sede vacante, possit beneficia talia conferre: vt in d. c. vnico. I. respon. & §. vbi verq. Nam, aliquo concessio, conceduntur oia sine quibus concessum explicari nō potest. ff. de iur. iom. iud. l. 2. §. de off. dele. prudentiam. §. si. & j. de fen. exco. c. qm. lib. 6. & vide quod not. Io. Andr. j. eo. c. vnico. li. 6. in nouella. vbi distinguit tres species casuum. Sunt enim quidam, quos certum est capitulum posse sede vacante. quidam quos certū est non posse, & quidā de quibus dubitatur. De prima casus ibi expeditur. Item administrare spiritualia & tpalia siue vacet, siue quasi vacet. j. de sup. negli. præla. ca. pen. & vltimo. Iudicat hæreticos. j. de hæreticis ad abolendam. in princ. Dat inquisitores hæresis. extra de hæret. c. 1. & 2. in cle. Confirmat electos. vt hic. instituit præsentatos. j. de insti. c. 1. lib. 6. Dat cõmendatias ad ordines. j. de tempo. ordi. cum nullus. lib. 6. Compellit executores testamentorū, qui susceperunt officium illud exequi, vt ipse no. j. de testa. Ioannes. Et sede non vacante, dat coadiutorem episcopo dementi. j. de cle. agro. c. vnico. §. si vero. lib. 6. De secunda specie est collatio beneficiorum ad solū epim spectans. j. ne sede vacante. c. 2. eo. ti. c. vnico. li. 6. Non alienat immobilia: quia nec id facit administrator datus a Papa. j. de ele. c. is. cui. li. 6. Non succedit in immunitatibus, seu priuilegijs epali dignitati concessis de quibus no. j. de priuile. c. fi. li. 6. non succedit in dando consilio quod ab episcopo requiri debet. j. ne sede vacante. c. vnico. §. si. lib. 6. De tertia specie sunt multi casus, de quibus vide ibi per eum.

- 1 Maioritarum species, earumque vis. & 3. 6.
- 4 Prioritas quatenus accipienda.
- 5 Consuetudinum qua potior.
- 7 Prælatu triplex.
- 8 Præbenda perceptio qui accipienda.
- 9 C. statumimus. restrictio.
- 10 Ingredientem recens & dudum equiparari.

Statuimus.

Statuimus. Si queris que maiortas alteri præferatur, distingue, quia multiplex est species maiortatis: vna est consecrationis: & sic eps maior est simpliciter dote. 9. 5. dist. olim & no. Cardi. j. eo. in rubr. li. 6. vbi de hoc: & illa præferatur oibus alijs maioritibus de quibus. j. fequitur quia culmen dignitatis est. j. de off. deleg. c. 2. li. 6. t. Alia est dignitatis seu prelationis. j. de iudiat. si clericis. §. de ele. dudum. j. & c. tr. infimilam. de off. dele. c. pastoralis. & illo respectu archidiaconus est maior archipresbytero. §. de off. archipresb. c. 1. & ista præferatur alijs maioritibus. j. nominadis vt ibi pro hoc facit quod dicat post Bart. Brixiensem. j. de simo. c. ex infirmatione. in fi. Alia ordinationis, vt sacerdos maior est subdiacono & ista præferatur maiortati tps, senectutis, & ordinatis vt hic fm. Host. hic. & Ber. & Host. §. eo. per tuas. in prin. Alia t. est maiortas ordinatis: & illa præferatur maiortati tps, & senectutis, sed non maiortati ordinationis vt not. Ber. & Ho. in ca. 1. & in c. per tuas. §. eo. Alia est tps & illa præferatur maiortati senectutis. vt. §. eo. c. 1. Alia senectutis: & illa ceteris paribus postponitur maiortatibus supra scriptis: & minoribus præferatur, vt. ff. ad munic. l. semper. & hoc intellige verum qñ sunt æquales meritis. alias credo q. maiores meritis maioribus tpe, & senioribus præferentur. ar. 8. q. 1. licet ergo. §. de æta. & quali. c. quæris. ar. no. per Inno. §. eo. c. 1. Et intellige t. istam prælationem siue prioritatem in voce, in sede, in perceptione præbendæ, in scribendo, in sigillando & similibus. 2. 7. di. §. hinc etiam circa medium. §. de confli. cum M. & in ijs præuoluit cõsuetudo vt. §. de consue. cū olim. fm. eum ibi. Dic tñ, t. q. si esset cõsuetudo quod posterior præferatur minori, & minor maiori (nisi ratione dignitatis, vel officij hoc accideret) irrationabilis esset, vt patet. 8. 1. dist. & 8. 9. dist. ad hoc. & per qñs non valeret. §. de cõfue. c. j. ad finem fm. Host. & Io. Andr. §. eo. c. 1. & de ista materia vide per Ho. in summa de off. arch. §. 1. j. de off. c. officij. lib. 6. vbi ipse & Io. An. post eum ponunt vndecim. proगतias, seu t. maiortates: & per Arch. 2. q. 7. quanquam gl. 2. de hoc etiam not. Arch. 2. 1. dist. §. in his omnibus. Et de t. triplici prælatu in ecclesia Dei, scilicet consecrationis, ordinis, & administrationis, vide per eum. 2. 5. di. c. per lectis. Et qñ dicit est de perceptione præbendæ, intelligo, t. qñ quilibet habet, & tenet præbendam suam pacifice: nec agit de aliquo excludendo, sed solū de prærogatiua prioris perceptionis alteri danda. Simile. j. de cõfue. c. cum in tua. li. 6. Sicut est in ecclesia Parisiensi in præoptado vna cõia canonicis. Secus si agatur de potioritate ipsius iuris in præbenda, vel beneficio. ideo dicit Inn. hic. q. si aliquis sit receptus auctoritate Papæ in ecclesia, & postea eiusdem auctoritate recipiatur alius maior in ordine, & vacat præbenda quam petit vterq. sibi assignari, hoc casu non t. hiet locum hæc decretalis. nam inuisibile esset, q. per receptionem secūdi primus perderet ius sibi iam acquisitū. Sed Ho. dicit hoc verū in præbenda: sibi iam assignata, vel adiudicata: vbi vero de adiudicanda, vel assignanda agit dicit q. maior in ordine quâuis posterior tpe vel priuilegiatus, sit alteri præferendus. ar. C. qui po. in pign. ha. la. s. diuidis. §. de æta. & quali. quæris. Sed Io. An. dicit (quicquid dicat Ho. q. opinio Inn. verior est & seruatur & de prærogatiua dignitatis est expeditū) q. propter illa posterior non præferatur priori in præbenda nō annexa dignitati. j. de præb. quia sepe. lib. 6. Pro opinione ista Inn. facit. §. de rescriptis. c. capitulū. j. de præb. eum cui. li. 6. cum ibi no. in nouella. & quod dictū est de perceptione præbendę locum habet in ecclesijs secularibus. in monasterijs vero dicunt Vin. & Io. An. j. de statu mona. c. recolentes. in fi. q. ingrediens nouiter t. monasteriū habet participacionem bonorū, sicut ille, qui per centū annos ibi stetit: & si soluat monasteriū ita recipit partem suā. 18. q. 2. in nullo. & adde quod d. c. j. de simo. ex infirmatione. in fi. Henricus Boich. ¶ Dicit Hostien. hic quod ista decre. loquitur indistincte siue præbendæ sint distinctæ, siue non: quia generalis est. vt. §. de confli. c. quoniam que hanc interpretatur. & vide per Host. in summa. eo. titu. §. 1. & ibi de materia, & c.

- 1 Penitentia a quo an non minuenda.
- 2 Archiepiscopus non excommunicat episcopus.
- 3 Episcopi statuto ligari archiepiscopus. & 4.
- 5 Statuto suo quemque teneri.
- 6 L. sed & si hac. §. 1. explicatio & vis. & 7.
- 8 Maiorem a minore non ligari verius est. & 9.
- 10 Alienari quando possit ecclesiastica contra episcopi statum.
- 11 Excommunicatione mandata, iudici absolutionem mandari.
- 12 Executorem, mandata excommunicatione, non absolueri.

Vm inferior. Argumēto istius. c. & iurium hic allegatorum dicit Vinc. quod de penitentia iniuncta per episcopum sacerdos t. nō potest dimittere: sed econtra eps bene potest de penitentia iniuncta per sacerdotem dimittere. Idem tenet Spe. rubr. de peni. ver. fi. & G. j. de peni. & remis. c. fi. li. 6. Item per istud c. & per c. inferior. 2. 1. dist. & 1. 3. dist. nulla. & 9. 6. dist. si quis dubitet. & 8. 9. di. ad hoc dicit Arch. in d. c. inferior q. nō potest introduci per cõsuetudinem, q. minor habeat iurisdictionem vel imperiū in maiore: qa esset irrationabilis. & idem not. Ho. & Io. An. j. de app. dilectis. ¶ Si queris vtrum eps possit excoicare archiepiscopum in sua diocesi delinquentem, distingue, aut t. eps fert excoicationem in ipsum archiepiscopū specialiter & per modum snæ. & non potest argumentō istius. c. cum concor. alle. hic. & ita intellige opin. Inno. & Host. hic. & in hoc concor. Lau. Io. & Bertrandus provincialis. & etiam Ho. in summa. de sent. exc. §. quis valeat excoicari ver. quis ergo si metropolitanus. arg. j. de preb. graue. de fen. exco. a nobis. j. & in auth. de defen. ciui. §. iusturandum ver. non habente colla. 3. Aut eps fert generaliter sententiam excoicationis t. non per modum sententiæ sed per modum statuti in oēs factum aliquod damnū facientes, & tunc archipresbyter committit factum illud sic damnatum, snam illius statuti incurret. Nam si filius. magistratum gerat etiam in patrem habet imperium. ff. ad Treb. l. ille a quo. §. fin. & l. fe. Item illa regula quod inferior superiorem ligare nō potest, fallit cum maior delinquit in iurisdictione inferioris. vt. C. vbi de cri. agi oporteat aut. qua in prouincia. & 6. q. 3. placuit. nec hoc casu ligatur snia puri hominis, sed iuris. cum episcopus auctoritate apostolica generalem auctoritatē habeat canonem faciendi. a quo nulli excluduntur. Vnde t. talis dicitur ligari snia Papæ ad quod efficaciter facit. 1. 1. q. 3. nemo cõtemnat. fm. G. qui de hoc plene notat. j. de confli. c. vt animarum. lib. 6. Vnde etiam eo casu ipsemet eps statuens, si t. cõmitteret factū illud in suo statuto damnatum, snam excoicationis incurreret. Nec diceretur ligatus snia sua, sed iuris fm. eum ibi. & de fen. exco. Romana. §. porro. super verbo fecerint. li. 6. & ad hoc facit optime. ff. de in ius. v. l. sed si hac lege. §. 1. t. vbi faciens contra edictum suum, seu constitutionem suam incidit in penam ipsius. eandem opinionem tenent Hug. & Bart. Brixienis. 3. q. 6. ca. 1. allegant quod incidit in factum damnatum. 2. 4. q. 1. ca. 1. 2. & 3. Ad que iura respondet Io. An. j. de reg. iur. c. cui licet in nouella. lib. 6. quod loquitur de facto damnato per ius cõmune, scilicet de hæresi. & sic non probant nō subditum ligari facto damnato per singulare statutum. allegat etiam. ff. de off. præsi. l. 3. que dicit, quod præses purgare debet prouinciam malis hominibus nec distinguit vnde sint. Sed lex illa t. licet excludat distinctionem loci non tñ excludit distinctionem identitatis vel præsentitiæ. idem tenent Pet. de Bellap. & Cyn. de epo quod ligetur. C. de sacrosan. eccl. aut. quibuscuq. quia statuendo gerit personam publicam, delinquendo priuatam. & hæc ratio cõcludit idem in archiepiscopo allegat. ff. de pactis. l. cum in eo esset. de admin. tu. l. cum hæreditas. de ijs qui. vt indig. l. tutorem. que iura probant quod in generali sermone persona loquens includitur. ad idem. C. de contrahen. empti. & vendi. l. cum ipse vbi idem tenent sed contrariam partem tenent Laur. & Io. in c. alleg. 1. 3. q. 6. de archiepiscopo. scilicet quod non ligetur quia est ordinarius prouinciæ. 9. q. 3. c. 2. Et hæc ratio concludit idem, & fortius in episcopo idem in Archiepiscopo Bert. prouincialis per decre. graue de preb. de fen. exco. c. a nobis. j. in aut. de defen. ciui. §. iusturandum ver. non habente. col. 3. Host. etiam in in sum. de sent. exc. §. quis valeat excoicari. ver. quid ergo si metropolitanus. dicit certo certius hoc tenendum. quod superiorem t. non ligant, sicut nec profertem. idem fra. Ioan. in summa cõfess. de sent. exc. q. 59. quid si metropolitanus & Odof. Senon. tit. de præcaro. §. item pone clericus: idem Io. An. hic & in c. alleg. cui libet dicens ibi, quod cum statutum epi totum pendeat a potestate epi ita, quod illud tollere potest. 1. 2. q. 1. cer. te. & hoc nullus negat: licet alias dicatur ius facere: tamen est ius episcopi, vt ex denominatione. patet ergo nec ipsum, nec superiorem ipsius ligare poterit corā quo etiam sine ipsius iussu non posset benedicere. 2. 1. dist. deniq. & respondet ad c. alle. nemo contemnat. per quod G. le fundat quod si simpliciter sic recipiatur vt inducitur triplex infurget absurdū. Primū quod cum etiam auctoritate Papæ, vel canonis eps ferat sniam non per modū statuti. ergo & per ipsam ligabitur quod ipse & omnes negant. Secundū, quia illa ratio concludit Papam ligari suo canone, quasi ligetur a Christo cuius auctoritate facit canonem, vt in

vt in prædicto. c. nemo. & hoc est falsum. vt not. 93. di. si inimicus. de sen. ex. c. nulli. Tertium quia ex eo sequeretur oem prælatum etiã non subditos ligare posse cum oes sint subditi Christo & Papæ cuius autoritate ligat. Ponderetur ergo tex. illius. c. qui sic iacet nemo cõtemnat vincula ecclesiastica. Præsupponit ergo quem vincularum q̄ non potest quis non subditum vt probatũ est. Sequitur. nec em homo est. qui ligat sed Christus qui hanc potestatem dedit. fatetur ergo q̄ subditus vincularum a prælato. vincularum d̄ a Christo. qui clauis potestatem illi dedit. Matthei. 16. Ioannis vltimo. Virtutẽ ergo vinculi exprimit & fortificat ille canon. Sed potestatem vincularum non ampliat. Et sic patet. q̄ nil facit s̄m eum ibi. vbi de hoc plenissime tractat. & idem tenet. j. de rap. c. 1. & in c. alleg. Romana. §. caueant. pro qua opinione facit quod not. Hof. & Io. An. j. de app. c. dilectis.

9 in principio dicentes. q̄ nulla cõsuetudo valeret vel dare posset. quod inferior imperaret superiori suo vel in eum animaduerteter cõ quibus satis cõcordat Arch. in calle. inferiori: quia talis consuetudo esset irrationabilis. ar. hic. & ibi. 89. di. ad hæc. 93. dist. nulla. 96. dist. si quis dubitet. & ideo oino reprobanda. s. de consue. cum inter. & c. vlt. Quam opi. credo veriorẽ in foro iudiciali. Sed contrariã frequer in foro penitentiali tanquã animã tiorẽ ar. j. de spon. iuuenis. de homicidio ad audientiam. & c. significasti. 2. & c. pen. de cle. ex. mi. illud de sen. ex. inquisitioni: & ad hoc facit quod ipse Io. An. notat. j. de reg. iur. c. qui tacet in nouella. li. 6. vbi quærit. si cõstitutio epi t̄ præcipit nullam alienationem rerũ immobilium ecclesiarũ fieri per clericos sine licentia epi. vitians contractũ & addens penã arbitrariã & capitulũ suum præmissõ tractatu episcopi. epi vendat aliquas terras sine alia licentia. an loc' sit penis statuti? & soluit q̄ non.

¶ Super glo. in fin. Si quæris vtrum ille cui Papa mandat q̄ excommunicet aliquem possit ipsum sic excommunicatum absoluerẽ. distinguere. aut mdat. & t̄ cõmittit sibi. vt iudici. puta quia committit sibi cognitionem & decisionẽ causã alicuius & virtute huius mdati alteram partium excoicet. & tunc poterit quando durabit sua iurisdictione eum absoluerẽ. vt. s. de rescriptis. c. olim ex literis. & de off. dele. q̄ parenti. & hoc not. Io. 2. 1. di. inferior. & 27. q. 1. si homo esles. 7. q. 1. peruenit gl. fi. & Archi. post eum.

12. Aut t̄ mandat sibi. vt nudo executori. vel vt ad illũ solum articulũ deputato: & tunc nõ poterit eum absoluerẽ: quia functus est officio suo. s. de off. dele. ex literis. & c. qm̄ pro hoc. j. de verb. sign. c. fi. Io. & G. in d. c. peruenit. & in d. c. si homo esles. Fallit in casu. vbi Papa specialiter absolutionem sibi committeret. vt. s. de off. deleg. c. quoniam. in fin. s̄m Hug. in calle. peruenit. & Io. in c. alleg. si homo esles. & ita intelligo gl. istam. & ita in effectu distinguit Hostien. in summa de sen. ex. §. quis possit ab hac sententia. sub. §. sed quid si Papa. & Astensis post eum. lib. 7. tit. quis potest ab excommunicatione absoluerẽ. articulo. 6. q. quid si Papa. Henricus Boich.

- 1 Humilitas interior sequenda.
 - 2 Humilitatem exteriorẽ damnari.
 - 3 Virtutis opera.
 - 4 Humilitatem varie fingi.
 - 5 Ironia. & iactantia. & vtra perniciosior.
 - 6 Humilitatis gradus.
 - 7 Vocandi solum maiores vniuersitatum.
 - 8 Vocandi sunt. quorum interest.
 - 9 Compositio quibus quandoque obstr. 10. 1. 1.
 - 12 C. humilis. explicatio.
- H**umilis. Si quæris. vtrum. & quã humilitas sequenda est. & approbãda distingue q̄ t̄ quãdã est humilitas interior residens in corde. & illa sequenda est. & approbãda. vnde dñs dixit. Matthei. 19. c. ait. Discite a me. quia mitis sum. & humilis corde modo ois Christi actio nostra est instructio. 1. q. 1. Christus qd̄ fecit. 2. q. 1. Deus omnipotens. & in psal. 24. Vide humilitatem meam. & laborem meũ: & dimitte vniuersã delictã meã. & in psal. 34. Humiliabam in ieiunio aiam meam. & c. & in psal. 130. Humiliatus sum vsquequaq; Dñs iudica me s̄m verbũ tuum. Item Matthei. 5. Beati mites & c. Quædam vero est humilitas exterior: & tunc aut dat seu dare potest verisimiliter pximo occasionem delinquendi. vt q̄ prælatus est nimis humilis erga subditos per quod regendi frangitur autoritas. 86. dist. q̄ necessitas. vel q̄ quis propter suam humilitatem nimiam sperneretur. & illa non est sequenda. vt hic legitur & notatur. Aut non. & tunc aut humilitas est vera. non ficta & talis est approbãda. vt hic. & 46. di. hoc habet. de quo ibi per Arch. gl. 2. & 3. vnde Beatus Ber. dicit. Virtutis t̄ primum opus est doceri. vir-

tus cum humilitate vult doceri cũ labore. quæri cum amore. haberi nec aliter vel doceri vel quæri vel haberi potest. Aut est ficta. vt cũ aliquis de se minora fingit. & tunc dicit frater Astensis lib. 2. & 6. ti. de iactantia. q̄ hoc dupliciter potest t̄ contingere. vno modo salua veritate. dum. scilicet. maiora quã sentit in se tacet. & quædam minora detegit quã tñ in se esse cognoscit & hoc non est ironia nec est peccatum s̄m genus suũ nisi per correctionem suam. Alio modo declinãdo a veritate vt cum de se asserit aliquid velle. quod de se non cognoscit. Aut cum negat magnum aliquid quod tñ in se esse percipit: & sic est ironia t̄ est semper peccatũ. Vnde Gregorius. Incaute se humiliat qui mentiendo se illaqueat. vnde hæc est falsa humilitas de qua dicit Augustinus in quadã epistola. quod est magna superbia. Et vtrum ironia sit maius peccatum. quam iactantia. ridet Astensis ibi. q̄ vtraq; mctitur vel verbis vel quibuscuq; exterioribus signis circa idẽm scilicet. circa cõditionem personã. Vnde ratione materiẽ siue obiecti circa quod sunt æqualia sed vt plurimum iactantia procedit ex turpiori motiuo scilicet ex lucri appetitu vel honoris. Ironia vero ex hoc q̄ fingit licet inordinate. Vnde pp̄ primum est grauius & s̄m hoc dicitur. 4. Ethic. q̄ iactantia est peccatum grauius. Ironia tñ contingit q̄nque. vt hic minora de se fingat ex alio motiuo puta vt dolose decipiat. & tunc ironia est grauior & sic dicitur ecclesiastici. 19. Est qui nequit se humiliat. & interiora eius plena sunt dolo. Et not. q̄ glo. Matthei. 3. dicit q̄ perfecta humilitas t̄ habet tres gradus. Primus subijcere se maiori. & nõ proferre æquali. Secundus subijcere se æquali & nõ proferri minori. qui est abundans. Tertius est subesse minori qui est perfectus. Henricus.

¶ Si quæris. vtrum in negotijs. seu tractatibus omnes quorum interest & quibus præiudicari t̄ potest. sint vocandi. refert. aut agitur de negotijs vniuersitatũ: & tunc non vocantur oes singulariter. sed sufficit vocari maiores. & syndicos vniuersitatis. C. de iura. calum. l. 2. §. sin autem. ff. de condi. & demon. l. munitipibus. Aut agitur de t̄ negotijs singularium. & tunc regulariter omnes. quorũ interest & quibus præiudicari potest. sunt vocandi. ff. de iur. ru. pr. l. per fundum. C. de auth. præstan. l. fin. & s. de offic. Archid. ad hæc in fin. secundum Inno. Host. & Io. Andr. quod intellige vt dixi. s. de consi. c. cum omnes.

¶ Hic habes. q̄ prouiso Papæ præiudicat consentientibus. licet tenorem prouisionis ignorent. Iuxta hoc. si quæras. vtrum cõpositio. prouiso. vel transactio præiudicat in ipsam consentienti. sed tenorẽ ipsius ignoranti. refert aut cõpositio fit t̄ extra iudicium. & nullo mediante: & is. qui cõsentit in nullo certificatur. & tunc non præiudicat cõsentienti. & tenorem ipsius ignorati. Sic loquitur. ff. de pac. l. tres fratres. ff. de transac. l. cum aquiliana in fi. Aut fit aliquid t̄ mediante. puta. quia in iudicium. vel alium cõpromittitur taliter. q̄ de alto & basso. sicut vtuntur Gallici in vulgari stio. possit dicere & facere quicquid voluerit. hoc est. vni vni partis in totũ. vel in partem dare alteri. & tunc non potest de cetero aliqua partium ignorantia allegare: quia ex vi pacti vtraq; se excludit: ergo de se quærat ad hoc. ff. de mino. l. cum mandato. & ff. de arb. l. diem. p̄ ferre. §. stari. ff. si mensor fal. mo. dixit. l. 1. §. hæc actio ver. p̄ inde. de insti. l. sed & si quis §. si. de acqui. pos. si. ver. sin autem. Idem t̄ si cõpositio scripta etiam clausa & signata partibus ostendatur. & partes eidem cõsentiant siue pro ipsi siue cõtra ipsas: imputare eñ possunt sibi. si ipsam non faciãt aperiri. vt p̄bat euidenter hic & ff. de positi. l. 1. §. si cista ver. quid ergo si ignoraue rit. de transac. l. nõ est ferendus. de act. empt. & vendi. l. teneatur. 1. r̄iso. de auro & ar. leg. l. Quintus Mutius in fi. & l. & si non sint. §. perueniamus. & l. si §. mulier. & hoc ideo permittit quia boni iudicis est lites diuimere. ff. si cer. pe. l. quidã estimauerũ. j. de dolo & conu. c. fin. hæc distinctio potest intelligi ex dictis Host. hic cũ quo satis cõcor. Io. An. Sed quo ad intellectũ huius decre. ipse Io. An. dicit. q̄ ponderat t̄ verbũ in textu solenniter. & putat q̄ hæc sit mens litera istis. quib' scribitur exhibebũt formã cõpositionis istis. quorũ cõsensus requirit & si cõsenserit fiet solẽnis publicatio. per quã deinceps ferari iubebitur & pro sua tenebitur: si dissentiat fiet quod sequitur.]

- ¶ De treuga & pace. Rubrica.
- 1 Belli genera: bonũ quãd in sum. 2.
 - 3 Iudicis auctoritate. non nisi iusta. bellum recte permitti. & 4.
 - 5 Bellum defensionis gratia an iure permittitur.
 - 6 Bello capta quando. an non. restituenda.
 - 7 Quellum illicitum.
 - 8 Belli species.
 - 9 Pax sequenda: eiusque fructus.

Treugas.

Treugas. Si quæris quod bellum dicitur licitum: & quod nõ distingue quia multiplex est bellum. Vnum est inter fideles. & infideles. & hoc potest dici bellum romanum: & tunc aut fit iure approbatũ: & hoc est iustum respectu fidelium. j. de heret. exco. munitipibus. 1. & 2. & de voto & voti redemp. c. licet. & c. magne. & c. se. de iudejs ita quorundam. Sed respectu infidelium est iniustus. 1. 1. q. 3. non semper & c. Iulianus Imperator. Aut fit iure prohibentẽ. & tunc est iniustum quo ad pugnantẽ & non quo ad defendentes. vt. C. de pag. l. Christianis. & j. de Iudæis sicut Iudæi. t̄ Aliud inter fideles hinc & inde. & hoc est multiplex: quia aut fit autoritate iudicis. aut fit autoritate iuris: aut fit non autoritate iudicis nec iuris. sed propria autoritate. Si autoritate iudicis legitimi. tunc refert. Nam aut huiusmodi autoritas siue iustus iudicis autoritati iuris non repugnat: puta quia ij cõtra quos iudicet bellũ immediate sub iure ei & habet ius exercẽdi merum imperium. nec est author in propria causã. nec erat & tunc iustum potest dici siue fiat impugnando siue defendendo. ad hoc ff. quod met. cau. l. continet. 23. q. 2. iustum. & §. cum ergo. 23. q. 3. §. ecce. & q. 4. ille gladium. & q. 5. miles. & c. seq. & c. regnũ.

3 Aut autoritas t̄ iudicis siue iustus autoritati iuris contrariatur euidenter. & repugnat. & tunc est iniustum. vt 1. 1. q. 3. c. qui resistit. c. Julia. & c. si dñs. & c. non semper. C. de iure fil. l. phibitum. & l. defensionis facultas. de decuri. l. oes. in fin. lib. 10. de metatis. l. deuotũ. li. 1. 2. Si autoritate t̄ iuris fiat. quod est vbi- cunq; a iure conceditur: & tunc est iustum. siue hoc fiat impugnando siue defendendo. & siue sit voluntarium. siue necessarium. vt patet. C. q̄ liceat vniciq; sine iudi. se vind. l. 1. & 2. & de epi. & cle. l. si quis in hoc genus sacrilegij. & de ijs qui latrones occultat. l. si. j. de homi. pro humani. in fi. & de sen. ex. c. dilecto. li. 6. ff. de rei. ven. l. qui restituere. Itẽ potes ponere exemplum de illo. t̄ qui se defendit autoritate iuris p̄ra voluntarie impugnantes. ff. de iusti. & iure. l. vt vim. Si p̄pria autoritate fiat tunc est iniustum. Et hoc siue fiat defendẽdo. vt quia fit t̄tra autoritatem iudicis per aliquos iudici cõtumaces. vt quia autoritate iudicis legitimi non errantis. aliũ impugnat iuste pugnat: impugnant aut iniuste se defendit. quia tanto magis apparet de sua cõtumacia. & presumpuosa rebellionẽ & multo magis si inuadat: & impugnet. & hoc bellũ potest vocari præsumptuosum ar. de pe. di. 5. q. 6. 1. ad fi. s. de maio. & obe. si quis venerit. ff. de rei. ven. l. qui restituere. siue fiat cõtra autoritatẽ iuris siue defendendo impugnãdo & hoc potest dici temerarium. Ad hoc facit quod d̄ in isto. c. & j. c. pximo. & de penis felicis. li. 6. & extra de pœnis. c. si quis suadente. in cle. Siue fiat voluntate p̄pria per aliquos alios impugnãtes. & hoc potest dici bellum voluntariũ vt. C. ad l. Iul. de vi pu. vel priuata. l. qm̄ multa facinora. quod verũ etiã si per diffidentia sibi in vicem remitterent fidem quã cũ natura inter hoies quoddã ius statuere. hominem homini infidari. nephas est. ff. de iusti. & iure. l. vt vim. quia hoc ius per pactũ remitti nõ potest. ff. de pactis. l. ius agnationis. C. de patria. po. l. abdicatio. Et not. q̄ quis captus in bello romano. vel in bello t̄ autoritate iudicis competentis. & non errãtis vel in bello autoritate iuris factõ nõ tenetur ad restitutionem: fecus de captis in bello presumpuosis. quod temerario siue voluntario. qd̄ dic vt no. ho. in summa hoc ti. §. quid fit iustum bellum. Et hæc vera intellige de bello. qd̄ fit alias. quã in defectũ probationis. Si vero t̄ quæris de duello. qd̄ fit in defectũ probationis. & ad probandũ tale semper est illicitũ saltem s̄m canones: quia nõ est nisi Deum tentare. vt. 2. q. 5. monachiam. & j. de cle. pugn. in duello. c. 1. & 2. & dic vt ibi. & de ista materia not. Ho. & Io. An. in nouella. in d. c. pro humani super verbo. diffidatur. li. 6. dicẽtes septem esse bella. t̄ Primum est romanum. s̄m iudiciale. tertium presumpuosum. quartũ licitum. quintũ temerarium. sextũ voluntarium. & septimũ necessarium quod dic. vt dixi ibi. dicunt præterea q̄ etiã post diffidationem non pnt aliqui se iniucem impugnare. nec valet cõsuetudo cõtraria: vel iur. s. de consue. c. fi. & j. de iure iur. c. 1. lib. 6. Et sex casus quare nõ est pax inter hoies vide per Archi. 23. q. 1. noli. & per Io. An. j. de re iudi. c. ad apostolicẽ super verbo pace. lib. 6. & de pace & bello not. Astensis lib. 2. ti. de pace. Et nota q̄ quilibet t̄ tenetur. & debet sequi pacẽ. & appetere eam tam ex præcepto diuino. vt patet Zach. 8. c. veritatem tñ & pacẽ diligite hæc dicit dñs exercituum & in psal. 33. Inquire pacẽ & prosequere eam. & Marci. 9. c. & recitatur. 43. di. fit rector habete in vobis sal. & pacẽ habete inter vos. quã canonico vt hic & s. in proemio. Rex pacificus cuius ois actio nostra est instructio. 2. q. 1. Deus omnipotens quã ciuili. vt in auth. de

pace te. & iura. fir. & de pace tenẽda & eius viola. coll. x. q̄ etiam primi in execrabilis & extimabilis exhortatione. Matthei. 5. c. Beati pacifici. qm̄ filij Dei vocabuntur. & in psal. 36. Mansueti aut hereditabunt terrã: & delectabuntur in multitudine pacis.

1 Treuga conuentionales.

2 Treuga non nisi seruanti seruandã. & 4.

3 Treuga canonice: earumque genera.

Treuga. Si quæris. vtrum. & qualiter treuga sint seruandã. refert. aut quæris de treugis conuentionalibus. aut de canonicis. Si de t̄ conuentionalibus & dicuntur conuentionales quæ ex conuentione partium recipiunt formam sicut quilibet alius contractus. ff. de positi. l. 1. §. si conuenier. & de regu. iur. l. cõtractus. & tunc aut pars aduersã seruat eas aut non t̄ si pars aduersã seruat eas oino sunt seruandã etiam hosti romano. 23. q. 1. noli. 2. 2. q. 4. Innocens. si non seruat eas. tunc sua pars aduersã non tenetur eas seruare. 28. q. 1. si infidelis. 95. dist. esto subiectus. ff. locati. l. quepro. §. inter locatorem. C. de pac. l. si proponas. de transac. l. si diuersa pars. j. de iure iur. c. peruenit. 2. cum ibi alleg. Si quæris de treugis t̄ canonicis de quibus loquitur hic. s. c. pximo & istas treugas canonicas aliqui habet perpetuas. alij temporales: perpetuas habent clerici. monachi. & conuersi. dum in ecclesijs canonicæ & regulariter viuunt. alias non vt hic & j. de vita & ho. cle. c. h. de cle. coniuga. c. Ioan. & c. diuersis fallacijs. C. de epi. & cle. l. generaliter. Idem de rusticis quando sunt in agricultura. vt hic. Temporales hnt omnes cõmuniter. & durant. prout legitur & notatur. s. c. pximo. & ita notat in effectu Host. in summa huius titu. §. quot sunt species. Et intellige. quod iste treuga t̄ canonice sunt seruandã: dummodo aduersãrius eas seruet: alias secus. vt dictum est de conuentionalibus. Nam cõuentionales quæ pcedunt ex consensu fortiores sunt & fortius ligant. quã ille canonice: quia ligant de iure naturali. vt ff. de pac. l. 1. & 2. de iure diuino. vt in c. alle. nolo. 23. q. 1. de iure ciuili & in aut. de pace te. & eius viola. & de pace tenẽda & iura. fir. per totũ. & de iure canonico vt in iuribus alle. & tñ ille non sunt seruandã hosti: nisi & hostes seruauerint vt est dictum: ergo nec canonice arg. s. de elec. cum in cunctis. in principio. & C. de sacros. eccl. aut. multo magis. & c.

- ¶ De pactis. Rubrica.
- 1 Actionem ex pacto nudo nasci canonis.
 - 2 Pactum nominatum actionem parere. 5.
 - 3 Pacto imominato actionem non nisi rei interuentu dari. fallit. 4.

Pactum. Si quæris. vtrum nudum pactum pariat actionem. distingue t̄ aut quæris s̄m canones. & dic q̄ sic. vt hic. & j. eo. c. qualiter. quod intellige. vt dicam. j. eo. c. si. nec mirum quia dum quis venit contra pactũ. peccat mortaliter. arg. 22. q. 1. prædictum. vt not. Ber. hic in fi. Aut s̄m leges & tunc aut huiusmodi pactum transit in speciale t̄ nomen cõtractus: & tunc semper parit actionem. vt patet in emptione. & venditione. in locatione. & conductione. & in stipulatione. & in similibus. j. de empt. & vendi. per totum de locato & conducto. per totũ. ff. & C. eo. tit. per totum. & de verb. obli. per totum. Aut non transit t̄ in speciale nomen cõtractus. sed itat in finibus generalitatis: & tunc aut huiusmodi pactum vestitur rei interuentu seu traditione aut non. Si sic. tunc parit actionem. vt. C. de rer. permul. ex placito. nam illo solo modo. scilicet. rei interuentu. seu traditione pactum nudũ vestitur vt not. Iaco. de Ra. & Pet. de Bellaper. & Cy. C. eo. tit. l. legem. Et hoc intellige verum. scilicet. q̄ pariat actionẽ. dummodo alias pactum sit rõnabile & honestũ: alias secus. vt dicam. j. eo. c. fi.

4 Si t̄ pactum nudum nõ vestitur rei interuentu seu traditione tunc nõ parit actionẽ. vt ff. de pac. l. iurifgen. §. sed cũ nulla ver. igitur nuda pactio. Sed hoc fallit in certis casibus vt. ff. de nant. l. feno. l. periculi. de vsur. l. etiam. & C. de vsur. l. frumenti. ff. de pollicita. l. pactum. & quod dicit Host. hic. q̄ fallit etiam in constituta pecunia. vt ff. de consi. pec. l. 1. & in dote. vt. C. de dotis promiss. l. ad exactionẽ. & de rei vxo. act. l. vna. & in donatione. vt. C. de dona. l. si quis argentum. in fin. t̄ Salua sui reuerentia. non est verũ. quia isti casus hodie sunt redacti per legem in speciale nomen cõtractus: & ideo actionem pariunt. sicut & alia conuentiones. seu alia pacta iurifgentiũ. que in speciale nomen transeunt. vt notat prædicti Iac. Pet. & Cyn. in l. legal. legem.

1 Multis cura rebus. pensiones ne augeantur: alias cõtra & qui. 2.

3 Bvsa priuata quando non implenda.

Hen. Boich super Decret. K Cum de-

Vm clerici. Si queris, nunquid augmenta-
tis facultatibus ecclesie, pensio
nem debentis ipsa pensio debeat augmentari, refert
aut bona ecclesie sunt augmentata diligentia cle-
ricorum & tunc non debet augeri pensio. vt. C. de alluio. l. vlti.
Aut sunt alias, seu aliunde augmentata, quam industria clericor-
um, & tunc aut necessitas, vel paupertas illius ecclesie, cui de-
betur pensio hoc exigit, vt pensio augmentetur, & tunc po-
test & debet augmentari: dummodo palam & publice fiat capitu-
lo consentiente & suo iudice autorizante. ar. ff. de admi. tu.
l. non existimo. j. de prab. expofuiti. j. de ijs qua sunt a pra-
la. c. tua. & c. pastoralis. j. vt eccle. bene. c. vnico. §. fi. Aut neces-
sitas, vel paupertas illius ecclesie, cui debetur pensio, hoc non
exigit: & tunc priuata bursa ecclesie, cui debetur, no replebitur.
sed potius diuinus cultus augmentabitur: & sic loquitur ex-
presse. §. de cotti. cum M. Ferrar. & c. pen. vbi de hoc. & iun-
ge quod no. j. ti. pximo. decqtero. fm Ho. qui ponit ista distin-
ctione hic & vide qd dicat post eum. j. de Cenli. c. phibemus.

- 1 *Paſſa contra essentialia non seruanda.*
- 2 *Pacifici contra accidentalia licet.*
- 3 *Pacificus reſtè quis in plus quam facere poſſit daturus fallit. 8.*
- 4 *Paſſa poſſibilia tenere.*
- 5 *Paſſa impoſſibilia nulla.*
- 6 *Paſſum turpe quando, an non, seruandum. 9. 10. 11. & 12.*
- 7 *Paſſum impoſſibilitate facti, præter temporale, nullum.*
- 8 *Paſſum contra ius (dempto priuato) irritum. 15. & 16.*
- 9 *Reſcripti & paſſi diſcrimen.*
- 10 *Paſſo irrito, pœnam corrue.*
- 11 *Paſſo præter ius nullo, pœnam debent.*
- 12 *Pœnam, paſſo iuſto, debent qui accipiendum. 21.*
- 13 *Stipulatio conditione iniurata quando, an non, valeat. 23.*
- 14 *Conditionalis obligatio quando pura.*
- 15 *Conditionalis inſtitutio quando pura.*
- 16 *Conditio an in diem transferenda.*

Actiones. Si queris, qn pactum debeat ser-
uari, & qn no, distingue aut est pos-
sibile & honestum ita, qd nec est de turpi, nec ob-
turpem causam: nec turpiter interpositum: aut non.
Si sit possibile, & honestum: tunc refert quia quedam sunt pa-
cta quae sunt contra tractum circa quem interponuntur. quæ-
dam contra naturam rei, circa quam interponuntur. quedam con-
tra neutrum. In primo casu refert, quia quedam pacta sunt con-
tra essentialia, seu forma essentialiam ipsius contractus, & illa no
valent. vt. ff. de praec. l. cum praecario, & j. de praec. c. vlt. vbi de
hoc & de condit. appo. c. vlt. quedam pacta sunt contra acciden-
talia, seu forma accidentalem contractus vt est pactum qd ven-
ditor non teneatur de vitijs & morbis quod no est contra for-
mam essentialiam ipsius contractus, sed contra ius quod datum est
concessum ipsi emptori & talia bene valent. vt. ff. de pact. l. pa-
cifici. Idem illo, qui rone contractus t habet priuilegium, quod
non condemnetur, nisi in quantum facere potest: puta pro socio,
tutele, & similibus. ff. pro socio. l. verum. §. i. de re iud. l. si coue-
nerit. nam pactum factum in contrarium scilicet, qd in solidum con-
demnetur valet. Dicitur autem hie priuilegium rone contra-
ctus qn habet priuilegium in certo contractu vt in donatione
societate & similibus. In secundo casu. qn pacta sunt contra
naturam rei, refert aut sunt ex interno & tunc no valent.
vt. ff. de vsu & habi. l. per seruum. §. i. Aut sunt in ipso contra-
ctu: & tunc aut pactum contrarium est ipsi rei in essentialibus, &
tunc no valet ipse contractus. vt in l. allegata, per seruum. §. i. 2. re-
sponso. Aut est rrium ipsi rei in accidentalibus, & tunc no va-
let pactum: sed bene valet contractus. vt. ff. si usufru. pet. l. vti frui.
§. i. vt hoc no. Pet. de Bellaper. & Cyn. C. de iure emphy. l. 2. In
tertio casu refert: aut pactum non habet aliquam conditionem
vel adiectionem impossibilem de iure, vel de facto adscriptam, &
pactum tale regulariter seruari debet: dummodo conditio paci-
ficentium, vel rei deduce in pactum non repugnet. vt. ff. de pact.
l. iurifigentium. §. prætor ait. §. eo. c. 1. & c. qualiter. Aut habet ali-
qua conditionem vel adiectionem turpem vel impossibilem de
iure vel de facto sibi adscriptam, & tunc no valet. De turpi pa-
tet. ff. de codi. in l. i. conditiones. & l. filius. De impossibili con-
ditione: puta si pmitto decem sub conditione, si caelum digi-
to tetigeris patet in l. de inuti. stipu. §. si impossibilis. Si est im-
possibile, t vel inhonestum siue turpe, tunc aut queris primo de
pacto turpi, vel rei turpis siue turpiter interposito: aut queris
de pacto impossibili. Si queris de turpi, vel rei turpis tunc aut

est turpe turpitudine indecentiae, seu vtilitatis saltem respectu
pacificentis, non tñ turpe respectu boni moris. vt si facio pactum
de curando cloacas meas, vel de portandis stercoreibus in pra-
dium meum cum tali, cui turpe & indecens est talia facere, &
tunc valet pactum fm Hof. hic. Aut est turpe seu rei turpis
respectu boni moris, & tunc refert: aut turpe ex parte stipulan-
tis [seu recipientis] tantum: aut est turpe ex parte vtriusq; tam
promittentis seu praestantis quam etiam ex parte stipulantis, seu
recipientis. Si primo modo tunc aut non interuenit iurim, &
tunc non est de necessitate seruandum. vt. j. de iureiur. c. debi-
tores. j. rñso. quia licet pactum tale teneat ipso iure, tñ obstat
exceptio, vt patet in illo, qui turpiter & per dolum, vel metum
inductus est ad promittendum, vbi licet promissio teneat ipso
iure, tñ obstat exceptio vt. C. de inuti. stip. l. dolo. vt in illo, qui
promisit vsuras. Item pactum factum cum illo qui t ob reueren-
tiam personae suae habet priuilegium qd condemari debeat in-
quantum facere possit, vt condemnetur in solidum non valet quia
esset contra bonos mores vt patet in marito couento ab vxore
& patre a filio. ff. sol. mat. l. alia causa. §. eleganter. & intellige, qd
ille habet priuilegium rone personae, qm ex quocunq; contra-
ctu conuenitur habet illud priuilegium ne condemnetur, & c. de
re iud. l. non tantum. de quo per Hof. j. de solu. c. Odoardus.
in fin. Aut interuenit iurim & tunc aut interuenit ex parte re-
cipientis tantum, vt quia t creditor qui stipulatus fuit vsuras a
debitore iurauit, quod debitor eas sibi solueret, & tunc idem
scilicet qd debitor de necessitate iurim creditoris seruare no te-
netur. arg. calle. debitores. §. si vero. a contrario sensu. Nam ex
quo ibi dicitur, quod debitor teneatur seruare suum debitum iurim
per consequens innuitur quod no teneatur seruare inter positum
ex parte ipsius creditoris, quia quod de vno dñ, & c. j. de præ-
sump. c. nonne. cum ibi alleg. quia iurim est personale, & non lig-
gat, nisi iuramentum: vt eo. ti. c. veritatis. Aut iuramentum interue-
nit t ex parte promittentis, & tunc seruandum est iurim. licet
postea id quod traditur, repetatur, vt legitur & no. in calle. de-
bitores. §. si vero. & j. quod met. causa ad aures. & c. ad audien-
tiam. & hoc verum, nisi superior super tali iusto dispenauerit,
vt legitur & no. j. de iureiur. c. 1. & c. debitores. Superior vero
in hoc casu ne dum Papa sed eps qui potest dispensare & absolu-
ere in & super iuramentum per doli vel vim, vel metu extor-
tis vt no. Inn. & Hof. in calle. debitores. & pro hoc. 15. q. 6. c. j.
& 2. licet Spec. videatur de cere. rrium. ti. de lega. §. nunc offen-
dendum ver. 24. vltra dimidium columnam. Si secundo modo,
scilicet, qn pactum est turpe ex parte vtriusq; scilicet, tam sti-
pulantis seu recipientis, quam etiam ex parte promittentis seu
praestantis, tunc tale pactum (etiam si iurim interueniat) nul-
latenus est seruandum. vt hic & j. tit. 7. constitutus & hoc siue
huiusmodi pactum sit turpe: quia de & super re turpi interposi-
tum, & contractum vt quia stipulatur, vel pacificatur quis homi-
cidium committi. quod quidem pactum no valet ipso iure. ff. de
verb. obl. l. generaliter. & l. seq. de pactis. l. iurifigentium. §. si pa-
cificar. siue sit turpe t quia ob turpem causam interpositum, vt
quia pmitto tibi centum, vt homicidium, vel adulterium, vel fur-
tum committas quod quidem pactum similiter non valet ipso iure
fm accur. & Dy. & vñ casus pro eis. ff. de verb. obl. l. si plagij.
licet Iaco. de Ra. & Pet. de Bellaper. teneant, quod valeat ipso
iure tñ obstat exceptio per l. ff. de doli. ex cep. l. 2. §. si quis. & qd
dicit. l. allegata, si plagij. ab initio no valet: exponunt ipsi verum
est cum effectu, sed Dy. exponit ipso iure, & melius, vt videf.
Si queris de pacto impossibili, tñ aut est impossibile facti, vt
si pmitto tibi solem vel lunam, a ut est impossibile iuris: vt
quia pmitto rem sacra, vel religiofam. Si est impossibile facti
tunc aut t impossibilitas est perpetua, & tunc no valet, vt in l. i.
de inuti. stip. §. i. ff. de verb. obl. l. si stipuler. & de regu. iur. l. im-
possibilium. & hic. Aut impossibilitas est t palis, & tunc valet
pactum, sed expectatur quousq; possibilitas aduenit. vt. ff. de
verb. obl. l. inter stipulantem. §. sacram. in l. i. de leg. §. si res alie.
Et hoc nisi sit contra bonos mores. vt. ff. de verb. obl. l. si stipu-
ler. ad hoc facit. j. de voto qd super ijs. Si est impossibile iuris:
vt quia est contra ius, tunc non valet, vt hic. & ff. de verb. obl. l. i.
generaliter. & l. veluti. Circa tñ istum articulum subdistingue,
quia qnq; pactum dicitur esse contra legem t naturalem, vel di-
uinam, & tunc no valet, vt in iuribus allega. & ff. de pact. l. iura
sanguinis. & 22. q. 5. c. iurauit. & c. in malis promissis. & c. non
semper. cum ibi no. qnq; pactum est contra legem canonicam,
vel civilem, & tunc aut est contra ius publicum, quod est introdu-
ctum in fauore totius vniuersi & tunc no valet pactum. vt. ff. de
pac. l. ius publicum. & l. iurifigentium. §. si pacificar. cum ibi no. Aut
est ius respiciens solummodo singulares psonas & circa iura sin-
gularium

gularium personarum introductum: & tunc aut pactum est con-
tra legem, vt quia per legem prohibetur interponi & tunc non
valet. vt probatur. C. de vsuris. l. eos. §. 1. & l. vlti. Aut pactum est
16 t contra legem no quia per legem prohibetur interponi sed quia
tenor ipsius pacti legi est contrarius, Verbi gratia, lex dicit, qd
venditor teneatur de vitijs & morbis. Item lex dicit qd condu-
ctor teneatur ad pensionem: modo pone, qd per pactum agatur, qd
venditor no teneatur de vitijs & morbis, & qd conductor non
teneatur ad pensionem, certe istud dictum bene valet: quia no
est contra legem directè ex quo lex non prohibet interponi. Ita
intellige ff. de pactis. l. pacifici. & C. locati & conducti. l. circa loca-
tiones vbi de hoc & ad hoc faciunt no. per accur. C. de iure em-
phy. l. 2. in gl. per se huius in quaestione. Sed quid si fecit & c. &
Pet. de Bellaper. & Cyn. quom. Et hie vera in pactis: aliud in
17 t rescriptis quia rescriptum cuius tenor esset iuri rrius non vale-
ret. vt C. de praeci. imp. offe. l. rescripta. Et est ratio diuersitatis
inter rescripta, & pacta, quia quantum ad rescripta, lex habet clau-
sulam derogatoria: quia lex dicit nec dñosa fisco nec iuri con-
traria, & c. vt in d. l. rescripta. & 25. q. 2. rescripta. Sed, quantum ad
pacta, oes leges hnt clausulas permissorias. nam gñaliter cautum
est in iure, q quis renuntiare potest oibus que in fauorem eius
introducia sunt. vt C. de pact. l. i. quis in cõscribendo. & qn pa-
ctum dicat turpe, vel rei turpis, vel impossibilis de iure vel de
facto vide hic per Ber. & Ho. & plenius per Ho. in summa hui-
ti. §. qd sunt diuisiones pactorum, & de rditione. appo. §. qd rditio.
¶ Si queris, vtrum stipulatio penalıs adscripta couentioni, vel
pacto valeat, & teneat refert, aut couentio, vel pactum interponi
tra leges, vel canones eam, vel eum reprobates, vt quia ali-
18 quid impossibile t de natura vel de iure deducit in ipsam con-
uentionem, vel pactum, & tunc sic ut no valet principalis couen-
tio, seu principale pactum, ita nec etiam pœna sibi adscripta: nec
etiam iurim super hoc praestitum, & hoc siue stipulatio, siue con-
uentio vel pactum sit in faciendum, siue in dando. vt. ff. de verb. obl.
l. stipulatio hoc modo. & l. si homo mortuus. Aut ipsa couen-
19 tio siue pactum est, seu interponitur t præter legem quod est qd
per legem no reprobatur, nec etiam approbatur, sed omni legis
auxilio destituitur, vt qn aliquis alteri extraneo cuius iuris no
est subiectus stipulatur vel pacificatur & tunc ipsa couentio, si-
ue ipsum pactum no valet, sed bene valet, pœna adiecta. vt in l. i.
de inuti. stip. §. alteri. Aut pactum, seu couentio principalis t est
20 fm legem & tunc valet vtrunq; scilicet tam pactum quam pœna
appositio: ita tamen qd pacificens alteri sit contentus vt. ff. eo. l.
rescriptum. §. si pacto. fm Inno. qui istam distinctionem ponit. §.
eo. c. proximo. & hoc vltimum verum nisi dictum sit qd possit
peti pœna, rato manente pacto vt. ff. de transac. l. pen. Verum tñ
ecclesiastici suo interesse debent esse contenti: quod dic. j. de
21 pœnis suam fm Hof. ibi. Et istam t distinctionem intellige fore
veram, qn stipulatio penalıs incipit a precedenti stipulatio-
ne, vel couentione, vt si dicam sic, promittis mihi dare solem,
vel lunam vel motem aureum, & sic impossibile facti & si non
dederis, promittis mihi dare centum? vel sic, pmitto mihi dare
sacram rem, vel sic, promittis mihi interficere hominem. & sic
impossibile iuris, & si non feceris, promittis mihi dare centum?
Sed quid si stipulatio penalıs incipiat a precedenti conditione vt
si dicam sic, si lunam mihi no dederis, vel montem aureum mi-
hi non dederis, vel si caelum digito non tetigeris, pmitto mihi
centum? vel sic, si hominem non interfeceris promittis mihi dare
centum? & videtur qd sit vtilis, & necessaria ex quo est conce-
pta sub tali no facto cuius factum rrium est impossibile. arg. ff.
de nouat. l. si pupillus. §. qui sub conditione. In isto casu ego Hen-
22 ricus credo sic dicendum, quia aut t huiusmodi stipulatio inci-
pit a conditione affirmatiua vt si dicam sic, Si celum digito teti-
geris promittis mihi dare centum vel si hominem interfeceris pro-
mittis mihi dare centum & talis stipulatio no valet. vt. ff. de verb.
obl. l. impossibilis. j. respon. Aut incipit a conditione negati-
ua: vt si dicam sic: si celum digito non tetigeris promittis mihi
dare centum, & sic est conditio necessaria, & tunc aut talis con-
ditio necessaria, a qua incipit stipulatio penalıs est talis, qd eius
cõtraria a qua incipit est impossibilis de facto, & tunc talis con-
ditio est pura, & necessaria. v. g. si celum digito non tetigeris pro-
mittis mihi decem, vt in l. allegata. impossibilis. 2. rñso. & eo. ti.
23 In illa stipulatione. Aut ista t conditio necessaria est talis qd eius
cõtraria non est impossibilis de facto sed de iure tm vt si di-
cam. Si hominem non interfeceris promittis mihi decem & tunc
non valet. vt. ff. de verb. obl. l. stipulatio hoc modo concepta. &
l. si homo mortuus. Et est ratio, quia in primo casu promissor
metu cõmissionis stipulationis no induceretur seu inuitaretur
ad delinquendum: in secundo sic. ff. de condic. in l. i. l. i. quis sub

condicione iurifurandi. §. sed si sub iurifurandi conditione. Et
ratio diuersitatis quare secus, qn stipulatio incipit a præceden-
ti conuentione impossibile de facto. & secus qn incipit a præ-
cedenti conditione impossibili negatiua facti pot esse: quia qn
stipulatio penalıs incipit a precedenti conuentione cui ipsa sti-
pulatio penalıs accedit vt accessorium debet regulari fm natu-
ram principalis. vt. ff. de regu. iur. l. cum principalis. & j. de regu.
iur. c. accessorium. lib. 6. Et ideo cu promissor teneatur in prin-
cipali teneatur & in accessorijs cum non teneatur seu: & libera-
tur in principali & per consequens non teneatur seu liberatur in
accessorio vt. ff. de verb. oblig. l. si ex legati causa & de pactis. l.
vlt. cum ibi allegatis. Sed vbi stipulatio penalıs incipit a præce-
denti conditione tunc ipsa conditio non est promissio cui sti-
pulatio penalıs possit accedere, & ideo fm naturam illius non
regulatur, sed fm naturam sui ipsius: & ideo committitur vt est
dictum. Et gratia huius, si queris vtrum conditio necessaria fa-
ciat actum, cui inseritur purum, cõditionalem. Refert quia aut
loquimur in cõtractibus, aut in vltimis voluntatibus. Si in t con-
tractibus refert, aut conditio habet certum tps annexum, & di-
co, qd pura est obligatio, sed exactio differtur vsq; in diem eue-
nientem. vt. ff. de noua. l. si pupillus. §. qui sub conditione. cu ibi
notatis. & de verb. obl. l. in illa. responso. Aut non habet cer-
tum tps annexum, & tunc dico, qd habetur pro pura quo ad obli-
gationem, & exactio nem. vt. ff. de verb. obl. l. in illa. in fi. & l. im-
possibilis. Si loquamur in vltimis voluntatibus tunc aut t lo-
quimur in heredum institutionibus, & tunc aut no habet tem-
pus annexum, & tunc est pura. vt. ff. de hæredibus in l. i. seruum
meum. §. 1. Aut habet tempus annexum: & tunc aut certum: &
tunc valet institutio, detracta adiectione tps. ff. de hæred. in-
stit. l. hæreditas. & in l. de hære. in l. i. §. hæres. Sed fallit in mi-
lite. vt. ff. de mili. testa. l. miles ita. & l. in fraud. §. pe. C. de testa.
mili. l. certi. Aut incertum, & tunc æquiparatur conditioni, &
expectatur. vt. ff. de condi. & de l. dies incertus. Et est rō quare
26 non potest t conditio cõferri in diem certum, quia arguendū est
de tpe ad res. vt. ff. de testa. mili. l. miles: sed ita est, qd ali-
quis non potest pro parte bonorū decedere testatus, & pro alia
parte intestatus, vt legitur & notatur. ff. de hæred. in l. i. §. si
ex fundo. & l. quoties. §. si duo. & l. ex facto. C. de hæred. in l. i. l.
quoties. Ergo pari ratione non poterit pro parte tps decedere
testatus, & pro parte intestatus. Sed sub incerto tpe bene po-
test adscribi conditio: in qua dies incertus æquiparatur conditio-
ni vt in l. allegata. dies incertus: & conditio existens retrotrahi
tur, & sic inspecto retrotractu semper vñ fuisse hæres. vt. ff. de
testa. mili. l. quod dicitur. in principio. & de acquir. hæred. l. hæ-
res quæque. Aut loquimur in legatis, & tunc potest dici idem,
quod dictum est in contractibus, per iura allegata supra.

De transactionibus. Rubrica.

- 1 *Abbas de spiritualibus ne transigat.*
- 2 *Transactionem Abbatis de temporalibus probatam subsistere.*
- 3 *Transactionem nullam tempore firmari.*
- 4 *Transactio nulla qui & quandiu reuocabilis.*

Ontingit. Si queris vtrū Abbas, vel prior
conuentualis possit transigere,
vel componere super iuribus ecclesie sine capitu-
lo, vel conuentu: & si fecerit, vtrum capitulum, vel
conuentus possit transactionem, vel compositionem
nem huiusmodi reuocare, refert t aut vult transigere super spi-
ritualibus & non potest vt notatur. §. c. prox. & j. eo. ca. super
eo. cum ibi notatis. Aut vult transigere t super tēporalibus vel
componere super spiritualibus vel t palibus. Et tunc aut capi-
tulum vel conuentus post transactionem vel compositionem, factam
ci consensit. & tunc no poterit eam reuocare vt hic in l. i.
ibi ac si non consenserit & c. & j. de ijs qua fi. a præla. cum nos.
Aut non consensit, & tunc aut ipse habuit ab ipso capitulo vel
couentu potestare vel mandatū sufficiens transigendi vel com-
ponendi: & tunc no poterit eam impugnare vt hic. & j. de reli.
do. c. cū dilectus. Et intellige mandatū sufficiens qn expresse
continet qd possit transigere. ita intelligit Hof. illud c. iuxta qd
vide qd not. Spe. ti. de p. cu. §. i. ver. in præmissis. Aut ipse Ab-
bas vel prior no habuit mandatū expressum & sufficiens transi-
gendi vel componendi, & tunc aut quadraginta quatuor anni a
3 tpe transactionis vel cõpositionis t sunt elapsi & per tm tem-
pus ipsa transactio est seruata, & tunc no poterit eam reuocare:
quia tanto tpe omnis præscriptio est cõpleta, scilicet quadra-
genaria quo ad cõpositionem & quadriennalis quo ad restitu-
tionem vt hic in fi. & j. de iure patro. cura. Aut non sunt elapsi
Hen. Boich super Decret. K 2 quadra-

quadragesima anni & tunc de iure communi poterit eam reuocare. vt hic. Aut sunt elapsi quadragesima anni: sed non quadragesima quatuor: & tunc capitulum vel conuentus non poterit eam reuocare nisi per via restitutionis si ecclesia sit in hoc grauius laesa, in quo casu & in omnibus casibus precedentibus, ecclesia possit petere restituere ppter grauem ipsius lesionem ex quo tempus petende restitutionis non est elapsum. j. de re. eccle. non alie. ad nostram. de in integr. resti. ca. 1. & per totum. & eo. ti. c. 1. & 2. lib. 6. & c. vnico. in cle. & not. Host. hic in fin. & in summa huius tit. eo. s. & in quibus cesset. versic. j. & not. quod.

- 1 Præfens quando dispositioni suorum consentiat an non. 3.
2 L. si feruus explicari.
3 Præfens vendere sinens an sibi noceat. 5.
4 Præfens quatenus sibi an non obstat. 7. & 8.
5 Subscribentem non consentire.
6 Matrimonium incomponibile.
7 Componere de spiritualibus quatenus liceat.
8 Decimas an præferat laicis.
9 Compositio realis sit, an personalis qui deprehendatur.
10 Compositio non gratuita concessa.
11 Spiritualia spiritualibus qui permutari possint: declarat & restringit. 16.
12 Beneficia conuentione impermutabilia.
13 Spirituale laicali an commutare liceat. 19.
14 Abbatia Belleuille vnde pendeat.

X literis. Si quæris, vbi aliquid agitur vel disponitur de re tua, te præfente: nunquid tibi præiudicet. Refert aut es præfens in actu gerendo & nihil agis: aut aliquid agis. Si nihil tibi agis, tunc aut es coniuncta persona & tunc præfumeris consentire. Si intelligis. ff. de dona. inter vir. & vxor. l. si feruus cõis. tibi habes qd si maritus hñs rem cõem cum fratribus suis eam donet vxori suæ præfentibus illis fratribus, & non contradicentibus, ipsi fratres sibi præiudicant, quo ad partes suas in re illa cõinam videntur tacite consentire. ar. ff. de adop. l. in adoptionibus. Aut tibi non est coniuncta persona & tunc aut taces in fraudē, vt decipias illum, cum quo actus ille geritur, & tunc tibi præiudicas, & videris consentire vt. ff. ad Vellei. l. si decipiendi. & C. ad Vellei. l. si fine. & C. si res aliena pig. data sit. l. si probaueris. vbi dicitur & si dõs rei non obligatur per alium creditorõ hoc ignorat: hoc fraudulenter dissimulat, & permittit sibi præiudicari in totum, & in tantum, qd in sui præiudicium obligatio tenebit. Aut taces bona fide, & sine fraude & tunc non tibi nocet. vt. ff. qui. mo. pig. vel hyp. sol. l. sicut. s. non vñ. vbi habes, qd licet, creditore sciente, debitor vendat rem ipsi creditori obligatã non p hoc sibi præiudicet creditor in obligatione ipsius rei, & de hoc mēbro dicam plenius. j. de præsumptionibus. c. nõne. vbi tractabo nunquid, qui tacet, cõsentire vñ. & j. de re iudi. c. quãuis. vbi tractabo nunquid res inter alios acta alijs præiudicent. Si vero ne dum taces tibi sed aliquid geris vel agis in ipso actu gerendo, tunc referat, aut percipias cõmodum, vel effectum conuentionis siue gestiois habite super re tua: & tunc videris cõsentire. Verbi gratia, tu & frater tuus habetis prædia cõia adiuuicem, ille frater tuus vendit in solidum illa prædia Titio: tu videns hoc recipis dimidiam partem pretij conuenti, vel ab ipso Titio emptore vel ab ipso emptore vel ab ipso fratre tuo, dicitur lex, qd per hoc videris cõtra cõm cõsentire adeo qd si illa prædia ab ipso Titio emptore euincantur, teneberis de euictione pro tua portione, vt pbat. ff. de euic. l. quidã ex parte. Aut nõ participas tibi cõmodum vel effectum diste conuentionis & tunc aut interuenis nõse tuo ipsam cõuentionem, seu factum approbando: & hoc cõstat & tunc tibi præiudicat v. g. Pater tuus obligat rem tuam, te præfente, & instrumento obligationis, vt dñs rei obligate subscribete tibi præiudicat vt in l. fideiusor. s. pater. seu. ff. de pign. de in rem verso. l. pen. qd iussu. l. 1. s. sed & si. l. 2. q. 2. c. non liceat Papæ ver. & quid subscripserit. & c. cũ redemptor. Quod intellige verum, si interuenis scienter: secus si ignorat: quia tunc non videris cõsentire nec tibi nocet vt in l. prædicta Gayus. & C. plus valeat quod agitur l. vlt. & de dona. nec ignoras vt no. Ber. j. de re. eccle. non alie. l. si quis presbyterorũ. gl. 2. & Host. post eum. & glo. & Cyn. C. de re. eccle. non alie. l. 2. pro hoc extra de pcura. c. 1. in cle. cũ ibi notatis per lo. Andr. super verbo scienter. Aut interuenis tibi solus, vt testis nõ vt approbes factum ipsum, & hoc cõstat, & tunc tibi non præiudicat. v. g. Tu obligasti Titio pro certa pecuniã quantitate; quã ab eo mutuo recepisti fundum tuum: postea ille Titius facit testem suum, in quo legat fundum

illum vni filiorum suorum, dicens, quod illi a Seio emerat, cui quidem testamento tu debitor subscripsisti tanquã testis nunquid per hoc tibi præiudicas? Dico, quod non, vt pbat. ff. de instito. act. l. vlt. de rescin. ven. l. Titius. de pig. act. l. Caius. & ff. de leg. 2. l. Titia. s. Lucia. Fallit in casu, vbi fraudulente, & animo decipiendi hoc fecisti. vt in l. alle. si sine. & in l. alle. si probaueris. Aut est dubium tibi vtrum interuenias nõse tuo, vt scilicet actum approbas vel vtrum interuenias, vt testis. & tunc refert fm Host. hic & fuit opinio lo. Aut actus est talis qui non potest sine consensu tuo valere, & suum, scilicet, fortiri effectum sicut est qd subscribis instrumẽto obligationis rei tue, quẽ non potest fieri sine tua voluntate saltem vt tibi præiudicet: & tunc præfumeris consentire vt in d. l. fideiusor. s. pater. seu ad idem. C. de epi. & cle. in auth. si feruus sciente. 54. di. c. si feruus, sciente. vt potius res valeat, quã pereat. ff. de reb. dubijs. l. quoties in actionibus. & j. de verb. sign. abbate sane. Aut actus est talis qui sine consensu tuo potest valere, & suum fortiri effectum, sicut est qd tibi subscribis instrumẽto venditionis rei tue, quã potest fieri te inuito, & tunc non præfumeris consentire, vt in d. l. Caius. & in d. l. Lucia. ita potest intelligi iud. c. ibi. quando dicitur tacito de transfectione, & c. & non dicitur tacito quod testis inscriptus fuerat, quasi velit dicere, quod illud non nocet. ¶ Si quæris, vtrum in spiritualibus cõpositio fieri possit, refert aut tibi quæris de matrimonio: & dic, qd non vt cõtra matrimonium aliquid statuat, vt legitur & notatur. j. eo. c. si. Aut quæris de alijs spiritualibus tibi & tunc aut quæris de cõpositione amabili, & gratuita qd absq; conuentione, pacto, modo conditione, seu spe certa remunerationis. & talis fieri potest vt. s. de pactis cum pridem. s. eo. itatimus. & c. de cetero. & hic in fin. & j. c. proximo. & nedũ inter clericos: sed etiã inter laicos. Sic intelligit Host. in c. itatimus. s. e. per hoc, qd dicit ibi inter vos: & inter aliquã personã ecclesiasticã, & c. per quod elicit, qd loquitur laicis: alias si loqueret clericis seu per sonas ecclesiasticas textus non diceret aliquã imõ aliam & ibi dicit, quod illud, quod dicit ibi Ber. in gl. in principio oĩno falsum est, & illud quod dicit in fin. in ver. cum pp vtilitatem & c. oĩno verum est. Nec obstat, tibi qd laici non possunt præscribere decimas: nam illud ideo est: quia non possident, nec pnt possidere eas, vt j. de præscr. c. causam quã dicit enim, qd hic nõ possidet nec præscribit ius decime: sed quantitã pacti. Sic potest intelligi. j. de parochi. c. si. de deci. in aliquibus fm eum ibi. Sed si quæris, vtrum ista cõpositio sit personalis vel realis. dic, qd si fiat absq; autoritate iudicis realis est, & eum personis extinguitur. Si vero autoritate iudicis realis est nisi per iudicẽ aliud sit dictũ. vt. j. c. proximo. & c. præterea. 2. & s. eo. de cetero. j. de cõfir. vti. vel inuutil. c. venerabilis. de decimis c. suggestũ. & c. nuper. & c. dilecti. & c. ex multiplici vbi de hoc in gl. & ita patet & ita pnt intelligi. j. de cens. quanto. vbi Host. dicit, quod illud quod ibi dicitur totum, pccelsit ex officio iudicis, & nõ ex partũ pactioe. ¶ Aut quæris tibi de cõpositione non gratuita, quẽ fit aliquo dato, vel retento, vel pmissio, quã fit ante quã negotiũ in iudiciũ deducatur pactio est: si postea, transactio est, vt hic qd dicit in litigium deducto. & tunc aut datur spũale pro spirituali & tunc licet Ber. Vin. & Tan. hic. & Ber. s. de elec. significasti. gl. 2. in fi. & Goff. & Host. j. de præb. significatũ dicant indistincte quod eo casu valeat per c. ad quæstiones. de re. permu. Ego tñ tibi Henricus distinguo, aut datur spũale pro spirituali eiusdem generis per viam, seu modũ permutacionis licite autoritate superioris nullo tractu illicito, seu pactioe habita inter partes & hoc fieri potest. vt. j. de re. permu. c. quæsitũ cũ ibi not. per Inn. & Host. & c. ad quæstiones. & per totũ. Et ratio, quia permutacio non tam innititur ex partũ conuentione, quã ex superioris autoritate: vt in calle. quæsitũ cuius autoritas purgat vitium. vt not. Goff. j. de cõfir. vti. c. 1. & archi. l. q. 2. quã pio. in gl. pen. vbi de hoc per eum & l. q. 3. c. ea quã. & per G. de Monte Lau. extra de rescriptis. c. gratia. in gl. in fin. in cle. Secus si pactio inter partes interueniret in factu permutacionis, vel ante fm eos. ¶ Quod intellige verũ: dummodo sint talia spũalia, tibi quẽ possint inuicẽ permutari, vt duo beneficia ecclesiastica. Secus si essent hospitalia, zenodochia, leprosaria, seu elemosynaria quia etiã coniugati talia regunt. 3. dist. si qui vero. & hoc, nisi sint talia, in quibus cõsueuerint poni clerici perpetui cõtinẽtes religiose viuentes, & eis pro titulo assignari vt not. Gul. de Monte Lau. extra de præb. c. per literas. super verbo noscatur. in cle. & Gen. etiam. Item secus, si esset ius a drem cõpetens ex gratia sedis apostolicæ, quia tale non potest permutari cum alio beneficio. arg. s. de rescriptis in nostra. & in extrauaganti Io. 22. ex c. abbas. s. per hoc vt notat Gul. de Monte Lau. in extrauaganti Ioann.

Ioannis sedes apostolica super verbo ius ad rem. Itẽ secus crederem si beneficium ecclesiasticum, vt beneficium permutare tur, cum alia re spirituali a beneficio puta, cum decima vel primitia per c. licet. j. de re. permu. lib. 6. ibi qd dicit sua beneficia non enim dicit tibi beneficium cum alia re etiã spirituali. Aut spirituale datur pro spirituali non per viam, seu modum permutacionis autoritate superioris facte sed per conuentionem habitam inter partes siue autoritate superioris. & hoc fieri non potest. vt in calle. quæsitum. & cad quæstiones: & hoc satis expresse not. Inno. s. eo. itatimus gl. 2. vers. sed si aliquis, & c. & Bertol. j. de magist. c. pen. in fi. vbi etiam de hoc tangam. ¶ Aut spirituale datur pro temporalibus: & tunc aut sine autoritate superioris, & tunc nõ potest fieri imõ esset simonia: cum: vt hic in principio, & in iuribus allegatis hic. Aut autoritate superioris, & tunc aut quæris de beneficijs ecclesiasticis, aut de alijs spiritualibus si de beneficijs ecclesiasticis: tunc subdistingue vt in gl. hic. Aut agitur de beneficio, vt beneficio & tunc non vt hic & j. de re. permu. c. fin. Fallit si fieret autoritate Papæ, qui potest super tali simonia in beneficio dispensare. vt not. s. de renun. post translationem: & de elec. si alicius. Aut agitur de beneficio, vt ppropriate & tunc fieri potest fm Bertol. & Host. ita tamen, quod caueatur ne temporale pro spirituali detur, sed potius pro temporalibus annexis spirituali vt in c. allega. ad quæstiones. & ista distinctio probatur. j. de eo qui mittitur in poss. causa rei seruandæ c. eum qui. lib. 6. fm Host. Si quæris de alijs spiritualibus tunc aut quæris de illis quæ sunt prohibita, quia simonica. vt de sacramentis ecclesiæ & in talibus non habet locum pactio vel transactio sine pœna simoniæ vt not. Bertol. s. de off. deleg. ex parte. j. & dicam. j. de simo. c. si. ¶ Aut de alijs spiritualibus vt de decimis, primitijs: & tunc dicendum iuris esse, quod dictum est, qd agitur de beneficio, vt proprietate, scilicet, quod fieri possit, vt pbat. j. de cens. c. quanto. vbi habes, quod abbatia Belleuille tibi antequã fuisset erecta in abbatiam erat ecclesia simplex, & submissa priori S. Irenei Lugdunen. qui ponebat, & remouebat priorem ipsius sicut in alijs prioratibus suis, quæ postea fuit erecta in abbatia. ita quod singulis annis prior S. Irenei vnã faceret procuracionem. Et etiam fuit dictũ, quod fratres Belleuille non eligerent abbatem sine priore S. Irenei & hæc omnia autoritauerit archiepiscopus Lugdunen. de consensu capituli sui & conuentus vtriusque ecclesiæ secundum Host. ibi & adde quod dicam in c. alleg. quæsitum. eo. titu. c. fin.

- 1 Pacta spiritualia, personalia.
2 Pactio temporalis, realis.
3 Pactioem realem aut personalem verbis deprehendi.
4 Pactum reale aut personale qui deprehenditur. 5.

Eniens. Si quæris, quæ sacramenta sint necessaria, & voluntaria, dic, vt dicam. j. de penitent. & remis. c. quod in te. ¶ Si quæris vtrum pactum præsumatur personale, vel reale, distingue aut agitur tibi de spirituali siue ecclesiastico, & tunc potius præsumitur personale, quã reale: quia ibi magis consideratur iuris potestas ac iudicis autoritas. s. eod. de cetero. quam voluntas cõtrauentum: qui licet personas suas possint, non tibi ecclesiæ obligant: ne c obligare possunt, vt hic. & j. de arbi. peruenit. & c. per titas & hoc not. Bertol. j. de insti. c. cum venissent. in glo. sed quare. Aut agitur tibi de tpali, & tunc reale præsumitur, vt. ff. de pactis. l. tale pactum & de pba. l. si pactum quod tñ tam ex mente, quam ex verbis contrahentium est censendum. vt. ff. de pactis. l. iuris gentium m. s. pactorum fm Host. hic. Sed circa istud membrum vltimũ latius distinguitur. Aut verba pacti sunt certa, & apparent. aut non apparent, nec sunt certa. Si apparet, & sunt certa tunc tibi aut verba pacti inuunt alteram partem vel ipsum pactum esse reale vel pactũ ipsum esse personale & tunc stabitur verbis vt. ff. eo. iuris gentium. s. pactorum. Aut non inuunt alterã partẽ & tunc aut apparet de mente paciscentium & tunc illa est sequenda vt in d. s. pactorũ. Aut non constat de mente paciscentium: & tunc aut quæris de pactis, seu cõuentionibus negatiuis, aut de affirmatiuis. Si de negatiuis, tunc aut pactum cõceptum est imperpersonaliter tam ex parte promittentis, quam ex parte illius, cui p. mittitur: & tunc est pactum in rem, vt si dico, promitto quod non petam debitum, vt in d. s. pactorũ aut persona inferitur pacto & tunc aut persona inferitur verbo promissionis & tunc est pactum in rem, vt quia dico sic promitto tibi quod nõ petam. p. mitto est verbum tibi obligationis, non petam est verbum executionis. Vnde si dico promitto quod nõ petam, & nõ dico a te, pactũ est reale.

vt. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista. s. que situm. Aut persona inferitur in verbo executionis, vt quia dico promitto, quod non petam a te & tunc pactũ est personale vt in d. s. pactorũ. 2. rñso. Si verba pacti non apparent: nec sunt certa. sed dubia tunc in dubio interpretatur, & præsumitur pactum reale quia in dubio quis præsumitur sibi, & suis heredibus velle acquirere, & prouidere. vt in l. allegata. per Host. ff. de probat. l. si pactũ. Si quæris de cõuentionibus, siue de pactis affirmatiuis, tunc siue persona inferatur obligationi, siue inferatur executioni tibi indistincte est pactum reale magis, quam personale, vt promitto tibi dare decem, vel promitto dare decem tibi, vt. ff. de verb. oblig. l. stipulatio ista habere licere. in principio. Et est ratio, quare secus in pactis seu cõuentionibus negatiuis, & secus in affirmatiuis quia in dubio cõuentio interpretatur magis vt valeat, quam vt pereat. ff. de reb. dubijs. l. quoties in actionibus, & de verborum oblig. l. quoties. & arg. j. de verbo. signi. c. abbate sane. sed vbi conuentio est affirmatiua tunc si te mortuo nõ soluerem hæredi tuo ipsa conuentio nullam vtilitatem afferret. Sed si promitto, quod nõ a te petam, licet possem petere ab hærede tuo, tamen tibi afferret commodum: quia nõ petam a te, quando vixeris: vt. ff. de pactis. l. qui in futurũ. s. 1. & ita nota. pro maiori parte dominus Lambertus in d. s. pactorum.

- 1 Componi in noxam non licere.
2 Compositio contra ius nulla.
3 Componere contra ius posituum quæ liceat.
4 Dispensat intransgressiue Papa solus. extendit. 5.
5 Transigere de certis non licet.
6 Transigi civilia dubia posse. fallit tamen.
7 Transigere accusatori non licet.
8 Transigi de pena sanguinis posse. fallit. 11. & 12.
9 Adulterium intransigibile.
10 Transigi de crimine priuato licitum. declarat. 14.
11 Accusatum non adulterum transigere posse.
12 Transactionem capitulum veyciunt canones.
13 Aequitati & rigori quando locus sit.
14 Scripto non scripto potius.
15 Speciem generi præferri.
16 Aequum iniquum prius præferri.
17 Aequitas concursu potior.
18 Aequitas ceteris paribus potior.
19 Digniora mutatione qua.
20 C. Vera sensus.

X parte. Si quæris in quibus cõpositio vel dispensatio fieri potest, refert aut dispensatio, vel cõpositio tendit præcisẽ ad mortale tibi peccatum cõmittendum, vel in eo remanẽdum. & in eo casu nec cõpositio nec dispensatio fieri potest. vt. j. de vñ. super eo. & arg. s. tit. proximo. c. fin. 2. q. 4. inter cetera puta si fieret cõpositio, vel dispensatio, vt quis teneret fu perinductam. j. de spon. c. 1. Aut non tendit præcisẽ ad peccatum mortale cõmittendum, vel in eo tibi remanẽdum: & tunc aut cõpositio, vel dispensatio fit cõtra ea, quæ sunt de iure naturali, & quæ lege diuina cõtinentur, & tunc non valet: vt. s. de consue. c. fin. & s. tit. proximo. c. fin. fm Host. & Io. Andr. aut cõpositio, vel dispensatio fit contra ea, quæ sunt tibi de iure positio: & tunc aut cõtra ea quæ sunt de iure positio, præceptio, seu prohibitorio cuius transgressio peccatũ mortale inducit. vt. s. de treuga & pace. ca. 1. Et tunc aut quæris nunquid possit fieri cõpositio & dic quod nõ nisi autoritate & ex certa scientia Papæ. vt. s. titu. proximo. c. si. in fin. Aut nunquid possit tibi fieri dispensatio, & dic, quod nullus potest dispensare, vt transgressioni non sit locus. nisi solus Papa vt in d. c. 1. de treuga & pace. & de biga. cap. a nobis. & j. de consang. & affi. c. non debet. aut contra ea quæ sunt de iure positio, non præceptio. nec prohibitorio sed alio: & tunc aut quæris, nunquid possit fieri cõpositio & dic regulariter, quod non quod tibi intellige vt not. j. de foro compe. si diligenti. Aut nunquid tibi possit fieri dispensatio: & tunc aut quæris de ijs quæ sunt Papæ specialiter reseruata, & de quibus not. s. de off. legati, quod translationem. & dic, quod in ijs solus Papa potest dispensare. vt. j. de iudi. at si clerici. & non alius nisi per Papam sibi committatur quia tunc secus. vt. s. de off. deleg. c. fin. j. de sent. ex com. nuper. Aut de alijs & dic quod inferiores prælati scilicet episcopi & superiores dispensare possunt quod tamen intellige vt dicam in d. cap. at si clerici. Et ista pro parte notat Host. hic & Ioan. Andr. post eum. ¶ Si quæris, vtrum, & in quibus casibus transactio locum habet.

beat. & in quibus non distinguitur, aut agitur super certis aut super dubijs. Si super certis non habet locum transactio. cū transactio debeat fieri de re dubia & lite incerta. vt. ff. de transact. l. j. & per totum. Si agitur super dubijs, tūc refert, aut agitur de & super causis ciuilibus, aut agitur de & super causis criminalibus: aut de & super causis spiritualibus. Si de & super causis ciuilibus tunc potest fieri transactio. vt. C. de transact. l. causas. & per totum. ff. de transact. per totum. Fallit primo in alimentis futuris in vltima voluntate relictis super quibus non valet transactio: nisi fiat cū decreto iudicis & cum causā cognitione. de qua. ff. eo. tit. l. cum 2. per totum. Et bene dico super alimentis futuris, quia super preteritis transigi potest vt. C. eo. de alimentis. Item bene dico super alimentis futuris in vltima voluntate relictis. nam super alijs indistincte transigi potest. vt in d. l. cum 2. §. plane. Fallit secundo in relictis in testamentis, de & super quibus transigi nō potest, nisi prius inspectis verbis testamēti. vt. ff. eo. l. de ijs. Si agatur de & super causis criminalibus: tunc refert. Aut queris nunquid licitum sit transigere super actione ciuili & super crimine descendenti & credo quod sic vt not. gl. C. eo. l. transigere. in glo. quid aut. in fin. & pro hoc. C. de furt. l. post decisionem etiam sine iudicis auctoritate. Fallit in actione famosa, vbi nō potest transigi absq; iudicis auctoritate sine pena infamiae. ff. de ijs qui no. inf. l. furti. §. pactus. & §. i. iusu. Aut nunquid licitum sit transigere super actione criminali: & tunc aut quis de accusatore, aut de accusato. Si t de accusatore tunc aut accusator transigit postquā inscripsit se in pena talionis: & postquam dedit fideiussores de iudicio listi, & dic, quod nō potest absq; abolitione obtēta legitime sine pena calumniae. vt. ff. ad turpil. l. in senatus. §. qui post. & l. quā sit. & lab accusatio. ne. & C. ad Turpil. l. 1. Aut accusator transigit antequam se inscripserit: sed crimen fecit cōueniri reum ad accusandū eum: & tunc aut sit forme est publicum, aut est priuātū. Si est publicum, tunc aut est tale quod irrogat penā sanguinis t & tunc regulariter licitum est transigere & pacisci. vt. C. de transact. l. transigere. in princ. & hoc siue sit tale crimen quod infert penā mortis siue inferat membri, abscissionem, seu mutilationē, cum etiam tale crimen dicatur & sit capitale. vt in auth. de colla. §. prohibemus. colla. 9. & no. gl. C. de offic. eius qui vices alte. gerit. l. 2. & ff. de iuris. d. om. iud. l. 3. cū sua gl. & quia in tali crimine est eadem ratio quā est in crimine pena mortis inferente, scilicet, redemptio sanguinis & etiam quia per membris mutilationem homo deformatur. & sic quodam modo definit esse quia forma dat esse rei, vt. ff. ad exhib. l. Jul. §. si quis rem. Sed fallit t in crimine adulterij, vt in d. l. transigere. Et est ratio, quia illud crimen nimis frequentatur. vt. 3. 2. q. 7. ca. quid in omnibus. & ideo magis profequendum, quia multis grassantibus opus est exemplo. vt. ff. de penis. l. aut facta. §. vlt. Item ratione assignat Host. j. de praescrip. c. cum non liceat. & Pet. de Bellap. in l. alleg. transigere. Est & alia ratio fm Iaco. de Aret. & Cyn. ibi. quia leges & canones in subditos pudicitiam inuiolatam praeter ceteris exigunt. vt in auth. de lenonibus in princip. colla. 3. & §. in proemio. Item t fallit eadem ratione in raptu. arg. ff. ad l. iul. de vi publica. l. qui ceti. §. qui vacantem. vbi gl. hoc videtur tenere & Iaco. de Ra. & Cyn. in d. l. transigere. Tertio fallit fm eos in incestu. eadem ratione. ff. ad l. iul. de adulte. l. si adulterium cum incestu. & 3. 2. q. 7. c. adulterij malum. Fallit quarto in crimine lesae maiestatis. **12** Quinto t in crimine haereticis: arg. C. de haereticis. aut. gazaros. Sexto in crimine patriae expugnatę vel prodite. Septimo generaliter in criminibus exceptis: quia nō paciscendo, sed suam innocentiam demonstrando, rei se debent purgare. vt. ff. de bonis eorum qui ante se mor. sibi cōsci. l. 2. cum ibi notatis. Aut non irrogat penam sanguinis & tunc non licet regulariter transigere. vt in d. l. transigere. 2. rñso. Et est ratio, ppter publicum zelum, & publicam vtilitatem, seu publicum interesse puniendi delicta. vt. ff. ad l. Aquil. l. ita vulneratus. & de fideiuss. l. si a reo. §. id quod vulgo. & j. de sent. excom. vt famę. vnde si super publicis criminibus posset transigi, & de facili diuites moueretur ad delinquendum: quia corrumpendo aduersarios per pecuniam euaderent. quare & c. ff. de pactis dota. l. 2. §. conuenire. Facilitas enim venię incentiuum tribuit delinquendi. 2. 3. q. 4. c. est iniusta. & hoc verum est regulariter. Sed hoc fallit in crimine falsi. vt in l. alleg. transigere. & quae sit ratio vide ibi in gl. Si est priuatum crimen, tunc potest indistincte t transigi: quia hoc nulla lege prohibetur. arg. ff. ex qui. ca. mal. nec non. §. quod eis fm Host. qui hoc notat in summa. eo. ti. §. super quibus. & Io. in d. l. transigere. & Io. glossator decreti. 2. q. 4. in d. c. 1. sed glo. & Cy. in l. transigere in glo. quid autem intelligunt, hoc verum quā agitur **16** ciuilliter. arg. dicit. l. transigere in fin. a cōtrario sensu. t si vero

agatur criminaliter tunc idem iuris est quod in publicis criminibus. vt. ff. de priua. delict. l. fin. & hoc credo verius, scilicet, vt postquam se inscripserit non possit transigere sine pena calum. vt. ff. ad Turp. & in priuatis sed ante sic. Si queris de t accusato tunc distinguitur prout distinguitur in l. saepe allegata, transigere, scilicet, quod super criminibus capitalibus liceat sibi transigere quia licitū est sibi per phas vel nephas sanguinē suā redimere, vt. ff. de ijs qui mor. sibi cōsci. l. 1. Fallit in crimine adulterij vt per alijs criminibus vero non excepto crimine falsi. & hoc per rōnes supra tactas. Et nota quod in casibus, in quibus nō potest reus transigere si transegerit hī pro cōfesso. ff. de p̄uarica. l. in oibus. & de ijs qui not. inf. l. qm. & l. praecedenti: athletas in si gratuita tñ pactio vel remissio fieri potest. vt. ff. de iure fisci. l. in fisci causis. & ad l. iul. de vi pu. l. qui ceti. §. vlti. & de ijs qui no. inf. l. furti. §. pactus. vt not. Ho. in §. alle. super quibus. nota etiā, quod transactio facta cū vno super crimine publico nō nocet, quominus possit ab alio acculari. & hoc siue sit crimen super quo possit transigi siue non: sed transigēti bene nocet dūmodo sit tale crimen super quo possit transigi. alias nō nocet etiā sibi. arg. ff. de pac. l. iuris gentium. §. si paciscar. & l. si vnus. §. pacta. & l. ius publicum. vt no. gl. in l. alle. transigere. & Cy. post eum. licet Spe. ti. de notorio crimine. §. pen. ver. quid si accusatus dicat qd in crimine publico vel alio in quo nō licet transigere nō nocet transactio alijs. qd dicit. 2. q. 3. §. notandū, in alijs fecus fm eum. hodie vero fm t canones nō licet transigere vera transactioe super aliquo crimine, cū pro aliquo crimine pena sanguinis nō inferat. vt. 2. 3. c. ijs, & a quib. j. ne cle. vel. mo. in sanguinis. & de rap. c. in archiep̄atu licet gratuita & amicabilis compositio fieri possit fm Gof. hic & Host. in §. alle. super quibus. in fi. & vide de hoc per Io. & Arch. 2. q. 4. c. 1. ver. in oibus. & per Ber. j. de collus. dete. c. 1. glar. q. non liceat. & per Host. in summa de collusio. detegen. §. qualiter. Si vero agitur de & super causis sp̄tibus tunc dicit vt dixi. §. eo. statuimus, & hic per Bernardū. ¶ Si queris nunquid equitas praefertur rigori, vel ecōtra, & qñ distinguitur aut rigore, & equitas loquūtur in diuersis casibus, & tunc t vtrunq; remanet, ex quo stare non prohibentur. j. de ijs quae si. a pra. l. cum apostolica. C. de testa. l. sancimus. Aut rigor & equitas adinuicem aduersantur: & tūc aut vnū est scriptum & alterum non scriptū & tunc t scriptū praefertur non scripto. vt hic & C. de iudi. l. placuit. ff. qui & a qui. l. ma. fi. l. prospexit. 100. dist. contra morem. 6. q. 3. scriptum est in lege. & 19. dist. si Romanorum. Aut vtrunq; est scriptū, vel non scriptū, & tunc aut vnū est genus sicut est, quod alter nō dicitur, cū alterius iactura. ff. de condic. ind. l. nam hoc natura. & j. de penis. suam. **19** Aliud vero est species t sicut est in vsucapionibus & similibus: & tunc species derogat generi. vt. ff. de regu. iur. l. in toto iure nostro. j. de rescriptis. c. 1. j. de reg. iur. c. generi per speciem. l. 6. Aut vtrunq; est speciale vel vtrunq; generale: & tunc aut vnū est prius, & alterū posterius: & tunc t posterius praefertur priori. §. de off. deleg. super quaestionum. in principio. & j. de constit. c. licet lib. 6. ff. de legi. l. non est nouum: aut rigor, & equitas in simul concurrunt: t & tunc equitas vincit rigorem, vt d. l. placuit. ff. de aqua plu. ar. l. in summa. & C. de procur. l. exigendi. & hic & j. de in integ. resti. c. iusticia. & extra de app. quibus. in cle. vbi. G. de Monte Lau. ita distinguit cū quo satis concor. Io. And. hic & de hoc per Dymum. j. de reg. iur. c. 2. lib. 6. vbi dicit quod quādo vtrunq; t est scriptum & vtrunq; est speciale, vel vtrunq; generale: tunc praefertur equitas per l. placuit. Et ad hoc quod dicit textus in humaniorē partem declinādo & c. concor. Matth. 5. c. Beati misericordes: qm ipsi misericordia consequuntur. & 9. dist. saxa quippe. illa tantū digniora t sunt imitatione quantum excellentiora sunt pietate. 4. §. dist. c. disciplina. vel misericordia multum destituitur si vna sine altera teneatur & ibi hinc etiam David ait, Virga tua & baculus tuus ipsa me consolata sunt, ibi enim virga percūtimur, & baculo sustentamur. sit ergo distinctio iustitiae quae feriat sic, & cōsolatio baculi, quae sustentet: sit itaq; amor sed nō emolens sit rigor, sed nō exasperans. sit zelus sed nō immoderate feruens sit pietas, sed non plus, quā expedit parcens & c. v. vera t vbi dī, quod vera iustitia cōpationem habet, falsa vero dedignationem & c. ad idem. j. ad Corinth. 9. ca. & recitatur. 4. 6. dist. c. recedite, factus sum infirmus in infirmis quod est contra quosdā praetatos asperre corrigentes & Ezech. 34. c. & recitatur. 4. 6. dist. c. 1. ibi. Vos autem cum austeritate improbatis eis & cum potentia.

¶ De postulando. Rubrica. **1.** Episcopo coram seculari postulare non licere. & cur. **2.** Clerici pro accusante in sanguinolentia ne postulent. Accusato,

- 3 Accusatio, nisi quid imputetur, patrocinentur clerici. & 4.
- 5 Postulante clericis parte inuita.
- 6 Clerici an in non sanguinolentis criminibus postulent.
- 7 Clerici inopes in ciuilibus postulent. & 8.
- 9 Clericis beneficiarijs postulare ne liceat.
- 10 Clericorum qui in foro ecclesiae postulare. & quando an nō possint.
- 11 Monachi non nisi in duobus casibus postulant.
- 12 Aduocatus factus monachus ne postulet.
- 13 Extensioni quando locus non sit.
- 14 Abbatem non nisi permissu postulare. & 15.
- 16 Aduocato orationis succus fugiendus.

Clerici. Si queris vtrum, & qui clerici postulare, & in quo foro, distinguitur, aut queris de clericis secularibus, aut de religiosis. Si de clericis secularibus tunc aut queris nunquid possint postulare in foro seculari aut nunquid possint postulare in foro ecclesiastico. In primo casu refert aut est episcopus vel superior & talis nullo modo etiam in causa propria debet coram seculari iudice aduocare sic intellige. 5. q. 3. quia episcopus. Et est ratio, quia indecens est, quod alicui seculari faceret illam reuerentiam, quā tenetur facere aduocatus, qui tenetur stare in iudicio cū iudicis sit federe. C. eo. l. quisquis. nisi forsan sit laicus a quo feudum teneat tunc em vt ad ipsum in propria persona veniat & res suas repetat necessitas ipsum cogit quae legē non habet, sed tunc cauet ne dignitatem episcopalem confundat. proponat ergo cū omni humilitate sedendo non stando. ad hoc. §. de maio. & obed. solite. §. 1. ver. quod etiā fm Host. j. eo. c. si. & abbas hic in hoc satis concordat Goff. in summa sua. eo. tit. §. quid de episcopis. aut sunt alij clerici inferiores: & tunc aut queris nunquid possint postulare in causis criminalibus aut in ciuilibus. Si in criminalibus tūc aut in criminalibus in quibus de pena sanguinis agitur aut in alijs. Si in criminalibus causis, in quibus de pena sanguinis agitur, tunc aut queris, nunquid in talibus causis possint postulare absq; pena irregularitatis: aut nunquid possint postulare nō obstante exceptione, seu obiectu partis aduersę. In primo casu refert, aut queris, nunquid possint postulare pro accusatore & dico, quod non. Nam in talibus causis interesse nō debent quod si cōtrarium fecerint, & pena sanguinis inferat irregularis sunt. vt. j. ne cle. vel. mo. in sanguinis. & 2. 3. q. vlt. ijs a quibus. Aut queris nunquid possint postulare pro reo criminaliter accusato: & tunc aut talibus aduocatis t pro accusato postulantibus nō potest aliquid malitiae ignorantiae, culpae, vel negligentie imputari, & tunc sunt securi a pena irregularitatis: licet sanguis effundatur. arg. §. de ata. & quali. ad aures. j. de homicidio decatore. & c. tu nos. & c. postulasti. & c. Ioannes. & si velint esse securi ab ista pena irregularitatis qualiter debeant facere, & protestari. vide per Host. j. de homici. ad audientia. & ibi dicit. Aut talibus t potest aliquid malitiae ignorantie, culpae, vel negligentie imputari vt quia p̄ imperitiam suā accusatus succumbit & ob hoc decapitatur, vel mutilat vel quia p̄ malitiam suā, & cauillosas suas positiones, & allegationes suas obtrinet, & absolutur, & accusator, qui se inscripsit penam tallionis patitur. & tunc sunt irregulares. arg. iurium allegatorum. & ideo (quia lingua de facili labitur. vt. ff. ad l. iul. ma. l. famosi) periculosum est quibuscunq; clericis talibus interesse fm Host. hic. Si queris t nunquid possint postulare in talibus casibus nō obstante exceptione seu obiectu partis aduersę. tunc dico idem, quod statim sequitur in causis ciuilibus. Si queris t nunquid possint postulare in causis criminalibus, in quibus de pena sanguinis non agit, vt in crimine stellationatus, vel legis Iulie. de vi pu. vel pri. vt. ff. de cri. stellationatus per totum. & in d. pu. iudi. §. idem l. Iulia. & alijs similibus: quia de omni crimine, de quo agitur de re familiari potest agi & ciuilliter & criminaliter. vt. ff. de fur. l. fin. C. qñ ciui. actio. cri. praedudic. l. vnica. & not. Spec. rubr. de furtis. ver. sed nunquid ex eodē crimine. & tunc dico idem, quod statim sequitur in causis ciuilibus. Si queris, vtrū possint postulare in causis ciuilibus? Refert aut tales clerici t sunt egentes de facto, & tunc possunt, etiā si fiat constituti in sacris: quia in necessitate in statu licitum est eis etiam ex hoc officio victū querere. arg. 9. 1. dist. clericus victum. C. de patri. qui fil. dist. 1. 2. §. de renun. ad supplicationem. j. de obserua. ieu. c. consiliū. quia necessitas non habet legem. §. de consue. c. quāto. j. de furtis. c. & de consue. dist. 1. sicut fm Host. hic & in sum. eo. titu. §. quid perinet. ver. l. in autem. de facto. Aut non sunt t egentes, & tunc aut litigantes sunt seculares, & negotia sunt secularia, aut non: si sic, tunc aut isti clerici volentes postulare sunt in sacris

& tunc debent omnino a talibus abstinere, siue sint beneficiati, siue non: vt hic & j. ne cle. vel. mona. c. 1. nam opprobriū est clericis si peritos forensium se ostendunt. vt. C. de epif. & cler. l. repetita. de testa. l. consulta dinalia exceptis casibus, qui sequuntur hic in versic. nisi. Aut non sunt in sacris, & tunc aut nō sunt beneficiati, & tunc possunt, etiam coram iudice seculari aduocare, & salarium exigere: quia adhuc non sunt ligati ecclesiae: imō possunt (si voluerint) vxorari, de cler. conu. ca. 1. fm **9** Inno. & Host. hic. Aut sunt beneficiati, t & tunc debent a talibus abstinere, vt hic. Fallit in casu, vbi salarium nō quaerent: sed gratis, & amore Dei hoc facerent licet oblatū sponte recipere possint, fm Inno. & Host. Fallit etiam in casibus, hic exceptis in versic. nisi. Fallit etiam in coniunctis personis, de quibus. ff. de postu. l. 1. & 5. & l. seq. 3. q. 7. §. infames. Nam pro illis permittitur causa necessitatis, vel vtilitatis, vel pietatis, vel naturalis affectionis nō sicutē charitatis postulare fm Host. & etiam pro amicis intimis, vt statim sequitur. Si personę litigantes sunt ecclesiasticae, vel negotia sunt ecclesiastica: tunc possunt postulare siue personae sint in sacris, siue non fm Host. & Inno. hic. Et intellige, qñ iudex secularis cognoscere potest de negotijs ecclesiasticis, vt ad requisitionem ecclesie. §. de off. ordi. ca. 1. vel quia laicus a clerico cōtenuitur: quo casu clericus poterit ibi pro clerico aduocare. j. de foro cōpe. cum sit. vel in re libus, vel in feudibus. j. de iudi. c. ceterum. tunc enim pro clerico nō pro laico poterit aduocare. arg. j. de fideiuss. c. 1. Si queris nunquid possint t postulare in foro ecclesiastico, aut queris de clericis, qui non sunt in sacris, nec sunt beneficiati: & illi pnt postulare siue pro clericis siue pro laicis siue mediante salario, siue gratis, siue in causis criminalibus, siue in ciuilibus. arg. hic & j. eo. c. fin. a contrario sensu. Aut queris de clericis qui non sunt in sacris, sunt tñ beneficiati vel de illis, qui sunt in sacris siue sint beneficiati siue non, & tunc aut sunt egentes de facto, & tūc possunt fortiori ratione, quam in foro seculari, in quo possunt eo casu, vt est dictū. Aut non sunt egentes & tunc non possunt nisi pro se & ecclesia sua. Qualiter autem dicatur ecclesia sua, dicit plene pro Archi. 96. dist. c. si Imperator vel pro miserabilibus personis, puta pro viduis pupillis orphanis vel pro miserabilibus personis & similibus impotentibus. 88. dist. per totum. Item pro coniunctis personis non solum illis, quae enumeratur. ff. de procur. l. sed & bene. & ff. de postu. l. 1. & sequenti, sed etiam pro qualibet persona vsq; ad quartū gradum. arg. C. de aduoca. diuer. iudi. l. petitionem. j. de consan. & affi. non debet. & etiam pro canonico. arg. §. de off. deleg. cum R. & etiam forte pro amico intimo charitate fraterna dilecto. arg. ff. de haeredi. insti. l. nemo dubitat. §. qui frater. & de verb. signi. l. latę culpae. §. amicos. dummodo non pecunię: sed Dei charitas operetur fm Host. hic & in summa. eo. titu. §. quid pertinet. §. item ad officium suum. & de hoc vide in Spec. tit. de aduoca. to. §. 1. versic. coniunctas autem personas. Si queris de religiosis refert, aut queris de simplicibus monachis siue prioribus sub obedientia sui abbatis existentibus, aut de ipsis abbatibus seu prioribus abbatem superiorem non habentibus. Si de primis tunc licet Ioan. & Laur. 1. 6. q. 1. de praesentium. & Vin. j. ne cle. vel. mona. non magno. & Iaco. & Philip. eo. titu. cap. pen. & Vinc. & Pet. de Samp. & Abbas hic dicant quod possint postulare pro miserabilibus personis quia opus misericordiae eis iniungitur. vt 87. dist. peruenit tu t dicas generaliter, quod nec pro miserabilibus personis nec pro cōiunctis personis nec pro alijs quibuscunq; possunt postulare: nisi duobus intervenientibus, scilicet, Abbate imperante, & vtilitate monasterij suadente & alterum non sufficeret vt patet. j. ca. proximo. vbi textus loquitur copulatiue. arg. not. §. de rescriptis. inter ceteras. fm Tan. & Host. j. c. proximo. idem sentit Coff. in summa. eo. tit. §. repelluntur. ver. monachi autem. & Spec. titu. de aduocato. §. 1. versic. sed nunquid religiofi. & Ioan. 1. 6. q. 1. de praesentium. vbi dicit, q monachus non potest iudex, vel aduocatus, vel procurator, vel arbiter esse sine licentia sui Abbatis secundum eum ibi, & Archid. ibi addit & etiam vtilitate monasterij suadente. vt. j. c. proximo. & 16. q. 1. monachi. 2. & hoc credo tutius & verius. Vtrum aut in hoc sit vtilitas monasterij, vel non, creditur Abbati, vt not. Inno. j. de re iudica. cum I. & A. in glo. 1. & Archid. in c. allega. monachi. 2. super verbo imperante. vbi de hoc. & de hoc per Ioan. Andr. j. de regulis iuris cap. in argumētum. in nouella. libro sexto, vbi t querit an bonus aduocatus graduatus in vtroque iure nunc factus monachus, monasterij multum aere alieno grauat, de mandato vel licentia sui Abbatis postulare possit in vtroque foro, vt de lucro eius monasterium releuetur a debitis: & soluendo. dicit quod non potest. c. de Hen. Boich super Decret. K 4 praesen-

presentium. 16. q. 1. ubi dicitur monacho copetere quies, oratio, & labor manuum: quibus contraria sunt causarum strepitus, & publica litigia, [quod nota contra religiosos existentes in concilio generali, & causas diuersas ventilantes, & procurantes pro pecunia lucranda] cui optime conuenit qd not. ipse Io. Andr. in cle. de statu. mona. ne in agro. §. quia uero gl. de off. or. & bene facit. c. alleg. in argumentum. Per quod patet qd si cōtra prohibitionem iuris aliqui ex necessitate conceditur de illo nō licet arguere ad casus, etiam, ubi virgeret similis ratio vt eoritu. quæ a iure. illa enim argumētatio conueniret ijs, que consonant iuri cōi. Bene probatur hoc dictum. j. de regula constitutionem. j. responso. vt ibi not. in vlt. glo. li. 6. de penis. Romana. de hereticis. c. statutum. 2. in fi. j. responso. eo. lib. Restat ergo, qd cum prohibito, de qua loquitur, sit generalis, & habeat casum exceptum exceptio ad alium casum extendenda nō est. Nec est verum qd exceptio includat casum, de quo loquimur: qui intelligitur de utilitate directa ex causa in qua procuratur, puta, pro conseruāda libertate monasterij, vel alijs ipsius rebus in iudicio defendendis, vel recuperandis. c. monachi. 2. 16. q. 1. non simpliciter dicit monasterij poscat utilitas, sed dicit exposcat quasi dicat desiderat & directe poscat. Constat autem qd causa cui patrocinamur pro lucro ad clientulum, nō ad ipsum monasterium spectat utilitas & facit. j. de priuilegiis. auctoritate. in fin. lib. 6. extra de deci. c. 1. in fin. in cle. fm. Io. An. ibi. Si queris de Abbatibus & seu prioribus superiorē Abbatem nō habentibus, tunc vide quod dicit Io. An. in d. c. de presentium. ubi dicit quod abbas potest esse iudex aduocatus procurator vel arbiter sine licētia superioris. & in hoc concordat Host. j. de censu. sopite super verbo procurator. in fi. ubi dicit quod cū abbas habeat administrationem vř, quod sicut quilibet alius possit fieri procurator. arg. in eo quod legitur & notatur. j. de testa. requisi. §. in. Innoc. vero notat ibi in j. glo. quod in causa cōi sibi & alijs potest esse procurator & abbas ibi post eum. Sed ego credo, quod nō potest aduocare sine licētia superioris nisi in casibus in quibus possunt seculares existentes in sacris & beneficijs: sed nec pro coniuuentis personis pnt postulare: cum quo ad mundum mortui reputentur. C. de epi. & cleri. l. Deo nobis, & not. j. c. proximo. Et nota, quod illos, qui prohibentur aduocare, nō excusat consuetudo: cum status ecclesiæ ex hoc ledatur, & diuinum officium retardetur. arg. §. de consuet. c. 1. & de offic. ordi. irrefragabili hoc not. Host. in summa eod. titu. §. qui pertinet verfic. illos autem, & licet officium aduocationis de se sit honorabile laudabile & meritorium. vt. C. de aduoca. diuer. iudic. aduocati. & per totum & de aduoca. diuer. iudic. laudabile. & per totum. tñ propter aliqua, que tacco, ab eo tutius est abstinere. Vnde Didymus ad Alexandrū, Artem (inquit) bene loquendi non difcimus, nec facundie rhetorū, oratorumq; operam damus: t quorum officij est falsitatis sermonibus figmentare mendacia, & innocentie fidem conferre criminibus, ac patricidij reos assignare pijsimos, qui dum se putant aliene laudis fructū per iniquam victoriam rapuisse, nesciunt se mentum suæ conscientie perdidisse, & recitat Io. j. de confes. statimus. in nouella. lib. 6. Henricus Boich.

- 1 Monachus qui cognatos, an non habeant. & 2.
- 3 Monachi non nisi in iudic. exhibeant.
- 4 Cenobij omnino exheredes.

X parte. Super glo. 2. Si queris, vtrū religiosi censentur habere cognatos, distingue t aut quantum ad hoc vt possint agere vel aduocare pro eis tanquā pro coniunctis, & dic quod non fm Ber. Io. Vinc. Goff. & Phil. hic. & ita intellige authen. quæ dicit quod cognatio eorum est in cœlis in authen. hæc constitutio inter priorem constit. in principio coll. 6. & quo ad mundum mortui reputantur. C. de epi. & cleri. l. Deo nobis. 2. q. 7. placuit. licet Inn. aliud notet. j. de re iudi. cum I. & A. in principio. t Aut quantum ad hoc, vt monasterium loco ipsorum succedat eorū propinquus vel cognatus: & tunc aut sunt religiosi non mendicantes, vt monachi. & tales quantum ad hoc censentur hñ cognatos. Nec enim hoc prætextu t, quod aliquis monasticam vitam eligit exheredari potest. vt in d. l. Deo nobis, & in auth. de sancti. epi. §. nullam. colla. 9. 18. q. 1. c. vno. 9. q. 3. ca. vlti. fm Gof. Host. & Io. Andr. hic idem Arch. 16. q. 1. monachi. 2. in gl. fi. qui ita ibi distinguit. Fallit in iudic. in quibus nō succedunt, imō si quæ antè hnt perdunt: vt in auth. vt muli. ar. bel. depo. c. vnicō. si de seu. cōtro. sue. c. vt clericus an mutus. vel alter imperfectus feud. renun. poss. c. vnicō. & de beneficio femine. c. vnicō. in fi. coll. 10. Et licet gl. ibi dicat, quod potest seruire per

substitutum. argu. ff. de arbi. l. si arbiter. in fi. C. de epi. & cle. l. quifquis. & l. ad similitudinem. tñ lac. de Belufo, tenet contrarium: & forte melius si de feu. controuer. sue. c. si quis decesserit in vřib. seu. ubi notat de ista materia: ijs concordant Host. & Io. An. de iudic. c. iudicij. licet Astensij. lib. 6. ti. de immu. eccl. artic. 6. dicat quod in feudo paterno cōfueto feruari per alium succedit religiosus per §. nullam in auth. de sancti. epi. coll. 9. qui. §. parū facit. Aut t sunt religiosi mendicantes, & tales non succedunt. vt patet. j. de verbo. signifi. exijt, qui seminat. lib. 6. & in cle. exiui de paradiso. eo. titu. §. quia igitur in successioni. bus. & satis expresse innuit Ioan. Andr. j. de pœni. remif. c. officij. super verbo satisfactio, vt dicam ibi. in fine.]

- 1 Patrocinans contra ecclesiam beneficio spoliandus,
- 2 Patrocinari sibi suisque in ecclesiam licere.
- 3 Beneficiatus in c. cum sacerdotis quis accipiendus
- 4 Ecclesia qui accipienda.
- 5 Canonicus duarum ecclesiarū an in alterā postulare possit. & 6.
- 7 Ecclesia inique litigans non inuanda.

Vm sacerdotis. Si queris vtrum clericus beneficiatus existens in iudicio contra ecclesiam, in qua est beneficiatus possit, & debeat beneficio, quod obtinet in illa ecclesia spoliari, distingue, aut est in iudicio contra ipsam ecclesiam, vt testis, & tunc non. Et est ratio: quia ferre testimonium est onus necessarium, quod dic vt legitur & notatur. j. de testi. c. veniens. 2. in fi. Aut t est in iudicio contra ecclesiam, vt aduocatus vel procurator, & tunc habet locum istud ca. Dic ergo, aut queris: nunquid possit esse t contra ipsam ecclesiam in qua est beneficiatus in propria causa vel parentum suorum vel pupillorum suorum & tunc sic. vt not. Io. 96. dist. si imperator. quod intelligit Vinc. licentia prius obtenta, qñ est contra eam in causa parētum, vel pupillorum suorum. alias perderet beneficium suum. In causa vero propria posset, venia nō obtenta: quia charitas bene ordinata incipit a se ipso. de pœni. dist. 3. qui vult. C. de seruitu. l. præses in gl. Aut in causis extraneorum vel etiam aliorum coniunctorum, & tunc non potest quinimō beneficio suo priuaretur: quia non debet diliger sanguine m suum, quam ecclesiam que ipsam Dño sociant: vt. j. de pœni. c. 2. Et idem intelligas. t si sit beneficiatus ab ecclesia non tñ in ea cuiusmodi, sunt illi, qui hnt beneficia in dioecesi, & hoc dicit iste textus ibi contra ecclesiam, a qua beneficium obtinet, & c. & de hoc in Spec. tit. de aduoca. §. 1. ver. super hoc autem scias. fallit fm Host. in summa eo. titu. §. vlt. sub. §. Sed nunquid potest cogi in miserabilibus personis, pro quib' potest cogi clericus, vt sit contra ecclesiam, a qua beneficium habet, si alius hñ non potest: dummodo ecclesia habeat alium ita bonum, qui foueat iustitiam eius, arg. j. de testa. cum in officijs. & in hoc cōcordat Astensij. eo. tit. & dic qd t appellatio ecclesiæ continetur principaliter epi. tanquam caput. 7. q. 1. scire. secundo capitulū non tñ canonici singulares. j. de verb. sig. cum clerici Placentini fm Host. & Ber. hic. Et hæc intellige vera de ecclesia in qua, vel a qua est beneficiatus. Si vero sit prælatu ecclesiæ, nemine contra ipsam ecclesiam iuuabit: imō iuuabit ipsam cōtra oēs. ff. de postu. l. puto. & l. si. & 3. q. 7. §. tria. ver. ite m. si contra patrem, vt not. Spec. in titu. de aduoca. §. 1. verfi. sed nunquid clericus.

¶ Si aliquis sit beneficiatus in pluribus ecclesijs, & qras nunquid pro vna, & contra aliam poterit aduocare, & pro qua. Distingue aut in altera t est intitulus, vt prælatu, & in alia, seu alijs nō sed simplex canonicus. & pro illa in qua est platus dummodo non repugnet cōscientia semper stabit, vt hic in glo. & hoc siue primo siue vltimo receperit illam prælatu. arg. ff. de in ius voc. l. quæsitum. de postu. puto. & l. si. 3. q. 7. §. tria. verfi. item si contra patrem. j. de iureiur. c. veniens: & c. ea. te. secundum Host. hic & in summa eod. titu. §. quid pertinet. ver. illud, & Ioan. & Arch. 96. dist. si imperator. & Spec. titu. de adu. §. 1. verfi. quid si habet. Aut nondum est t intitulus, vt prælatu in aliqua ipsarum, sed simpliciter beneficiatus, vt canonicus in vtraq; & tunc aut est prius beneficiatus in vna, quam in alia & pro illa in qua est prius beneficiatus, stabit contra secundam. arg. j. de iureiur. c. tua nos & c. intellectu fm Ioan. Andr. Inn. & Host. & Goff. hic & in summa sua eod. tit. & idem Arch. 96. dist. si Imperator. vel dic si placet vt notat Barto. Brixiensis in questione sua dominicali qua incipit. Aduocatus quidam, ubi dicit de aduocato, quod si scit primam ecclesiam fouere malam, & iniquam causam, non iuuabit illam, sed alteram. Si autem hoc ignoraret, iuuabit primam, & alteri secundæ mittet personam idoneam, que ipsam secundam iuuabit contra primam. Et

nam. Et hanc opinionem recitat Archi. in d. c. si Imperator. glo. adde, dicas ergo & 7. q. j. episcopum glo. fi. & de hoc no. 1. q. 7. c. j. in fi. aut postuit de ecclesijs quibus equaliter tenetur & tunc Host. non possunt, qd assumat partes aduocati, sed mediatoris. ar. j. de testa. c. relatum. 2. §. Et ista omnia intellige in casu dubio. Si vero constaret sibi aliquam ipsarum ecclesiarum, habere iniquam causam ipsam contra conscientiam, & iustitiam iuuare non deberet, alias edificaret ad gehennam. j. de re fitu. spo. c. literas. & de simo. Mathæus. & quia etiam iuramentum (si quod ei alstringitur) non debet esse vinculum iniquitatis. j. de iureiur. quanto. & eo. rit. c. j. li. 6. Et de hoc in spē. tit. de aduocato. §. j. ver. quid si habet.

¶ De procuratoribus. Rubrica.

- 1 Absentes quibus ex causis procuratorem constituant. & 2.
- 3 Absens iudicij procuratorem cedet.
- 4 Absens ex causa necessaria procuratorem det. & 5.
- 6 Procuratorem mittat agrotans.
- 7 Procuratorem dare quis non cogendus.
- 8 Absens non nisi lite cæpta, procuratorem det. & 9.
- 10 Principi licet nō inferior in citationibus.
- 11 Citatus simpliciter qui & in quibus casibus sistat.

cium, & tunc contrahendo postea cum aliquo repetit vim iuramenti, vt quia contrahens cum eo dicit. Vis tu iurare, quod tu non venies contra contractum, & ipse dicit semel iuravi volo, quod illud iuramentum sit contra me, & tunc dicit, qđ excludetur a restitutione obstante iuramento, quia quæ in præcedentibus dicta fuerunt in sequentibus fuerunt repetita. arg. ff. de verb. obli. l. Titio. §. idem respondit. j. de app. inquisitio ni. & c. secundo requirit. Aut non repetit iuramentum, & tūc potest petere restitui. Sic intellige quod notat glo. C. si aduer. vendi. in auth. sacramenta puberum. Et est rō quia si minor iuret non venire contra contractum ex isto iuramento nullum ius tibi quaeritur, qui postea cum eo contrahis, quia res inter alios acta. & c. ad velle. l. iubemus. ff. ad l. Tul. de adult. l. denūtiaste. §. item quaeritur. & C. res inter alios acta per totum, quia quando postea tecum contrahit, licet prius iurauit, non tū tibi iuravit, nec se tibi astrinxit. Et licet dicta authen. sacramenta, videatur dicere contrarium tū quando dicit, Sacramenta puberum sponte facta super contractibus rerum suarum nō reuocandis inuolubiliter custodiuntur non tū dicit, qđ ibi singula iuramenta referantur ad singulos contractus. Vnde oportet qđ super contractu certo ponatur iuramentum. & hoc dicit l. j. C. si aduer. ven. licet tū possit venire contra contractum tecum initum, quem non iuravit specialiter. arg. ff. si seruitus, vendi. l. loci corpus. §. competit Caueat tū sibi quia periurus, est, & sufficit per iurij pœna. vt C. de rebus credi. l. 2. In secundo casu, quando iurat specialiter se non venturum cōtra certum contractum tunc præiudicat sibi, ita intellige dictam authen. sacramenta. & prædictam glo. modicam. Ho. hic & istud. & qđ loquitur in iuramento super certo cōtractu interposito. ¶ Ad declarationem glo. quia si habebant, si queris, vtrum cōtractus inuitus per minorem valeat, & teneat, distinguit aut cōtrahit, alias, quam alienando rem suam immobilem, aut alienādo rem suam immobilem. In primo casu refert, aut contrahit sine autoritate alicuius puta tutoris vel curatoris vel iudicis. Aut cum autoritate tutoris, vel curatoris, vel iudicis. Si sine autoritate alicuius, tunc aut est pupillus, aut est adultus. Si pupillus & com. f. l. neq. Si adultus, tunc aut habet curatorem, aut non, si habet curatorem tunc aut exercet actum qui confertur in tempus finitę administrationis, vt testam. entum, & tunc valet vt ff. de liber. lega. l. Aurelio. §. Caius. Aut exercet actum, qui non confertur in tempus finitę administrationis & tunc refert aut illum actum exercet cū extraneo, & nō præiudicat sibi, nisi sicut pupillo. vt C. de in integ. resti. minor. 25. an. l. si curatorem. Aut exercet illum actum cum curatore, & tunc aut est actus voluntarius, & sibi non præiudicat, vt ff. de authorit. tu. l. pupillus. de contrario iud. tu. l. j. in principio. ver. quamquam. Aut est actus necessarius vt restitueret hære. rogatus vel pati gerere curam suam & tunc valet. vt ff. ad Trebell. l. j. fuit quaeritum & de contra iudi. tu. l. j. Si non habet curatorem valet. sed restituitur, si sit leg. vs. in d. l. si curatorem 2. responso. Si contrahit cum autoritate tutoris vel curatoris, tunc valet regulariter. vt ff. de autho. tu. l. j. in principio. de autho. tu. §. j. Idem si cum autoritate iudicis. vt ff. de min. l. ait prætor. §. permittitur. & C. qui admitt. ad bo. pos. l. bonorum & ita intellige glo. Accur. in d. l. si curatorem. in glo. quantum in fi. Si contrahit alienando rem suam immobilem tunc requiritur autoritas duorum. tutoris, & curatoris & etiam iudicis ita, qđ eorum autoritas sufficeret, sed alterius eorum, solius non sufficeret ita intellige glo. Accur. C. de fideiuf. m. l. 2. & C. si propter pu. pen. l. vltima. vbi ipse Accur. tenet cōtrarium eius, quod tenuit in l. allegata. si curatorem. & quas gloss. contrarias ita dissolunt. & concur. Iac. de Are. Pe. de Bella partica. & Cin. ibi vnde in immobilibus quantumcumq; curatorem, non habet nullus est contractus ipso iure: nisi fiat ob es alienā, cā cognita, & cū interpositio decreti. C. de prædi. m. l. ob es. vel ob alias cās. puta dotē, vel necessitatē famis, vel alias de quib. no. C. qđ de reo opus non est per totū, & de hac solē nitate no. j. de re. eccle. c. dudū. l. 6. fm Host. hic. Præmissa intellige vera, qđ minor contrahit simpliciter absq; iuramento, alias tene, qđ legitur & notatur C. si aduer. vendi. in auth. sacramenta. j. de iur. iur. cum contingat. & de pactis. c. quamuis. l. 6. & quod supra dixi dist. proxima. ¶ In fi. dicit hic textus, quod isti fratres debent restitui, dū modo quod offerunt duxerint faciendū. Vnde dicit hic Hosti. qđ

non sufficit sola oblatio, sed oblati præstatio, & si emptores, nolunt recipere pretium deponatur in eade sacra. vt C. de vsuris l. accepta. Vnde gratia huius pro pleniori euidencia huius, materia, si queris, quid, & de quo oblatio operatur, distingue, aut ille, cui fit seu debet fieri oblatio, distulit oblationem recipere de voluntate, & consensu ipsius offerentis, aut contravel præter voluntatem ipsius. Si primo casu, vt quia creditor, cui pecunia debebatur, post oblationem sibi factam dicit debitorij, serua pecuniam vsq; cras, & debitor dixit placet, & tunc talis oblatio nullum parit effectum. ita loquitur fm vnū intellectum. ff. de solut. l. creditor cum ibi notatis per Doctores, Et est ratio, quia per talem voluntatem, seu consensum oblatio, facta remissa videtur. arg. ff. de no. ope. nun. l. non solū. §. scien dum. & j. de noui ope. nun. c. cum ex iniuncto vel falem est in suspenso. & sic durante suspensione non habet effectum. arg. ff. de ijs qui no. in fal. furti accipere ad Turpil. l. j. in fin. & j. de appel. c. præterea. 2. & quia oblatio, quæ non durat non videtur oblatio. ar. ff. de in rem verso. l. si pro parte. §. versus. cum ibi al leg. ff. quod cuiusq; vniuer. l. item eorum. §. quod si actor. de diuer. & tempori. præscrip. l. inter quatuor de diuor. l. diuortiu, de edili. edic. l. quæ sit. de capel. & postli. reuer. l. nihil. de in integrum. resti. l. diuus de ritu nup. l. palam. de rei vendi. l. is qui. de condi. indeb. l. eleanor. §. j. de peti. hæredi. l. si possessor §. in bonę fidei. de lega. 3. l. si concubinam. §. si hæres. de acquir. pos. l. non videtur. C. de cura. fu. l. cum alijs. de pe. dist. j. diuortium. Si secundo casu, quando ille cui fit, seu debet fieri oblatio, non distulit contra, vel præter voluntatem debitoris oblationem recipere, tunc refert aut fit oblatio nō totius, sed partem offerendi seu eius, quod est offerendum: quia debeo centū, & offero quinquaginta, & talis oblatio non habet effectum. vt C. de solu. l. oblatione. Fallit in casu, vbi conuenit inter partes, quod pro parte posset fieri solutio, seu præstatio: quia tūc etiam pro parte posset fieri oblatio. vt ff. mandati. l. qui mutua §. j. Item vbi offerens non confitetur nisi partem, quom offerit ff. si cert. pet. l. quidam existimauerunt. Item fallit fauore liber tatis vt si relicta sit libertas seruo, si Titio dederit vigintri, quo casu poterit decem, vel quinque offerre, & soluere. vt ff. de lta tulibe. l. cum hæres. §. vltimo quibus casibus oblatio facta pro parte habet eundem effectum, pro illa parte quem oblatio facta pro toto haberet. de quo effectu itatim sequitur. Aut fit oblatio totius offerendi, seu eius quod est offerendum, & tūc distinguunt quidam inter oblationem factam per ipsum obligatum, & t oblationem factam per alium vice & nomine ipsius obligati dicentes, quod ista vltima oblatio non habet effectum per l. ff. de ijs quæ in fraudem. cre. l. ait prætor. 2. illud. & hoc voluit innuere Host. in sum. tit. de sol. sub rubrica de oblatione. quod est fallum. & contra casum legis. ff. de solu. l. qui decem. §. cum mihi stichum. ver. quemadmodum. Nec obstat §. allegatus illud. t quia potest intelligi, quando verbo tm offerbat, sed tradere nolebat, & sic faciebat hoc in fraudem, vnde non valet arg. j. de eo qui mittit in pos. causa rei seruau. ca. 1. Potest tñ hic intelligi etiam ille, §. illud ita quod nihil faciat ad propositum, vt ibi not. Item non obstat l. allega. ff. de verb. oblig. & dic vt ibi. Vnde ergo, non habita distinctione inter oblationem factam per obligatū, vel per alii vice & nomine ipsius, sic distingue: quia aut oblatio fit ad debiti liberationem, aut fit ad vsurarum prohibitionem, aut fit ad euitandū pœna cōmissionē, aut fit ad pignorū liberationem, aut fit ad more purgationem, aut fit ad præscriptionis interruptionem. In primo casu, cum fit oblatio ad debiti liberationem, tūc refert, aut fit solummodo oblatio, sine consignatione, & depositione, & tunc talis t oblatio sola non sufficit, sed requiritur consignatio & depositio. vt C. de solu. l. oblatione. Sed licet non operetur liberationem, operat tamen alios effectus cum distinctione tamen, aut creditor recusat debitum oblatum recipere iusta de causa. vt quia non congruo loco, vel tpe fiebat sibi oblatio, vel dicebat se illā pecuniam non nouisse, & volebat adire cāpsorē, & tūc nihil operat. vt ff. de sol. l. si solutus. & l. creditor de leg. 2. l. si ita relicta. §. Pegafus. cū ibi notatis in d. l. oblatione. Aut recusat debitū oblatū recipere sine iusta cā & tunc aut extat res oblata, & tunc nihil operat. vt ff. de arbit. l. sed si postea. nisi in duobus casibus in quib. fallit, quos notatos p Accur. C. de vsuris l. accepta. t Aut nō extat res oblata, & tunc aut culpa debitoris & tunc nihil operat. Aut sine culpa, & tunc refert, aut est debita quantitas siue genus, aut est debita spēs. Si quantitas operat siue inducit exceptionem. Aut est debita spēs & tūc o pat liberationē ipso iure. vt ff. de solut. l. qui decem in principi. & l. qui hoim. & l. i debitor offert. & de doli. excep. l. i

opera & depositi. l. j. si pecunia in fi. Et est ratio diuersitatis, quia quod debetur in genere perire non potest. vt C. si cer. pe. ta. l. incendium. sed quod debetur in specie perire potest & id eius interitu contingente liberatur debitor non morosus. de ver. obli. l. si ex legati causa. Aut post oblationem, & vna cum oblatione fit consignatio & oblati, & depositio & tunc aut talis offerens, & consignans, & deponens postea resumit re huiusmodi sic oblatam consignatam, & depositam, & forte, in vsus suos conuertit, & tunc non habet effectum, quia no durauit consignata & deposita. arg. iurium. supra allegatorum, & probatur. ff. de vsuris. l. debitor. & in l. alleg. acceptam. in fi. C. de vsuf. aut non resumit postea rem hmoi taliter oblatam consignatam & depositam: & tunc parit liberationem, ipso iure, vt ff. man. l. qui mutuum. §. j. & in d. l. acceptam, vbi dicit, quo pignus soluitur, & hoc ibi tene Iaco. de Are. & Ci. & Accursi. in d. l. oblatione. C. de solut. In secundo casu. quando fit, oblatio ad vsurarium prohibitionem, tunc aut queritur, de prohibendo cursu earum adhuc incipiendo, aut de iam incepto. t. si de incipiendo tunc sola oblatio impedit cursum earum. vt C. de vsuris. l. si pro te. & l. si ex praedio. fm vnum intellectum. Si queris de iam incepto prohibendo tunc sola oblatio non prohibet, sed requiritur coniugatio, & depositio, p. consignationem & depositioem prohibetur cursum earum. Sed fallit in casu. vbi oblatio postea pecuniam huiusmodi sic, consignatam, & depositam reassumit, vt ff. de vsuris. l. debitor & sic intelligi. C. de vsuris. l. si creditor. & l. acceptam. in principio. In tertio casu. quando fit oblatio ad euitandam poenae commisionem, tunc sola oblatio vsufficere, vt ff. de arbit. l. Celsus. in fin. delega. l. si fundum. §. vltimo. & de act. & obli. l. traiectione. & ita intelligi. C. de suscep. & arch. l. j. libr. 1. Sic enim videtur in quolibet debito etiam conditionali. quod sola oblatio sufficiat, vt ff. quando dies le. cedat. l. si post diem. §. item si quis. Si queris in quarto, quando fit oblatio ad pignorum liberationem, tunc refert aut fit in iudicio & tunc sola oblatio operatur quae nascitur actio pignoratitia. vt ff. de pigno. act. l. si rem. §. si. & l. si. Aut fit extra iudicium, & tunc, aut queris, nunquid operetur, quantum ad hoc, vt nascatur & competat actio pignoratitia, & tunc dic, quod sola oblatio, non operatur, nec sufficit, sed requiritur, vna cum ea consignatio, & depositio, vt satis innuitur in d. l. acceptam. vbi dicit, quod ius pignoris tollitur. & pro hoc facit. C. de pigno. acti. l. nec creditores. in fi. de dis. pigno. l. si residuum. & de compen. l. i. nuicem. fallit, vbi esset talis res quae consignari, seu deponi non posset, vt quia esset res immobilis: quia tunc sufficeret talis oblatio sola, vt legitur, & notatur. C. de nup. in auth. dos. data. & in l. allega. acceptam. C. de vsuris. & arg. pro hoc. C. quando & qui quarta pars. l. 2. lib. 10. Aut. si quantum ad exceptionem parandam contra hypothecariam, & tunc dicendum est quod sola oblatio sufficit vt ff. qui mo. pig. vel hypoth. solit. liberatur. §. qui paratus. & l. Paulus. in fi. Si queris in quinto casu. quando fit oblatio ad more purgationem. i. quantum ad euitandum periculum interitus, tunc sola oblatio purgat moram. vt ff. de verb. obli. l. si seruum. §. vlti. Si queris in sexto casu. quando fit oblatio ad praescriptionis interruptionem, refert, aut queris, vtrum oblatio sufficiat ad interrompendum, praescriptionem ipsius offerentis circa rem oblatam, vt v. g. debitor, seu possessor alicuius rei, vel pecuniae post inchoatam praescriptionem per eum obtulit eam aduersario contra, quae praescriptionem inchoauerat, & dic, quod sic: quia per talem oblationem debitum agnouisse videtur, sicut & per expositam cautionem, per quam nulli dubium praescriptio interruptitur vt C. de praescrip. 30. vel 40. anno. l. cum notissimi. §. sed & si quis. Aut queris, vtrum oblatio sufficiat ad interrompendum praescriptionem aduersarii cui fit oblatio, & tunc aut est talis res. quae potest consignari & deponi, aut no. Si sic, aut oblatio fit extra iudicium, & tunc non sufficit forte sola oblatio, nisi sequatur consignatio & depositio, quod potest sic per suaderi. Nam oblatio non impedit cursum vsurarium, iam inceptum, qui cursus est summe odiosus, vt in l. allegata accepta ergo multominus impedit cursum praescriptionis, quae est fauorabilis. saltem ex parte scribentis ne reru dña sint incerto insti. de vsuc. in prin. & ita itelligo qd not. Ho. hic aut oblo fit, t. i iudicio citatioe pmissa & tuc talis sufficit ad praescriptionem in terris pccat. C. de pccr. 30. vel 40. ann. l. sicut i re. Si res oblata sit, talis, q n possit assignari, & deponi, tuc sufficit oblo du modo fiat cu effecti, hoc e, qd res oblata pset si pttari possit iuxta, ea q legut, & not. ff. C. de anna. exce. l. vt pfecti. §. de of. or. c. pa. stora. l. si. & j. d. eo q mitti i possit. ca rei ser. c. 1. & 2. & p totu.

¶ In fine tex. hic habes, quod ob ista dictio vsq; t tenetur excludi. siue. alias esset contra. j. tit. j. c. si vbi habes, quod ad diem. feria tam non debet fieri citatio, & est casus. ff. si quis in ius vo. non ierit. l. 2. fm Hostien. hic, quandoq; vero ista dictio, vsq; tenetur inclusiue vt patet. ff. de senato. l. vlti. §. si. & C. de nup. l. a caligato. Et ideo si queris vtrum iste dictioes a, t & vsque teneantur inclusiue vel exclusiue distingue, aut hmoi, dictioes proferuntur a lege, aut proferuntur ab homine. Si proferuntur a lege, tunc aut si teneantur inclusiue, inclusio esset contraria illi, vel alij iuri, & tunc tenerentur exclusiue, vt patet de dictione vsque hic, & s. de in integrum restit. cum ex literis. §. si. vbi vsq; ad festum beati Lucae. & j. de do. & contu. cum dilecti. Vnde in istis iuribus non fit citatio ad diem festum, sed vt vsque ad diem festum compareat citatus, fm Host. ibi, & idem notat Spec. titu. de citatione. §. j. ver. item excursi, quod citatio & c. per eandem viam faciunt. ff. de ijs qui no. infal. ait praetor. de leg. i. l. filiusfam. §. j. 3. q. 3. progeniem. §. de ordina. ab epi. qui re. c. 1. de etate & quali. a multis. j. de fide in stru. c. cum dilectus, 50. dist. c. accedens. & 32. dist. nemo, De dictione vero, a, patet. ff. de act. empt. & ven. l. datio. §. vltimo & de censu. l. atatem. Aut si teneantur exclusiue exclusio esset contraria illi, vel alij iuri, & tunc tenerentur inclusiue, vt patet in dictione vsq; in l. allegata. ff. de senato. l. vltima. in fin. & C. de nup. l. a caligato. per eandem viam 31. di. aliter. 3. dist. de illo, 93. dist. a subdiacono: 15. q. vltima. cum multa. 78. dist. presbyter. vbi de hoc per Archi. 77. dist. quicunque. ff. de pennis. l. labentem. §. aduersus. & l. capitalium. §. j. ff. an per alium causa app. exerce. l. j. ff. qui. mo. vsuf. amit. l. sicut. & ff. de lega. 3. l. patronus. §. Sempronio. ff. de leg. 2. l. quidam. j. titu. proxi. c. ca. pellanus. §. j. 2. q. 3. non oportet. 2. de pe. dist. 3. inter haec. 2. in fi. & j. de rescriptis si grauios. lib. 6. vbi de hoc per Archidia. De dictione vero, a, patet in l. allegata a caligato. Si huiusmodi dictiones proferuntur t ab homine, tunc refert: quia aut certum est expresse vel per coniecturas de voluntate hominis pferentis aut dubitatur. Si est certum tunc statim voluntati sue arg. ff. de condi. & dem. in l. conditionibus, de reg. iur. l. semper in stipulationibus. Si est dubiu tunc refert an exclusio contineat odium, & inclusio fauorem, aut econtra. In primo casu includunt. In secundo casu vero excludunt per regulam illam odia sunt restringenda, & fauores ampliandi, vt ff. de libe. & p. sthu. l. cum quidam, & j. de reg. iuris. c. odia. lib. 6. cum alijs ibi alleg. iuxta praemissa potest queri de tali quaestione. Vendo, tibi terram, seu possessionem meam, vsq; t ad talem domu, nec apparet quid actum sit, nunquid domus cedet veditio? In ista quaestione dicit Din. q. consideranda est pretij quantitas, vtrum aequiualet valori possessionis venditae, & domus aut non. In primo casu ponitur inclusiue in secundo non arg. ff. de re. du. bi. l. j. & l. vtrum. §. quae sit. ff. de leg. 2. l. qui solidum. §. j. ff. ad Treb. l. nunquam. Et sic ex quantitate pretij coniectura voluntatis accipimus. ar. lalle. semper in stipulationib. ita determinat Din. in d. l. patronus. §. Sempronio. & idem tenet Cy. in l. allegata, a caligato. C. de nup. vbi etiam ponit praemissam distinctionem in effectu.

- 1 Restitutio fama & rerum indelegabilis.
- 2 Restitutio lesionis delegabilis.
- 3 Delegatum principis aduersus interlocutoria restituere & quantum.
- 4 Delegatum aduersum diffinitiuam restituere quiq; accipiendum.
- 5 Delegatum ordinarij aduersum quam sententiam restituat.
- 6 Delegatum omnem aduersum quamlibet sententiam restituere.
- 7 Compromitti in capitalibus non licere. & cur. 9.
- 8 Compromitti in crimine ciuilitate intentato licere.

Ausa restitutionis. In glos. 2. in fi. si queris, vtrum causat restitutionis possit delegari, refert, aut queris de ca restitutionis fama & bonorum, & illa restitutionem solus princeps, vel senatus dare pot. vt ff. de postulan. l. j. §. de qua. & C. de sent. pass. l. 1. Nec competit iure magistratus, nec potest delegari per alium, quam per ipsum principem, vel senatum. Sic intelligi. ff. ad municipal. ea. quae. Aut queris de restitutione minorib, vel maioribus, vel aduersus ecclesiae lesionem praestanda, & illa pot delegari & competit iure magistratus vt ff. qui & apud quos. l. si. fm Host. hic & in primo membro concordat Phi. & Ioã. And. hic. de quo dicam plene. infra de re iudica. cap. cum te. de quo ibi per Innocen. & Hostien.

¶ Si

¶ Si queris, vtrum delegatus possit restituere aduersum finiam per ipsum lata, distingue aut delegatus est a Principe puta Papa, vel Imperatore. & tunc, aut queris, vtrum Papa potest restituere aduersum finiam suam interlocutoriam: & dic, quod sic vt hic. & C. qui & aduer. quos. l. fin. Nam talis aequiparatur ordinario. vt. C. de iudic. a iudice. & j. de appel. c. cum causam. in fin. imò est maior omni ordinario, quantum ad causam sibi commissam, vt. s. de off. dele. stud. n. l. sed ordinarij hoc facere potest, vt hic. ergo multo fortius delegatus. Aut queris, vtrum possit restituere aduersum diffinitiuam per eum latam, & tunc dicunt Iaco. de Ra. & Pet. de Bellapert. & Cyn. C. si aduer. rem iudic. l. aduersus. & C. qui & aduer. quos. l. si. quod potest restituere indistincte dicentes, quod est ibi casus: qd intelligo fore verum, quando durat iurisdicção sua, hoc est t donec snia diffinitiuam fuerit executioni demandata. vt. s. de off. deleg. c. in literis. & eo. tit. c. si delegatus lib. 6. §. fin. Post sniam vero diffinitiuam executioni demandatam non potest: quia iam functus est officio suo per iura allegata. & statim penitus dicam. Aut queris de delegato ab alio ordinario, quae a Principe, tunc dicit Iaco. de Ra. in d. l. vlt. C. qui & aduer. quos quod contra interlocutoriam t suam potest restituere, & non contra diffinitiuam quia tunc functus est officio suo. sed Pet. de Bellapert. ibi dicit indistincte quod potest necd contra interlocutoriam, sed etiã contra diffinitiuam dicens, quod videtur casus in l. vltima allegata. Opinio Iaco. vera est, supposita illa opinione illorum, qui dicunt, quod delegatus ab ordinario non potest suam sniam executioni demandare. Opinio vero Petri esset vera fm opinionem illorum qui dicunt contrarium: nam credo veriore, prout dixi plene supra, de off. dele. c. significasti. Vnde dico breuiter, quod quicumq; t delegatus, siue sit delegatus Principis siue alterius tam contra interlocutoriam, quam contra diffinitiuam sniam suã potest restituere, quando durat sua iurisdicção: quod est, antequã sniam suam fuerit executus, vt in iuribus allegatis. & antequã iurisdicção fuerit per appellationem, vel alias ad superiorem legitime deuoluta, vt. j. de appel. c. intimasti, & c. vt noltrum & per totum. Nam opposita, & petita restitutione, non posset sua sniam exequi, nisi & de ipsa restitutione primitus cognitum esset & discussum, quod est verum indistincte de iure ciuili, vt patet. C. de in integr. restit. postu. ne quid noui fiat. l. vnica. cum sua gl. Idem de iure canonico, vbi cessare presumptio fraudis, scilicet, quod non fraudulenter in integrum restituitur, vt legitur, & notatur. §. eod. c. suscitata. ergo ex quo potest exequi, potest etiam oia sine quibus iurisdicção expediri non potest. s. de offi. deleg. c. praeterea. & c. prudentia. in fin. j. de regu. iuris cum quid. l. 6. & quia adhuc durat sua iurisdicção, vt est dictu. Finita vero iurisdicçãoe sua, non potest: cum nullam iurisdicçãoem habeat: nisi de nouo causa in integrum restitutionis sibi committatur vt hic.

¶ In glos. fin. in fi. si queris, vtrum de, & super crimine valeat cõpromitti, distingue, aut queris t de crimine criminaliter intentato de quo criminaliter agitur, & dic quod sic, vt hic. & ff. de arb. l. non distinguemus. §. Iulia. vbi de hoc, & hoc siue crimen fit publicum siue priuatum, de quo criminaliter agitur, vt ff. de priua. delictis. l. fin. Aut de crimine t ciuilitate intentato: de quo ciuilitate agitur, & de tali potest cõpromitti, licet etiam crimen fit famosum, sicut est crimen iniuriarum: non tñ snia arbitri infamat. Ita intelligi. ff. de ijs quae no. infal. quid ergo. §. ex compromisso. Et scias quod de quolibet crimine potest agi criminaliter & ciuilitate, vt probatur in d. l. ff. de priua. delictis §. & C. ad l. cor. de fal. l. si. Et ratio t quare non potest cõpromitti de crimine criminaliter intentato est, quia quilibet solueret poenam pecuniariam, vt corporalem vitare, & per eandem rationem prohibetur transactio in tali causa praeterquam in casibus, vt. C. de transac. l. transigere. & in ista distinctione cõcor. Host. hic & Ber. & Host. j. de praesump. c. literas. & Accur. in §. alle. ex compromisso. & in §. alle. Iul. & vide quod not. Host. in summa de arbi. §. de qua re. & Spec. hoc tit. §. restat ver. item de snia, vbi dicitur, qd de finia excõpromissionis, vel alia, in qua vertitur periculum animae nõ potest compromitti, nisi in iudicem.

- 10 Praescriptio quae Rom. in ecclesia noceat.
 - 11 Ecclesia, sede vacante, praescriptionem non currere.
 - 12 Instantia finienda praescriptionem currere ecclesiae.
 - 13 Praescriptionem iudicalem, & extrajudicalem currere ecclesiae. & 14. fallit. 15.
 - 16 Praescriptionem. xx. ann. nocere ecclesiae & quando.
 - 17 Ecclesia Romana an contra alias praescribat.
 - 18 Praescriptionum tempora quae ecclesiae, an non obsint. & 19.
 - 20 Praescriptionum quae minori, an non currant.
 - 21 C. beneficio. explicatio. eiusque vsus.
 - 22 Restitutio denegata non danda.
- Beneficio.** Hic habes, qd temporalis praescriptio. x. dierum currit contra ecclesiam, & s. eo. constitutus habes, qd temporalis praescriptio vnus anni currit contra minorem. Vnde ad euidentiã istius materij plenior. Si queris vtrum praescriptio currat contra minorem vel ecclesiam, & quae, distingue aut queris de minore aut de ecclesia. Si de minore refert aut queris de praescriptionib⁹ in corpore iuris clausis, aut de alijs. Si de praescriptionibus in corpore iuris clausis tunc, aut queris de praescriptionibus iudicialibus, aut de extrajudicialibus. Si de iudicialibus tunc refert aut queris de praescriptione temporis t iudicalem instantia finientis, & illa currit in effectu contra minorem siue adultu siue pupillum, vt probatur. C. de iudicij. l. properandum. §. fin. adeo, quod contra talem praescriptionem non restituatur, nisi in subsidium, scilicet, qn tutor, vel curator nõ est soluendo, nec ab eo, nec ab alio suam indemnitate consequi potest, vt in d. l. properandũ. §. si. Nec obsistat. C. si tu. vel cura. interue. letiam. vbi dicitur, quod est in electione sua, vel agere contra tutorem, vel curatorem fut, vel petere restitui quia d. l. properandum loquitur in casu, vbi minor habet saluam veterẽ actionem, licet instantia perierit, alias haberet electionem, vt in l. allegata, etiam. Aut t queris de praescriptione alia seu alterius temporis vt de tpe dato ad proponendum declinatorias, vel dilatorias, vt. C. de litis cont. c. aut offeratur. de excep. l. fin. j. de excep. c. fin. & c. pastoralis. j. de re iudic. inter monasterium vel ad proponendum peremptorias vt C. sen. rescin. non possit. peremptorias vel in tpe ad appellandũ. vt. j. de app. c. concertationi. lib. 6. in auth. de appel. & intra quae tempora app. debet. §. i. coll. 4. quae est signata. j. C. de tempor. app. in aut. hodie. & talis currit cõtra minorem ipso iure sed tñ restituitur aduersum eam vt. ff. de mino. l. ait praetor. §. si. & C. si sapius in integrum restitui. post. fu. l. 1. Et haec est cõis opinio, licet Pet. de Bellapert. & quidam alij sequaces sui dicant, qd hodie non currat minori tempus appellationis, per l. alleg. fin. C. in quibus. ca. in integr. restit. non est ne, quae est Iulianiani: & est posterior nec reperitur correctã cuius legis ratio est generalis: & vbi est eadem ratio debet & esse idem ius. ff. ad l. Aquil. l. j. illud. de fonte. l. vna. & idem notat Abbas hic. Sed dic quod imò lilla. C. si sapius in integr. restit. postu. est posterior saltem in ordine, & ista decret. quae loquitur in ecclesia est posterior in compilatione ideo tenet prius cõmune dictum. & quia in iudicialibus rigidius agitur, quam in extrajudicialibus. arg. ff. de arb. l. Celsus. & hoc tenent Host. & Io. Andr. s. eo. constitutus, & Io. Andr. hic. & G. de Monte Lau. extra. eo. c. vnico. in clem. Si queris de praescriptionibus extrajudicialibus, refert, aut queris de praescriptionibus temporalibus, vt in praescriptione exceptionis non numeratã pecuniae, quae est biennij, vel in praescriptione decem, vel viginti annorũ, & tunc distingue tria genera praescriptionum t quaedã enim praescriptiones currebant olim in effectu in tantum, quod minor nõ restituebatur ad eas: quod erat regulariter, qn praescriptio erat facta fauorabilis. & super aliquo fauorabili, & cõtra aliquod odiosum, vt qn praescribatur status libertatis, & cõtra quaestioem seruitutis vt patet. C. ne de statu. defunc. l. si mater vel qn praescribatur pro equitatione poenae, vel in famij. & contra prosecutionem criminum vel executionem poenarum, vt patet. ff. de mino. l. auxiliũ in principio. Quaedã alię praescriptiones non currebant olim ipso iure cõtra minorem quod erat regulariter, qn praescriptio erat odiosa. & super aliquo odioso, & cõtra aliquod fauorabile vt patet in praescriptione quinquennali, contra quaerelam inofficiosa per quam filij excluderentur a querele inofficiosa testamenti patris sui, & per consequens a successione patris sibi debita repellerentur quod erat odiosum. ff. de inoff. testa. l. 1. & l. nam & si paribus. Quaedam alię praescriptiones t erant quae olim bene currebant cõtra minorem, sed dabatur restitutio, vt patet in praescriptione exceptionis non numeratã pecuniae, & in praescri-

- 1 Praescriptio instantia finitã nocere minori non restituendo.
- 2 Praescriptio exceptione in minorem restituendum currit.
- 3 Praescriptio generã quiq; in minorem, an nõ currant. 4. & 5.
- 6 Praescriptioem triginta vel quadraginta ann. non impuberi, sed puberi nocere.
- 7 Praescriptio qn currit. aut dormiat pupillo & an restitui debeat.
- 8 Praescriptio caepa in minorem an currat.
- 9 Restitui in praescriptione quando an non debeat minor.

in prescriptione rei immobilis decem, vel viginti annorum. In primo casu dic idem hodie, quod olim, scilicet, quod currant tales prescriptiones contra minorem sine eo, quod contra eam restituitur, ut in iuribus pro primo membro allegatis. In secundo casu dic similiter idem hodie quod olim, scilicet, quod non currant tales prescriptiones contra minorem ipso iure ut ff. de minor. l. interdum. & C. in quibus causis in integr. restit. non est nec. l. 2. & de tempori. in integr. restit. pe. l. ea qua. In tertio casu dic quod hodie tales prescriptiones non currunt ipso iure contra minores, ut in l. sancimus. C. in quib. cau. in integr. restit. non est nec. quod verum in Iaco. de Ra. etiam, ubi prescriptio legalis cepit in persona praedecessoris minoris propter rationem illius legis, sancimus. quia melius, & c. & ita intelligit. ff. de minor. l. etiam ei. & de tempori. in integr. restit. pe. l. si intra. licet Accur. in hoc contra. in d. l. sancimus. sed fallit in casibus in authen. de haered. & sal. §. pupillus. & C. de tempori. in integr. restit. pe. in auth. si minor, & in auth. de restitutionibus

6 in integrum. & intra quae tempora. §. 1. Aut queris de prescriptioe circa, vel prope xxx. vel xl. annorum: & tunc refert, aut queris, utrum currant contra pupillum, & dic quod non, ut probatur. C. de prescrip. xxx. vel xl. annorum. l. sicut in rem. circa medium ver. sed pupillari, & c. Aut utrum currant contra minorem adultum, & tunc dicuntur Accur. & Ioan. in l. alleg. sancimus. C. in qui. ca. in integr. restit. non est nec. quod sic: sed restituitur quia laesus. vt in l. alle. ff. de prescri. xxx. vel xl. ann. l. omnes. & C. de sacrosan. eccle. authen. quas actiones. extra. eo. c. vnico in cle. & q. res mobiles ecclesie sicut & caetera priuati spatio triennij vsuapiantur de iure coi notat Host. in summa de vsuca. §. quae non versi. quidam etiam & sub rubr. de prescri. rerum immobilium. §. quae exigantur ver. quae tamen. & idem Dyn. j. de regu. iur. ca. 2. lib. 6. & Innoc. §. eo. cap. 1. & Arch. 16. q. 3. §. quas actiones. & Accur. in praedicta auth. quas actiones & Inltit. de vsuca. §. res fisci. & Gof. in summa de prescrip. licet Host. contra. §. eo. c. 1. cuius opinio est reprobata extra. eo. c. vnico. in cle. §. m. G. & Gen. ibi. Aut t de prescriptioe x. vel xx. vel xxx. annorum, & ille non currunt ipso iure, vt in dicta auth. quas actiones. 16. q. 3. §. potest. j. de prescrip. ad aures. de quarta. vigilanti: si diligenti. & per totum. §. m. Abb. hic. Fallit in casu. j. de priuilegijs. si de terra. & ibi dicam. Item fallit in casu ubi ecclesia succedit priuato, vel habet causam a priuato, contra quem prescriptio decem, vel viginti, vel triginta fuerat inchoata. verbi gratia dum prescriberem contra te rem aliquam immobilis bona fide, & iusto titulo inter praesentes, & eam etiam tenuissem per quinq; annos ita, quod non restabant nisi alij quinq; anni: & sic dimidia pars temporis ad prescriptioem complendam transtulisti eam in ecclesiam. Nam hoc casu, si tenuerunt eam postea per viginti annos, qui sunt dimidia pars quadraginta annorum; prescribo contra ecclesiam licet non tenuerim per quadraginta annos, ita quod ecclesia vtetur iure eius, cui succedit pro tempore ipius arg. ff. de peti. haered. l. item veniunt. §. cum praediximus. de minor. l. Amilius Largianus. de vsuris. l. cum quidam. §. fiscus. pro tempore vero suo ecclesia vtetur iure seu priuilegio suo. arg. ff. de minor. l. etiam ei. de vsuris. l. cum quidam. §. si debitor: & pro vtroq; membro facit. ff. de iure fisci. l. fiscus cum in priuati. de fundo dotali. l. si fundum melius. C. de prescrip. lon. temporis. in auth. q. si quibusdam. & j. de iure pat. c. vnico. lib. 6. Et istam distinctionem inter tempus ecclesiae, & tempus sui praedecessoris approbant Ioan. de Deo. & Arch. 16. q. 3. §. potest. super verbo continuare poterit. sed Tan. & Bart. Brixienfis in quaestione dominicali, Titius praedium sen. dicunt, quod imo ad hoc, ut prescriptio contra ecclesiam sit completa currere debent. triginta quinq; anni. & ita coputatis primis quinq; annis erunt quadraginta anni. Et intellige, quod ecclesia contra complementum talis prescriptioem in tempore suo si laesa fuerit, restituetur. ar. extra. eo. c. vnico. in cle. Aut de prescriptioibus xl. annorum, & ille currunt ipso iure, vt in iuribus allegatis. sed ecclesia restituitur contra eas vt. §. de transac. contingit. §. m. Host. ibi de quo per eum in summa. eod. titu. §. qn. & idem innuit Abbas hic. & de hoc per Io. Andr. j. de regu. iur. c. qui ad agendum in nouella. lib. 6. vbi dicit, quod ecclesia Romana aduersus ecclesiam t minorem prescribit spatio xl. annorum sicut & alij: licet contra ipsam minorem tpe centum annis inferior ecclesia non prescribat. ad hoc. j. de prescrip. ad audientiam. & de cle. non resti. cum dilectus. quibusdam tñ vtetur, quod oēs ecclesiae sint ecclesiae Romanae ipsa ecclesia Romana contra inferiores non prescribat, de quo vide. 16. q. 4. volumus. & in Spec. de prescrip. §. illud etiam queritur. Si queris de prescriptioibus in corpore iuris non clausis tunc aut queris de consuetudinarijs, & ille

& ille currunt ipso iure sed restitutio datur contra eas. argu. §. eod. constitutus. cum ibi notatis. Aut de conuentionalibus, & tunc aut cepit prescriptio in persona ecclesie & tunc currit sed datur restitutio. argu. extra. eo. c. vnico in cle. & §. eo. cap. 1. Aut cepit in persona priuati, a quo ecclesia causam habet: & tunc currit cum effectu sine spe restitutionis. ar. l. alle. Amilius Largianus. Vnde dicebat Pet. de Samp. & Abbas hic. & Ioan. post eos quod t quedam sunt tempora in quibus ipsa ecclesia ipso iure seruatur illega: quia non currunt ei vt prescriptio, decem vel viginti annorum. vt in praedicto. §. potest cum cocor. §. alleg. quadam in quibus dormit prescriptio, vt cum ecclesia non habet prelatum vel habet haereticum. de prescrip. c. 1. & c. auditis. & tempus hostilitatis. eo. ti. ex transmissa. quadam de quibus dubitatur. 16. q. 1. nouarum qua sumpta est ex l. placuit. C. de sacrosan. eccle. & dubitatur per l. si diuina. C. de exact. trib. lib. 10. Item dubitatur de vsucapione vt in praedicto. §. quas actiones. Dubitatur autem per l. vlti. C. in quib. cau. in integr. restit. non est nec. sed est certum quod si in ijs casibus laedatur ecclesia restituitur. C. si aduer. vsucap. l. vna. Quaedam t sunt tempora, quae certitudinaliter currunt, nec restituitur ecclesia. §. de elect. ne pro defectu. nec miru, quia illa currunt personis quadam, quae certitudinaliter currunt, & restituitur ecclesia vt hic quadam quae certitudinaliter currunt: & dubitatur an restituitur ecclesia sicut tempora quadraginta annorum: & de hoc. §. eo. auditis. & hoc quasi ad literam notat Spec. eo. titu. §. 1. ver. vt autem

20 Sed t quae est ratio quare prescriptio consuetudinaria currit minori, & etiam ecclesiae. vt. §. eod. constitutus secus de prescriptioe inducta a iure comuni ratio potest esse, quia ius potuit praetendere prescriptioes inductas a iure comuni. & sic in eis, vt non currerent minoribus, vel ecclesiae beneficium indulgere, sed in prescriptioe consuetudinaria ista ratio cessat secundum Innoc. & Abb. & Io. Andr. §. eo. constitutus. & §. m. Gen. extra. eo. c. vnico. in cle. in glo. 2. pro hoc. j. de constit. c. 1. lib. 6. ¶ Pro euidencia huius c. distingue, aut restitutio fuit petita, & concessa, aut non petita, aut petita & denegata: aut petita & non concessa, sed nec denegata. In solo tertio casu t locu habet hec decretalis. Hinc est, quod si non fuit petita, potest peti dummodo sit intra tempora. Si concessa habet locum, & obtentum. Vltimo casu prosequatur instantiam, quae si perijisset §. m. leges inchoet aliam. Nec obstant sibi tpa ex quo non stetit per eum. §. eo. tum ex literis. C. de iudi. l. proferendum §. m. Io. An. hic. qui etiam dicit quod si concessa sit restitui contra contractu, & denegata fuerit restitutio per sniam, non poterit restitui contra sententiam denegationis. ¶ Vnde siue contra sniam siue contra contractum denegetur restitutio, vltimus non concedetur cu hec decretalis. & l. 2. C. si saepius in integr. restit. postu. indistincte loquantur & vtrobique subest eadem ratio. Quae autem sint nouae rationes, alias defensionis, de quibus litera loquitur, no. plene Ioan. Andr. hic. & Spec. eo. ti. §. 1. ver. sed quem vocas.

De alienatione iudicij mutandi causa facta. Rubr.

- 1 Cedi re integra quando possit: & quis agat.
- 2 Cessio iudicio capto sit cedentemq; agere.
- 3 Litigiosa non cedenda.
- 4 Cedi potentiori non licere fallit. §.
- 5 Titulo de alie. iud. mu. cau. fa. quando locus sit.
- 6 Cessio bona fidei praesumitur.
- 7 Cessio simulata nulla.
- 8 Cessione simulatam praesumi.
- 9 Cessio quando simulata praesumenda.
- 10 Cedere quando in clericum liceat.
- 11 Potentior qui accipiendus.
- 12 Cedens potentiori an restituendus.
- 13 Cessio cessionario, aut contra an potior. & 15.

X parte. Si queris quoniam cessio tenet & quantum non, distingue aliquantulum claris quam gl. Aut sit cessio actionis, vel rei in vltima voluntate, aut inter viuos. Si t in vltima voluntate, refert aut sit cessio re integra, & tunc valet cessio: & ipsam actionem mouere potest ille in quem cessio est, vt testator legauit tibi nomen debitoris sui acquiritur tibi vtilis actio ex testamento: & sic potest agere contra debitorem vt. ff. de leg. 3. l. nomen debitoris. & de lib. lega. l. legauit. C. de lega. l. ex legato nominis. Aut t is, qui actionem cedit tibi iam litem contentatus est: & tunc etiam valet cessio sed tñ non intendis actionem. imò haeres testatoris eam prosequetur, & eius

emolumentum tibi tradet. vt. C. de litigi. in auth. nunc si haeres. Si cessio fit inter viuos tunc aut actio vel res cessit vel translata erit litigiosa [aut non. Si erat litigiosa t tunc non valet cessio nisi in casibus necessarijs, de quibus. C. de litig. l. 2. & l. ff. fami. erc. l. alienationes, propter hoc tñ actio, vel res non vt. C. de litigiosis. l. 2. 3. & vltima. Si non erat litigiosa tunc] refert aut sit cessio in potentioem, aut fit in non potentioem. Si in potentioem t tunc aut in potentioem ratione officij publici, vel ratione administrationis publicae, cui, scilicet, praescribit: & tunc aut est in maiori officio seu administratione constitutus: vt quia est magnus dñs, vel Balius, vel magistratus cuius officij occasione terribilis aduersario esse potest. vt. C. quod me. cau. l. fi. C. si quacung; praedi. po. l. vnica. si rector provinciae. l. vnica: & tunc cessio est nulla: & cedens iactura causae afficitur, siue fit actor, siue reus: quia eadem est ratio & text. indistincte loquitur. vt hic. & C. ne lice. poten. l. 1. & 2. l. fin. & facit. C. qui da. tu. pos. in authen. minoris debitor. Aut est in minori officio, vel in minori administratione constitutus, vt sunt decuriones, & tunc t non habet locum titulus. ne lice. poten. nec ex illo capite cessio vitatur. vt. C. de adu. di. iudi. l. 2. & hoc notat glo. C. ne lice. poten. l. 1. Aut cessio fit in potentioem alia ratione, quam ratione officij: puta ratione diuitiarum, vel loci: & tunc aut fit bona fide: & hoc constat, & tunc valet. vt. C. de procur. l. qui stipendia. cum ibi notatis. Aut fit in fraudem. & hoc constat, & tunc habet locu titulus, de alie. mu. iudi. causa fac. quia cessio tenet, nisi aliud impediatur sed cedens tenetur aduersario, contra quem facta est cessio, actione in factum ad interesse. ff. de alie. iudi. mu. causa facta. l. pen. & vltima. Aut t est dubium, utrum facta fuerit cessio bona fide vel in fraudem, & tunc praesumitur bona fides nisi fraus probetur: & qui fraudem allegat fraudem probare tenetur. vt. ff. de probal. quoties §. qui dolo. & Cad. l. Iul. repe. l. vltima. Et hoc tenent. Pet. de Bellapert. & Cy. C. de procur. l. qui stipendia. & Cyn. C. ne liceat poten. l. vlti. Si cessio facta est in non potentioem: tunc aut constat cessionem esse veram, & tunc tenet: & sic loquitur totus titulus de haeredi. & act. ven. per totum. ff. & C. Aut constat eam esse simulatam, quia ille, in quem facta est cessio, est t homo industriosior, quam tu, qui cedis & tu cedis sibi actionem, scilicet, vt postea tibi reddat pecuniam, quam exinde prosequetur: & tunc non valet cessio vt. C. plus valere quod agitur. per totum. Aut est dubium, utrum sit vera, vel simulata: & tunc t praesumitur simulata in tribus casibus. Primus est, quod si pro parte sit vendita & pro parte donata vt. C. man. l. fi. Et in isto casu non agit is, cui ceditur etiam ad id quod dedit §. m. Inno. hic. & Spec. tit. de hoc. act. §. C. verfic. praesumitur. licet Bernardus. l. hic aliter in hoc, & male. Secundo, si modicum pretium datur: quo casu non agit is, in quem fit cessio nisi ad id, quod dedit: & cedens ad restituendum: quia hoc fieri non prohibetur. vt. C. mandati. l. pen. §. m. Odoffre. & Inno. idem Spec. titu. de cessi. act. §. 1. verfi. primus est: ¶ Et utrum pretium sit modicu vel non arbitrio iudicis relinquitur. argu. §. de off. deleg. c. de causis. & ff. de iure deli. l. 1. in fin. Tertio praesumitur simulata si non contineatur causa cessionis in instrumto cessionis. vt. C. mandati. l. per diuersas. & l. fi. & in alijs casibus ibi notatis. Item praesumitur t cessio fieri in fraudem quoniam fit cessio clerico a laico contra laicum: scilicet, puto si contra clericum, argumento huius. cap. Vel potest distingui, quando, scilicet, laicus cedit clerico contra laicum, utrum clericus trahat ipsum coram ecclesiastico iudice, puta, quia sic est de consuetudine, vel coram suo iudice laico, vt in primo casu praesumatur contra clericum. In secundo minime, vt not. Host. in summa. eo. ti. §. 1. in fin. & hoc intellige de iure canonico: quia de iure ciuili cessio facta in clericum non reprobatur: nec praesumitur simulata. Item etiam t de iure canonico valeret si fieret in clericum consanguineum, vel coniunctum cedentis, quia coniunctio facit cessare simulationem & praesumi veram donationem. argu. ff. de donationibus, inter virum & vxorem. l. 3. §. qui in eiusdem. & l. seruus communis. vt hic no. Cyn. C. mandati. l. pen. & nota, quod potentior t semper debet attendi respectu cedentis: & non respectu eius contra quem ceditur vt no. Spec. titu. de cessi. act. §. 1. in princ. verfi. quid si aliquis. Et si minor, vel ecclesia passim iactura causae eo quod cesserunt actio ne t potentiori: non pnt petere restitui: quia in delictis non habet locu restit. C. si aduer. delictum. l. 1. & ff. de minorib. l. auxilium. §. in delictis. & hoc tenent. Abb. hic. in minore. in ecclesia vero, hoc veru est si praelatus & capitulum id fecerunt: alias si oium consensu non interuenisset non redundaret in damnationem ecclesiae. ar. 16. q. 6. l. epm. quod absit. & j. de excep. cum venerabilis. secundu Spec. ibi. pro hoc. j. de regu. iur. c. delictum. lib. 6.

¶ Si cedens

14 ¶ Si cedens, & cessionarius ambo veniant ad agendum in iudicio. si quis quis eorum alteri t' preferatur, & vtrum vtilis actio preferatur directe. Accur. C. de noual. 3. determinat, qd cedens & sic habens directam preferatur. Circa quod sic distinguere. aut vtriusq; ipsorum tam ille, qui habet directam, quam illa qui habet vtilem habet actionem suam proprio suo iure: & tunc preferatur habens directam. vt. ff. de loco pu. fru. l. 1. §. sed si veniant. & de publi. lpen. & ad hoc facit. ff. de acquir. re. do. l. qua ratione. §. litera. in gl. que incipit in rem &c. Aut no t' proprio suo iure, sed alieno nomine, vel vnus habet ab alio, & tunc preferatur habens vtilem. vt. ff. de procur. l. in cause. in fi. Si ager vechi. vel emphy. pe. l. 1. & 2. & de superfi. l. 1. Et ideo quicquid dicat ibi glo. ipse Cyn. dicit ibi preferendum cessionarium: quia cedens non potest venire contra factum suum. pro quo. §. de clericis coniugatis. c. diuersis fallacijs cum ibi notatis. & §. de electio. c. nos. & hoc videtur verius.

¶ De arbitris. Rubrica.

- 1 Arbitrorum vnus, quando sine alio procedat. & 2.
- 3 Arbitrum solum, absente requisito, procedere.
- 4 Arbitrarius absens vocandus.
- 5 Arbitrarius, quando, absentia collega procedat.

Ane. Si quis, qn compromissum est in plures arbitros. duos, vel tres, siue plures, vtrum sententia per eos vno eorum absente, lata valeat, distinguere, aut sunt electi simpliciter sine clausula, quod si non omnes, vel sine clausula illa, duo, aut vnus, aut cum clausula. Si t' simpliciter & sine clausula: tunc aut sunt duo solum, & tunc vnus, alio absente, vel sententiam ferret procedere pot, vel non pot. arg. ff. eo. l. diem proferre. §. si plures. j. responso. & l. si in tres: etiam si ille absens fuerit legitime requisitus de procedendo, cum alio. Et est ratio quia ille presens, & procedens non facit maiorem partem contra absentem. vt not. Ioan. Andr. j. eo. cap. 2. in glo. per hoc dic. lib. 6. Aut sunt t' tres, vel plures, & tunc aut est actum in compromisso, quod non valeat ipsorum trium, vel plurium arbitrorum sententia vel processus, nisi omnes sint presentes, & concordent: & tunc, vno absente, non valebit processus, nec sententia: quia contra formam compromissi esset processus, arg. ff. eo. l. quid tamen. & notat Ioan. Andr. in glo. allegata. Aut non est t' actum, & tunc aut ille absens fuit & est legitime requisitus per alios coarbitros, quod veniat, & compareat ad procedendum vel definiendum vna cum eis iuxta capitulum secundum infra eodem lib. 6. & tunc valet processus, vel sententia ipsius absentia non obstante. vt ibi. & dico, quod valet de iure canonico, non de iure ciuili. vt. ff. eo. l. si in tres. quod quidem ius ciuile debet feruari in foro seculari. fm Ioan. Andr. ibi. Aut non est legitime requisitus, & tunc non valebit nec de iure canonico, nec de iure ciuili, vt in d. l. si in tres: & in d. cap. 2. a contrario sensu. Si sint dati t' cum clausula illa, quod si non omnes vel si non ambo. & tunc dic idem quod in delegatis, scilicet, qn absens debet vocari per alium, vel alios ad procedendum, vel sententiandum vna cum eo vel eis & debito tempore expectari, sicut & condelegatus: & si non venerit, valebit nihilominus processus vel sententia. vt. §. de offi. deleg. c. prudentiam. in principio. Aut sunt dati t' cu illa clausula quatenus vos vel duo: aut alter vestrū, &c. & tunc vno absente, etiam non requisito, alius procedere poterit, si sint duo, vel alij procedere poterunt si sint plures arbitri quam duo, argum. j. de offic. deleg. cum plures. lib. 6. & ita intelligo quod notat Spec. t. i. i. §. in. ver. & nota.

- 1 Arbitrio iniquo ex pacto standum.
- 2 Arbitria iniqua ex officio venocat iudex.
- 3 Arbitrium contra leges nullum.
- 4 Arbitrio dolo non standum.
- 5 Arbitrium emendabile: quique accipiendum. 6.
- 7 Arbitrium laedens partem ad arb. bo. vi. reducendum.
- 8 Lesio parua non curanda.
- 9 Reductio an renuntiare possit.

On sine multa necessitate. Si quis vnus sit sententia, seu dictum arbitri, seu arbitratoris sit iniquum, possit, vel debeat, non obstante iuramento, vel pena apposta, emendari, vel redigi ad arbitrium boni viri, refert t' aut in copromisso dictum fuit specialiter, & expresse, quod ius vnus in totū, vel

in partem possit dare alteri, & quod quantum cuiusq; inique pronuntiaret debere stari dicto suo, & tunc debet partes stare dicto suo: alias ille, qui non stat, est periurus, si iuramentū interuenit, vel comissa est poena si promissa fuit de rigore iuris: nisi dictum esset contra Deum quia tunc non esset obediendum. 1. 1. q. 3. Iulianus. j. de iureiur. Quinauallis. Sed etiam in casu t' premissio iudex ex officio suo considerata qualitate personarum, & loci & temporis & alijs circumstantijs poterit tantē iniquitatis occurrere. arg. hic & §. de transac. cap. fin. vt not. Host. in d. cap. Quinauallis. & Ioan. Andr. post eum. Aut non fuit dictum & tunc aut sententia t' siue dictum arbitri seu arbitratoris est expresse contra leges seu canones, & tunc no valet sed debet emendari. vt. ff. de appel. l. expresse. & notat glo. ff. eo. l. diem proferre. §. stari. idem multo magis si sit contra legem Dei. 10. dist. cap. lege. idem conxor. ibi alleg. Aut non est expresse contra leges, vel canones, & tunc aut t' sententia, seu dictū dolo se latum est, & tunc non oportet ei stari. sed debet ad superioris arbitriū emendari. vt. ff. eo. l. ita demum. & C. eo. l. arbitrorum. vt notat glo. in d. §. stari. & ff. pro socio. l. si societatem. §. arbitrorum. Aut non est dolo se latum, & tunc aut quæris de dicto, seu sententia arbitratoris, & t' talis fuit tale potest, & debet emendari & redigi ad arbitrium boni viri. vt. ff. de ope. lib. l. si libertus iurauerit. & ff. pro socio. l. societatem. §. arbitrorum & hic. Aut de dicto, seu sententia arbitri: & tunc aut est corruptus, & tunc idem vt hic fm Host. Aut non est corruptus & tunc aut dictum arbitri euidenter iniquitatem peccati continet: & tunc ordinarius ex officio suo faciet hoc emendari. vt hic & j. cap. proximo. & ca. exposita. Et hoc t' intellige verum qn infra decem dies fuit contractum, seu reclamatum a parte conquerente, alias contra, vt notatur. j. eo. per tuas. fm Host. & Io. Andr. hic & Spec. hoc titu. §. si. ver. sed infra quod tempus. Vnde fm mentem vtriusq; iuris hoc teneas, pro constanti quod nullum peccatum per legem, vel consuetudinem vel aliquam glo. vel iuramentum, vel privilegium, vel quodcunq; aliud nutiri potest. Sed ijs no obstantibus, puniatur vt patet. §. de consue. ca. fin. & legitur & notatur. j. de præb. extirpandē. fm Host. & Ioan. Andr. hic. Idem notat Ioan. Andr. & clarus. Archi. 2. q. 6. a iudicibus in gl. adde. dicas ibi vide. Aut sententia, seu dictum arbitri non continet euidenter iniquitatem peccati, & tunc t' aut snia, seu dictū grauius & enormiter lædit partem, & tunc reductor ad arbitrium boni viri. & hoc casu non est standū legi: sed canonici: dummodo infra decem dies fuerit contradicium. arg. ff. de ope. lib. l. si libertus iurauerit. Ita loquitur Inno. j. de iureiur. Quinauallis. in fin. & Host. post eum & Arch. in d. cap. a iudicibus. & ita intellige quod not. Ber. j. eo. exposita. in glo. sed videtur. Aut lædit t' leuiter, & modice, & tunc de tali medico non esset curandum. & ita posset sustineri, & intelligi. §. ille, stari. in l. diem. p. ferre. ff. eo. quod, eo casu snie arbitri esset standum. & ita intellige glo. Inno. & Host. in d. cap. Quinauallis. Et vtrum aliquis possit renuntiare arbitrio boni viri per iuramentum vel alias. vide per Dyn. j. de regu. iur. cap. scienti lib. 6. & in Spec. titu. de arbit. §. vlt. ver. Item quid sit compromissum. vbi tenent quod non. & idem videtur tenere Ber. j. eo. cum dilectus in fi. & bene licet Accur. innuat contrarium. ff. si men. fal. mo. dix. l. si duobus. §. fin. alias. i. super verbo. venditor.

- 1 Religiosus simplex non compromittat.
- 2 Cenobij administrator in eius damnum ne compromittat.
- 3 Ecclesia procuratori quando compromittere liceat.
- 4 Compromittit an in monachum possit.

Peruenit ad nos quod cum G. Si quis nunquid clericus maxime religiosus possit copromittere, distinguere, aut t' queris de religioso, aut de clerico seculari. Si de religioso tunc aut est religiosus non hns administrationem, & talis sine licentia superioris non potest compromittere, argu. j. de statu mo. cum ad monasterium. §. si. & cap. monachi. & 12. q. 1. ca. non dicatis. & 16. q. 1. placuit. Aut est religiosus habens administrationem & in tali est idē, quod in clerico seculari. Dic ergo, quod aut queris vtrum religiosus administrationem habens vel clericus secularis possit compromittere quo t' ad perpetuū præiudicium ecclesie, cui preest, vel per quod sua ecclesia obligetur & dico, quod non potest saltem sine cōsensu superioris, vt hic. & j. eo. cum tempore. & cap. exposita. & ca. per tuas. in fin. j. de ijs quæ fi. a præla. cum apostolica. de cens. significauit. fm Host. & Io. Andr. hic: Aut quatum tangit t' suum proprium ius, vel factū: puta si ageretur super possessionib' suis, vel super prioratu, vel ecclesia

ecclesia sua tanquam super beneficio, & tunc potest compromittere eo modo, quo licite fieri potest. vt. §. de off. deleg. in qn de transac. super eo. & j. de præb. nisi essent. vel quo ad fructus, vel quod ad propriū suum, si quod habet, indistincte tenet copromissum. Sic intellige. §. eod. cap. 1. & 2. & j. cap. proximo. & cap. innotuit. & c. cum a nobis. & sic, quamuis in re sua propria quis sit moderator, & arbiter. vt. C. de mandati. l. in re mandata. non tñ in re ecclesiastica. Et est ratio, quia in illa est procurator, non dñs. j. de iureiur. sicut nostris. de dona. cap. 2. & de ijs quæ sunt a ma. parte. ca. capit. 1. Vnde no omnis, qui potest rem ecclesiasticam in iudicium deducere super eadem potest copromittere. Et est ratio quia primum necessarium est, & redditur ius in inuitum. vt. ff. de verb. oblig. l. in re stipulatum. §. 1. non autem fm. vt. ff. eo. titu. l. 2. & de euic. l. si dictum. §. si compromiserō. Istam distinctionem in effectu ponit Host. in summa eo. tit. §. de qua re. ver. si. quid de cler. & Spec. hoc tit. §. restat autem ver. sed nunquid clericus, &c. De hoc etiam nota. in. §. finitur ver. si. quid si prælati. & vtrum vasallus possit copromittere super feudo, dic vt per Host. in. §. alleg. de qua re. ver. si. sed nunquid vasallus. & se. & per Spec. in. §. alle. reit. ver. sed nunquid vasallus. vbi dicunt, quod hoc potest in præiudicium sui, non dñi sui, argumento huius capituli. Item vtrum monachus possit t' recipere arbitrium, vide plene in Spec. hoc titu. §. si. n. & ver. sed quo ro diligenter. & se. sed Vinc. dicit q' non. j. de statu monacho. cum ad monasteriū. in principio ver. vnde si quicquam vbi hoc probatur, quia refert omnia ad abbatis arbitriū. & in hoc casu non valet arbitrium vbi referatur arbitrio tertij. ff. eo. l. item si vnus. §. 2. fm Vinc. ibi & Io. Andr. post eum.

- 1 Penam non petit ecclesia.
- 2 Penitentia quatenus infligenda.
- 3 Penam iudici applicabilem recte petit ecclesia quique accipiendum. 4 & 5.
- 6 Penam conuentum recte petit ecclesia. fallit. 7.
- 8 Penam cum re quando, an non, petibilis.
- 9 Penam vsuraria non petenda.
- 10 Penarum genera: & an cum re peti possint.
- 11 L. Celsus enodari.
- 12 Penam subrogata quando cum re, an non peti possit. & 13.

Dilecti filij abbas & cōuentus.

Dilecti filij abbas & cōuentus. Super glo. si quis, vtrum ecclesia vel persona ecclesiastica possit penam exigere vel petere, distingue, quia aut queris, nunquid possit exigere, t' scilicet, in iudicio anime, & in foro penitentiali: puta quia aliquis in foro penitentiali confessus est se futurum fecisse: & dic q' non. Sic intellige. 12. q. 2. de fraternitas. fm Archi. ibi super verbo recipiar. & cōcor. Io. ibi in gl. & Host. in summa. eo. tit. §. quis constitutus ver. sed nunquid religiosi. & titulo de penis. §. que quibus & per quem. lib. 6. sed nunquid possunt persone ecclesiasticæ & Archi. 94. dist. c. dictum. glo. adde vbi hoc & c. vbi dicit fm Io. Andr. q' in t' foro penitentiali non debet pena sine multa pecuniaria imponi penitentibus nisi quod fm facultates satisfacti lætis, orationibus, ieiunijs & elemosynis redimat peccata sua. de peti. dist. j. medicina. & c. medicamentū. Aut queris nunquid possit t' petere, seu exigere penam in iudicio corporis, seu in foro iudiciali: vt quia aliquis in foro iudiciali confessus vel conuictus est futurum fecisse vel in penam aliquā incidisse. & tunc aut queris de pena iudici applicanda, & quam petit vt iudex, vel vt superior qui pro tribunali præest. & dicit q' eam petere pot' siue sit pena a lege permissa. vt notat hic glo. ibi solutio dicas & in iuribus hic allegatis; siue sit pena consuetudinaria, vt legitur & notatur. 23. dist. quāquam. in fi. & §. de off. ordi. dilectus: siue sit pena contumaciā puniens. ff. si quis ius di. non obtempel. vnica: & hoc dummodo non t' excedat modum definitū. C. de modo null. eos. fm Host. & Ioan. Andr. hic. & avaritia causa non extorqueat. sed pro bono rei publicæ. vt. j. de sumo. nemo. & §. de off. ordi. irrefragabili. in fi. alias secus. Et ita pot' intelligi, & saluari quod not. Archi. in d. dictum. dicens fm Io. Andr. q' in foro iudiciali ecclesia no potest recipere penam pro culpis commissis: nisi vbi inuenitur a canone definitū. vt probatur. j. de penis. c. 2. licet & §. sequen. & c. suam. Aut queris de pena, vt priuato applicanda, & quā petit vt priuata persona. & tunc aut queris de pena legali, vel canonica & illa petere potest. vt x. q. vlt. Aut de pena a iudice imposta & illa t' peti vt in d. c. quāquam. & ff. de regu. iur. l. a quoquam. vt not. Inn. j. de pæ-

nis. c. suam. Aut t' de conuentionali, & tunc aut de conuentionali promissa bona fide non in fraudem vsurarum, & illam petere, potest, vt hic. Nam & petit fructus perceptos & percipiendos vt. j. de resti. spol. grauis. & 12. q. 2. non liceat. Item petit omne interesse. j. de fideiuf. c. peruenit. & c. constitutus fm Goff. qui ita notat. j. de iudicis. ad liberandam. & Archi. in d. ca. fraternitas. & ad hoc facit quod not. Archi. in d. c. dictū dicens fm Ioan. quod in contractibus potest peti pena pro damno, & interesse. vt. j. de penis constitutus. cum suis conxor. ad idem etiam facit. eo. titu. suam a contrario. Aut t' de pena conuentionali promissa fraudulenter, & in fraudem vsurarū & illa peti non potest vt. j. de empt. & vendi. ad nostram. & ff. de actio. empt. & vendi. l. si idem. l. fm Ber. & Host. hic. & Host. in summa. in ver. alleg. sed nunquid religiosi & Io. 25. q. 2. si ecclesia. alias est. §. sub cap. decessorum & adde quod dicam. j. de penis. cap. licet vbi etiam de hoc per Ber. in glo. 2. & Inn. & Host. post eum. & quod dicam. j. de pigno. illo vos.

¶ Super eadem gl. Si quis vnus res, & pena t' simul peti possunt, potes distinguere, vt Ber. hic in ver. vel melius dicas. & ita etiam distinguit Ioan. 25. q. 2. c. decessorum. §. si ecclesie. Vel distingue aliter sic. Aut pena succedit loco rei, & tūc altero sit contentus. vt. ff. pro socio. l. si quis a socio. & l. q' si ex stipulatu. & de act. empt. & ven. l. prædia. Aut pena no succedit loco rei, & tunc vtrunq; petere potest. vt. ff. de arbi. l. si quis rem. ita notat Ioan. Fabri. & Archi. in d. c. si ecclesie. & licet vtraq; distinctio pbabilis sit & sustineri possit. Ego tñ Henricus credo sic distinguendum. Aut queris t' de pena, quæ non potest exigi, seu peti, vt illa quæ interponitur in fraudem vsurarū vel alia de qua in distinctione præcedenti, & talis nec per se nec vna cum re peti potest, vt est dictum. & ita possum intelligere. j. de penis. c. suam. Aut queris de tali pena quæ potest exigi seu peti & tunc aut est mera pena, aut non, aut est dubium. Si est mera pena tunc non distinguo inter penam legalem, & conuentionalem: sed dico indistincte, quod vtrunq; potest peti, vt probatur de legali. 22. q. 2. cap. si ecclesie. in fit. de oblig. que ex male. mal. §. pena. ff. de fur. l. si pro fure. §. furti. De conuentionali probatur. ff. de transac. l. qui videm. & C. de transac. l. cum pponas. licet quidam, vt Pet. de Bellaper. in l. alleg. cum proponas. distinguant t' hoc casu inter penam legalem, hoc est, appositam per legem, in qua obinet, quod est immediatē supra dictum, scilicet, q' vtrunq; possit peti, vt in l. alleg. si pro fure. §. furti. & inter penam conuentionalem, hoc est, appositam per conuentionem parium, quod casu refert fm cum, aut res, & pena petuntur ex eadem causa & tunc no potest vtrunq; peti. vt verbi gratia. Arbitrari te cōdemnauit, vt mihi restitueres rem intra Calendas Septembris & arbitrium est homologatū expresse: quia dicit placet in isto casu no possum vtrunq; petere. vt. ff. de arbi. l. Celsus. 2. responso. Aut petuntur ex diuersis causis: & tunc potest vtrunq; peti. vt verbi gratia. Arbitrari te cōdemnauit, vt mihi rem restitueres, no vis mihi restituere, tunc possum rem petere pristina actione & etiam penam quæ fuit deducta in arbitrium. vt. ff. de arbi. l. si quis rem. fm Petrum. Sed contra fm membrum ipsius, scilicet, qn res & pena conuentionalis petuntur ex eadē causa faciunt expresse leges allegatæ, qui fidem. & cum proponas. Nec obstat. l. allegata, Celsus. t' inducta per eum: quia ibi nec erat pena legalis nec conuentionalis sed arbitralis & ille cui pena erat comissa recipiendo rem renunciauit tacite pæne: & maxime, quia ille cōdemnatus, & iustus restituere rem intra Calendas, licet in aliquo contempserit iussum arbitri: quia non soluit intra Calendas non tñ in toto contempserit quia soluit quam citius potuit, & duo sunt iustus seu præcepta scilicet, soluere, & infra tempus soluere vt ibi. & j. de dolo & contu. c. cum olim vt notat ibi glo. Secus si in recipiendo rem proteltatus fuisset de pena, vel si rem recepisset, saluo iure suo. Nam tunc poterit petere penam, argu. ff. qui. mio. pig. vel hyp. fol. l. si debitor. §. 1. & ita intelligit. l. illam Spec. tit. de arbi. §. fin. ver. sed po ne, quod dum recepit. Sequitur de alio membro qn t' non est mera pena: & tunc aut pena apponitur loco particularis interesse: & tunc dico similiter, quod vtrunq; pot' peti, vt patet de iure ciuili in vsuris debitis ex mora, vel per stipulationem, quæ sunt in loco particularis interesse. vt. C. de vsuris. l. 1. & l. 2. & patet etiam. ff. de act. & obli. l. tractitiae. in principio. patet etiam de iure ciuili & canonico in actionibus arbitrarijs. vt. ff. de eo quod certo loco. l. 2. §. fin. & in emptore percipiente fructus rei emptæ & est in mora soluendi precij quia tunc veniunt vsurae vt interesse. vt. ff. de vsuris. l. euictis. §. fi. & C. de vsuris. l. 3. patet etiam in damnis & interesse, que peti pnt. vt 12. q. 2. si quis clericus. j. de fo. cōpe. c. dilecti. & de fideiuss. peruenit.

peruenit. & c. constitutus. & nota. ibi per Ber. & Hofl. Item qñ nomine pœne aliquid promittitur sine fraude, si ad terminum non soluitur. & rem promissam, & pœnam præstare compellendus est promissor. 12. q. 2. fraternitas. & melius c. in legibus. & hic. fm Hofl. in d. c. conquestus. Aut t pœna promittitur & surrogatur loco totalis interesse: & tunc dico quod non potest peti vtrunq; sed alterum tantum: vt. ff. de pactis. l. rescripti. §. si pacto. nisi quatenus vnum excederet aliud, vt. ff. de act. emp. & vendi. l. prædia. & ff. pro socio. l. si quis a socio. & l. sequenti. Quando vero est dubium, tunc præsumitur apposita loco interesse: vt. ff. si quis cau. l. si duo. §. 1. vt notat Io. Andr. j. de regu. iur. c. bona fides. in nouella. lib. 6. vbi de hoc.]

- 1 Compromitti in iudicem eo cogente non posse. & cur. 2.
- 2 Compromitti in suum iudicem; posse de re cuius iudex non est.
- 3 Compromitti in suum iudicem, vt arbitratorem posse.
- 4 Arbitria separatim partium valere, connexorum non item. 6.
- 5 Testamentum partim non valere.
- 6 Libertatis causa non compromitti. fallit. 9.
- 7 Libertatis causa qua.
- 8 Exemptum foro non renuntiat: nec sententia in eum lata nõ tenet.
- 9 Exemptionis priuilegio, qui renuntietur.
- 10 C. quia in cunctis. enucleari.
- 11 Clericus quando a iudice laico plectendus.
- 12 Citatus a non habente iurisdictionem ne sistat.
- 13 Citatus a delegato compareat. fallit. 17.
- 14 Citatus sine sit iurisdictionis citatis, aut non, an cõparere debeat.
- 15 Pro cessus a non suo iudice an validus.
- 16 Clericus coram laico ne compareat.



Vm tempore C. Papæ. Si quis vtrius possit in iudicem compromitti tanquam in arbitrum seu arbitratorem, aut amicabilem t copositorem, distinguere aut compromittitur in iudicem ad sui iurisdictionem seu compulsionem, id est, ipso cogente partes in eum compromittere: & tale copromissum nõ valet, sic intellige, ff. eo. tit. l. sed si in seru. §. si quis iudex. & ita intelligunt Vinc. Tan. Ioan. Philip. & Bernar. hic. in 1. glo. & j. de presump. literas. & Gof. in decret. vlt. j. de rer. permu. §. illi. & Io. 3. q. 7. §. tria ad fin. vers. si quis vero iudex. Et est t ratio quia compromissum debet esse voluntariu: vt. ff. eo. tit. l. 3. & de euic. si dictu. §. si copromissero. Aut copromittitur in eum non t ad sui iurisdictionem, vel copulsionem, sed sponte, & voluntarie, & tunc aut queris nunquid possit compromitti in iudicem de & super tali re, seu causa, de qua non est iudex, nec potest vt iudex cognoscere, & tunc sic: vt. C. de epis. audi. l. episcopale. Aut compromittitur t in eum de & super re seu causa de qua est iudex. & potest cognoscere sicut iudex: & tunc aut queris nunquid possit copromitti in eum, sicut in arbitratorem seu amicabilem compositorem, & dic quod sic. Ita intellige in authen. vt disse. iudic. §. si vero contigerit. colla. 9. & ita possit intelligi istud. ca. Aut queris nunquid possit compromitti in eum tanquã in arbitrum, & tunc Hofl. hic & in summa. eo. tit. §. quis possit esse arbitrum. vers. Sed nunquid iudex & Hug. & Laur. 3. q. 7. §. tria. & Accur. ff. de arbitri. l. sed si seru. §. si quis iudex. & in §. alleg. si vero contigerit dicunt quod non. argumento illius. §. si quis iudex. Sed Vinc. & Tan. & Bernar. hic. & Ioan. in §. allegato tria. contrarium tenent per istud. cap. & j. eo. cum olim. & c. ex parte. & j. de presump. literas vbi Abbas idem tenet & de præb. nisi essent. idem tenet Spec. hoc titu. §. 2. vers. sed nunquid in ordinariu. & hoc credo verius de iure canonico. Nec obstat. §. allegatus. si quis iudex: quia loquitur de compulsionem: vt dicit glo. hic & in capitulo allegato literas. ¶ Si queris vtrum arbitrium vel sententia pro parte teneat, & pro parte non, distingue aut in arbitrio, vel sententia sunt plura capitula, aut est vnum solu. in capitulo. Si t sint plura capitula, tunc aut sunt diuersa, & separata: aut sunt cõnexa. Si sunt diuersa, & separata: tunc aut non est actu inter partes, vt de omnibus simul pronuntietur: & tunc tenet pro parte ipsa sententia, & pro parte nõ. & sic potest intelligi istud capitulu. & concor. j. de præb. nisi essent. & cap. dilectus. 1. & 2. q. 6. §. si quis ex pluribus. Aut est actu vt de omnibus simul pronuntietur, & tunc sententia non potest pro parte valere, & pro parte non, Sic loquitur. ff. eo. l. quid tamen. Si t capitula sint cõnexa, tunc non potest pro parte valere, & pro parte non. & idem si vnum capitulum tantum esset in sententia. Sic intellige. ff. famil. ercisc. l. in hoc iudicio. ita distinguit Gof. hic. & Arch. 2. q. 6. §. diffini.

7 tua. vers. item cum certa. Testamentu t vero non potest pro parte valere, & pro parte non. imò aut in totu valet, aut in nihilum. instit. de hæredibus instituen. non autem. fm Hofl. Quid autem de instrumentis si in vno articulo sit falsum, vide quod notatur. 9. dist. si ad factas. & per Inn. j. de hæret. fraternitatis. & adde quod dixi. §. de offi. deleg. cum super abbacia. ¶ Super gl. fin. Si queris, vtrum de & super causa libertatis, seu status hominis possit in arbitrum compromitti, distingue, aut queris de causa libertatis, seu t status hominis. & de tali nõ potest compromitti: quia illa causa maiores iudices requirit vt. ff. eo. l. non distinguemus. §. de liberali. & §. de in integr. restituc. causa restitutionis. in fin. vbi Inno. & Hofl. ponunt ista duo prima membra. Aut queris de t causa libertatis, seu status ecclesiæ, vt quia agitur de subiectione ecclesiæ alicuius: & de tali potest compromitti: vt. §. de restituc. in integr. cap. auditis. & j. de præscr. cum olim. cum distinctione tamen: quia aut ista ecclesiæ de cuius statu agitur non est immediate subiecta Papæ, & tunc potest compromitti: vt in iuribus allegatis. Aut est immediate subiecta Papæ: & tunc non potest sine licentia Papæ compromitti, vt hic. Vnde hic impediatur compromissum ratione priuilegij concedentis, scilicet, Papæ. de cuius priuilegio nullus sine speciali eius licentia cognoscere potest, vt legitur & notatur. j. de iudic. capi. cum venissent. & ita in effectu distinguunt Hofl. Pet. & Abb. hic. sed Io. Andr. in d. cap. causa. dicit quod Gof. dicebat, quod hic non approbatur arbitrium, vel de amabili compositore loquitur, sed tenens dictum Inn. & sequacium potest reddere rationem diuersitatis: quia qñ agitur de statu, vel exemptione ecclesiæ illa non est simpliciter causa liberalis, sed potius subiectionis. i. cui subit. Vnde est libertatis certa iurisdictione: sed non simpliciter: quia non potest esse acephalus. 93. dist. nulla. facit extrabagans Bonifacij vnam sanctam. Sed cum queritur de homine, an sit liber, vel seruus t illa proprie dicitur causa liberalis. & ista multo magis est preiudicialis quam prima: quia seruus terè equiparatur morti. ff. de regu. iur. l. seruutem in fine. fm Ioan. And. Vnde tenet distinctionem prædictam. Et quæ sit ratio casuum in isto. §. fin. expressorum & quid de causa excõcationis, vide per Hofl. in summa eod. titu. §. de qua re. post principium. Hæc decretalis cum sua materia inducitur per Guidonem de Min. epm Martinensem ad questionem per eum disputatam, quam ponit Io. Andr. j. de regu. iur. c. scienti. lib. 6. in nouella quæ talis est. Exemptus cõtrahens in loco exempti, pñit creditor non declinare forum dioecesani, si statuto termino non soluisset debitu, de quo soluendo præceptum diocesani recepit. Lapsu termino & debito non soluto, diocesanus ignorans illum exemptum, (quia nec talis cõter. ptabatur) illum citauit: & quia nõ comparuit eum vt contumacem excõcauit: queritur, an talis sententia liget, quod videtur per illam regulam. Nec enim potest se dicere iniuriatu, qui se iur. & consensit. Dubium questionis in duobus consistit, scilicet, vtriu sententia liget, & vtriu renuntiare potuit: quorum primum affirmatiue probat rationibus quatuor, & fm totidem & vna glo. Innoc. & Hofl. j. de verb. sign. ex parte. in fin. magne glo. E contrario horum quodlibet probat, negatiue, & j. successus soluit, qd exemptus priuilegio fori renuntiare nõ possit expresse, vel tacite sine Papæ licentia, & si renuntiat processu vel snia non tenet, quia etiã superioris fauorem respiciat tale priuilegiu, ne suis subditus iudicetur ab alio. facit ad Romanos. 14. 2. q. 1. multi. & ca. nomen. j. de iur. iur. c. nimis. & hic. Neq obstat, quod hic notat quod valeat quo ad renuntiationem quia istud, & omnia similia procedunt, qñ renuntiatio lædit ius renuntiantis, tantum, & nõ superioris vel alterius, benefacit. j. de foro compet. cap. Romana. lib. 6. in princ. vbi etiam consentientibus partibus Archiepiscopus omisso appellationis articulo, non cognoscit de principali ad id quod dicitur iura renuntiare posse expresse priuilegio. j. de foro compe. cap. dilecti. & C. de pactis. l. si quis in cõsuetudo. & etiam tacite contrahendo, vel delinquendo in loco non exempto: vt. j. de priuileg. cap. 1. lib. 6. ad quod facit quod not. Ioan. 1. q. 1. inoluta. Vnde exemptus permittendo t præferibi contra priuilegium exemptionis. spatio xl. annorum illi renuntiat, vt patet. j. de priuileg. in cap. accedentibus. & facit. j. de ca. monacho. cap. 2. Respondetur, qd illa non sunt sine auctoritate Papæ, & iuris cõis prouidentis eodem modo respondentur ad decretalem vltimam de pœnit. & remif. quæ permittit exempto eligere iudicem animæ suæ quod est maius. 12. q. 1. præcipimus. j. de pœnit. & remif. cum infirmitas. Fortius ergo videretur posse eligere iudicem sui corporis quod est minus. j. de regu. iur. cui licet. lib. 6. dicit tñ Guido, quod exemptus corã ordinario debuit

rio debuit comparere: & suum priuilegium allegare: quod si non fecit excõmunicari potuit, vt cõtumax, cui non placet dictum. Spec. de citatione. §. 1. vers. pone iudex. & §. pen. in fi. cuius verba ponit Archid. 1. 6. q. 4. placita. in fin. Sed tñ sibi placet, quod notat Inno. & Hofl. in calleg. ex parte in Christo. in fin. magna glo. Et hoc illa ratione, quia in dubio cognoscit, an sit sua iurisdictione: vt. j. de priuileg. c. cum personæ. lib. 6. ergo cum quo ad illum articulum sit iudex cõpetens in dubio cessant oia iura, quæ dicunt processum a non suo iudice factu non valere: nec etiam tenerè per quod patet solutionem cessare vbi notoria esset exemptio. Non obstat capitulum, quia in cunctis. de concessione præbendæ. lib. 6. t vbi alias, ibi priuilegium, quod ex cõmunicari non possit statim habet effectum cum ad priuilegiati notitia peruenit: quia id facit intentio concedentis volentis adimere cuiq; etiam ordinario potestatem illum excõcandi, saluo eo, quod habes de priuileg. ne aliqui. lib. 6. Non enim sic in priuilegio exemptionis. cod. titu. cap. 1. lib. 6. Item in illo casu remanet ordinarij potestas vel puniendi. vt patet ibi in §. in eos, & vide quod notatur. per Ioan. And. ibi in glo. 2. Scire te volo, quod Aegidius. Cremon. post Ioan. de Deo. q. 32. disputauit hanc questionem, an si iudex laicus citauit clericum, qui tamen cõi opinionem laicus habebatur, vt se defenderet ab accusatione homicidij, & quia non venit, eum banniu, ant teneat bannum, arguebat quod sic, quia quilibet nascitur laicus. Talis ergo præsumitur, nisi clericus probetur. 2. q. 1. legum. In contrariu inducebat iura detestari, quod aliquo modo laicus in clericum animaduertat vel iudicium exerceat. 1. 1. q. 1. nullus iudicium, palea est. & quæ habentur. j. de foro cõpe. c. 2. ad idem. eo. tit. c. diligenti. Et dicebat Ioan. de Deo prædicta debere intelligi de clerico qui per admonitionem episcopi priuatus non erat priuilegio clericali: vt. j. de sent. ex com. c. in audientia. & cap. contingit. soluebat autem ipse Io. qd cum deliquisset t incedendo sine tonsura, & nesciretur esse clericus, & fuisset contumax, potuit per iudicem laicu puniri. j. de priuileg. c. ex parte. Tertio ne furemur Aegidii labores suos, est sciendum, quod ipse ad solutionem ipsius questionis plene tradere voluit materiam illam, qñ quis teneatur ire allegaturus priuilegium, sic distinguens, aut citans non innititur alicuius iurisdictioni nec, t alias est notorium citantem esse ordinariu citati, & tunc citatus venire non tenetur etiã allegaturus priuilegium, licet in veritate iudex iurisdictionem habeat ex aliqua causa latenti. argu. ff. si quis cau. l. si seruus. & l. quoties. & sic loquitur vltima decretalis, bonæ. 2. de elec. allegata. & quod notat Inno. de offi. deleg. prudentiam: vt ibi scripsi super glo. 2. & de appel. c. Romana. §. 2. lib. 6. vt ibi notatur in gl. & si citauerit & quod super ea scripsi. Aut in citatu t innititur iurisdictioni in subditum: & tunc aut delegate aut ordinarie. i. delegate & verus delegatus est, vt afferit, citatus comparere tenetur: alias valebit sententia contra eum lata excõmunicacionis, missionis, & quilibet alius processus alias legitime factus. Si vero nullam t delegationem habet & forte falsum tenorem rescripti transmittit, tunc licet caute agat citatus cõparendo, tñ licet non compareat, nil valet processus cõtra non cõparentem iurisdictionis defectu. allegat notata per Inn. j. de dilato. ca. 2. imò hoc casu tenetur iudex ad interesse citato, vt not. in prædicta decretali prudentia. ad finem secunde glo. Si aut innititur iurisdictioni ordinarij, vt quia dicit citatu in territorio suo deliquisse, vel contraxisse vel est alias, fm cõmuni opinionem, in numero subditorum, tamen per aliquam exceptionem potest iurisdictione eligere. tunc distingue, an citatus reperitur in iurisdictione citatis, tan non. sequendo casu ire non cogitur sic, scilicet, quod si non vadat, possit excõcari, vel multari. nam extra territoriu. & c. de constit. c. 2. lib. 6. alleg. not. de foro cõpet. c. Romana. §. contra hentes. lib. 6. & not. per Inno. eo. tit. c. licet. Si vero reperitur in iurisdictione citantis, tunc si ex parte iudicis, vel citati nullum subest impedimentu iuris, quominus inter eos possit esse iurisdictionis exercitium, siue sit verum, vel falsum, quod dicitur contraxisse sub eo, vel deliquisse. & sit exemptus vel non, debet ire allegaturus priuilegium suum. alias procedi poterit contra eum: cum iudicis sit cognoscere, an sua sit iurisdictione. & sic loquitur. l. si quis ex alien. ff. de iudi. & quod not. ff. si quis in ius vñ. non le. l. 2. §. de rescriptis, super literis. ad fin. Sed tñ si queratur inquantu valeat processus hoc casu factus cõtra eum qui de iurisdictione non erat: de delegato, se expedit, qd non valet, si falsum erat quod prætendebat. Si verum, valet quicquid alias legitime fecerit. Si aut ordinarius erat, licet alias falsa sit causa, quam prætendebat, valet quod fecit, quo ad punishmentem contumacis: sed de principali cognoscere non poterit, etiam si sit

talis causa, in qua possit lite non cõtestata procedi: & tunc habet locum, quod sententia a non suo iudice lata non tenet, nec valet. C. si a non cõpeten. iudice. l. fin. cum cõcor. Si autem subesset tale impedimentum, quod citans nullo modo posset esse iudex: vt quia citans priuatus est, vel etiam t citatus a laico clericus est, tunc dixit questionem soluendo, & terminado quod ire non tenetur, & ad hoc allegat principaliter glo. l. 1. C. vbi de cri. agi oporteat. & dicit Spe. vbi. §. & Io. An. in calle. scienti. & de materia hmõi distinctionis dicam. j. de iudi. ca. 1. dist. 3. & c.

- 1 Arbitrum de pœna promissa nõ cognoscere.
- 2 Arbitrum de pœna actionis cognoscere.
- 3 Appellari an ex pacto possit.



Vm dilectus filius & infra. Ad declarationem glo. fin. in questione. Sed nunquid potest cognoscere. si queris, vtrum arbiter possit cognoscere de & super pœna, distingue aut queris de pœna a parti bus t inuicem promissa de stando dicto arbitri, vel de cõparendo ad dies assignandos coram eo: & de tali non cognoscitur quia de ea non est in eum compromissum: vt in l. hic allegata. ff. eo. l. 2. l. quid tamen. §. vlt. Aut de pœna t proveniente iure actionis. de qua in eum est copromissum qualis est illa. ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. ff. quod met. cau. l. si cum exceptione. §. hæc aut acti. & de illa cognoscere potest. arg. ff. de ijs qui nota. infamia. l. quid ergo. §. ex copromisso. Item arbiter non potest multare contumacem, nisi hoc habeat ex forma compromissi: vt. ff. eo. l. 2. in fin. sed bene potest in expensis condemnare: nam & de interesse cognoscit. ff. eod. l. non distinguemus. §. item non est. & hoc est quod distinguitur. ff. eo. l. nõ ex omnibus. fm Hofl. hic. & Ioan. Andr. post eum. & in hoc concor. Inno. j. eo. l. ex parte. Et de ista questione not. Hofl. in summa eo. titu. §. qualiter ad effectum. vers. sed nunquid potest punire, & vtrum compromittentes t possint conuenire inter se, quod a sententia arbitri vtraque pars appellare possit, vide plene per Hofl. j. de testa. c. Raynal. per Cyn. C. eo. l. 1. & per Ioan. Andr. hic. Item nota, qd non potest peti restitutio, vel excipi de spoliacione coram arbitro super ijs, de quibus non fuit copromissum, vt not. Bar. Brixienfis in questione dominicali, quæ incipit actor & reus. & c.

- 1 Arbitr ex pacto sui interpret.
- 2 Arbitr dictum suum non nisi statim, potest declarare. & 3.



Vm olim super eligen. Si queris qñ aliqd debet fieri cum consilio, vel de consilio alicuius vtrum oporteat, & sufficiat petere, seu requirere consiliu absq; eo, qd sequatur, vel vtriu oporteat sequi, vel quid iuris, distingue vt dixi supra de consil. ex parte. ¶ Hic habes, quod Papa interpretatur dictum seu sententiam arbitri. Sed si queris, nunquid ipse arbiter dictum seu sententiam suam interpretari seu t declarare possit, distingue aut habet a partibus specificam, & expressam potestatem dicti sui, seu sniam suam interpretandi, seu declarandi: & tunc pot hoc facere, argu. ff. eo. titu. l. non distinguemus. §. de offi. & §. si. Aut non habet a partibus huiusmodi potestatem. & tunc aut queris t vtrum possit interpretari seu declarare verba sua in ipsa prolatione dicti sui, seu sententiæ suæ, vel in continenti post, antequam diuertat ad alios actus, & dico qd sic: quia eo casu posset mutare sniam suam quod est maius. argu. j. de testi. cog. præterea. ff. de hæredibus instituen. l. si ita. & not. Spec. hoc titu. §. fin. vers. licet autem. & pro hoc facit. ff. eo. tit. l. qualem. vers. vnde videndum. ergo multo magis poterit declarare vel interpretari quod est minus: vt in dicto. vers. vnde videndum. Aut queris nunquid possit t interpretari seu declarare verba dicti sui, seu sniæ suæ ex interuallo post prolationem eiusdem. & dico qd non. argumento huius. c. & ita intellige quod not. Spec. hoc tit. §. fin. vers. sed nunquid verbum obscurum. & Archi. 1. 2. q. 1. §. ex ijs omnibus in gl. adde quid ergo, vbi dicunt qd arbiter potest sniam ab eo latam non potest eam interpretari, pro quibus faciunt ea, quæ leguntur, & notantur. ff. de appel. l. ab executore.

- 1 Compromitti de rebus ecclesiæ temporalibus posse.
- 2 Compromitti de spiritualibus quatenus liceat, an non.
- 3 Compromitti de rebus ecclesiæ in quos possit. & qualiter. 4.



Ontingit auctori. Si queras, vtrum de, & cis possit in laicum compromitti, distingue aut queris nunquid possit in eum compromitti de, & super t rebus

1. Rebus ecclesiasticis mere civilibus, & temporalibus. & dic quod sic. argumento huius c. quod cum tantum prohibeat de spiritualibus tacite de temporalibus concedit: quia quod in vno prohibetur in alio conceditur. 2. dist. qualis. & j. de presump. nonne. fm Ber. Inn. & Holt. hic. & est casus. s. eo. dilecti. & j. co. exposita. adeo. fm T. Innoc. & Holt. s. eo. dilecti. quod in hoc consensu iudicis superioris ecclesiastici non requiritur & exponitur ibi in fi. praefertim, id est maxime. sed Gof. exponit id est, tantum. quia clerici & ecclesiasticae personae non possunt, dimisso episcopo, adire forum seculare. vt i. q. 1. c. clericum cui iussit ordinis. & j. de foro cope. significasti. & ideo, fm eum, necessarius fuit consensus episcopi ordinarij, qui iurisdictionem habebat super illis, de quibus compromittebat. vt. j. eo. c. per tuas. in fi. Nec obstat. j. eo. exposita. quia ille dux fuit arbitrator, seu amicus copositor, & non arbiter. fm Gof. s. eo. dilecti. Sed primam opinionem videtur approbare Arch. in d. clericu. in 1. glo. Aut queris nunquid possit in eum compromitti de & super rebus spiritualibus, & tunc t aut queris, vtrum hoc possit fieri auctoritate superioris, aut sine auctoritate superioris. Si auctoritate superioris, tunc dixerunt Vinc. & Io. hic. indistincte, quod sic. Tu vero dic, aut queris, vtrum possit fieri auctoritate Papae, & dic, quod sic, siue in solu laicum, siue in laicu cum clerico, vt. 3. dist. s. verum. & c. ad hec. cum ibi notatis. in glo. arguitur hic. & c. 94. dist. c. 1. cum ibi no. in gl. arguitur, quod Papa. 96. dist. bene quidem. cum ibi no. in gl. non licuit. & gl. ar. q. Papa. quam gl. multi non hnt, & male. & per G. j. de off. dele. c. ab arbitris. glo. 1. lib. 6. pro hoc etiam facit. j. de foro cope. c. 2. j. responsio. a contrario. vbi Holt. & Io. An. exponunt fm vnum modum verbu pontificis. id est Papae, qui solus hoc potest generaliter concedere. ad idem. 2. q. 4. Menam. & c. no. hnt. & c. habet hoc. pprium. 2. q. 7. nos si incopetenter. Aut nunquid hoc possit fieri auctoritate episcopi, vel alterius superioris a Papa. & tunc aut queris vtrum possit compromitti in laicu & clericum simul, & dic quod sic, siue ille superior, qui de causa cognoscit, & praestat auctoritate sit delegatus, siue sit ordinarius. arg. j. c. proximo. fm Ber. Innoc. Holt. & Io. An. hic. & Holt. & Io. An. j. de praesc. c. cum olim. Aut queris vtrum possit compromitti in solu laicum, & tunc Inn. hic. & Io. 16. q. 1. ca. plures dicunt q. sic. arg. j. c. proximo. Sed Holt. & Io. An. hic. & s. eo. dilecti. tenent contrariu. & idem tenet Arch. in ca. alleg. plures. & j. de off. deleg. c. ab arbitris. glo. 1. lib. 6. arg. in eo, quod legitur, & notatur. s. de off. deleg. cum te. & Io. An. j. de appel. c. legitima. lib. 6. & hoc tutius est: quia inferior non potest contra legem superioris. s. de maio. & obed. cum inferior. & Episcopi tenentur canones seruare: vt. s. de constit. ca. 1. de treu. & pace. capit. 1. Sed iste canon prohibet in laicum compromitti. Quare & c. Si queris t vtrum possit fieri sine auctoritate superioris, tunc dic, quod no vt hic & plures casus in quibus in spiritualibus repellitur laicus, vide per Ioan. Andr. hic. & per Holt. idem not. Io. Andr. in praedicto. c. cum olim. de praesc. quod in persona ecclesie potest de iure ipsius ecclesie compromitti per illud. c. cum olim. vbi Papa approbat illud arbitriu. Idem Spec. hoc titu. s. sequitur. & ver. sed nunquid. Abbas.

- 1 Arbitrium iniquo non standum.
- 2 Arbitrium approbato standum, idque exequi debet.
- 3 Arbitrium tempore approbati.
- 4 Agere quando ad penam liceat.
- 5 Actio efficax quando ex arbitrio data.
- 6 Iuramento arbitrium exequendum firmari. fallit. 7.
- 8 Arbitrium conclusi lite liquida dici posse.
- 9 Arbitrator qui contumacem punit.
- 10 Arbitria secundum iudicia regulari. & 11.
- 12 Penam quando in partem committatur. & 13.
- 14 Arbitrari nemo cogendus.
- 15 Arbitrio suscepto, arbiter cogendus. fallit. 16.
- 17 Compromittenti modi.
- 18 Arbitri iuris cogendi.
- 19 Arbitrium quando tacite, susceptum.

Er tuas literas intimasti. Ad supplementationem glo. quae incipit licet procurator, si queris qn compromittitur in aliquem, tanquam in arbitru, vel in arbitratores, nunquid sententia, seu dicto ipsius erit standum, ita quod debeat executioni demandari: vt ex ea vel eo detur actio actori vel exceptio reo, & si non fuerit vtriu poterit agi ad penam vel ad interesse, & quid iuris, distinguens

aut lata est sententia arbitraris inter partes, aut non. Si sic, tunc 1. t aut arbitrium latum quod est idem, quod sententia arbitraris est euidenter iniquum: & tali arbitrio non statuitur, sed omnino retractatur. vt legitur & notatur. s. eo. non sine. Aut no est euidenter iniquum: t & tunc aut est a partibus expresse homologatum. j. expresse, & sponte approbatum, vel ei subscriptu, ita quod partium consensus interuenit, aut non. Si sic, tunc standum erit ei, & debeat executioni madiari indistincte, siue pena fuerit apposta & pmissa, siue non. & haec fuit opinio Martin. quae hic approbatur. & opinio Bul. & Iaco. Baldi & sequacium, quae fuit contraria hic, reprobatu. fm Holt. Abb. & Io. Andr. hic. vt patet hic in versi. super quo. & s. eo. ca. cum olim. & ex eo dabitur actio & exceptio: vt. C. eo. l. ne in arbitris. s. arbitris. & s. si quis. & l. cum antea. in princ. ibi si quidem subscripti perierint. & c. Vt potest dici, quod in eo casu, si pena sit pmissa est in electione illius, qui no venit contra compromissum, vtrum mandetur executioni, vel penam petat. Sic potest intelligi. s. eo. dilecti. in fin. fm Holt. in summa. eo. titu. s. qualiter constituitur. & hoc innuit Inn. hic super verbo executionem. in principio. Si vero no est expresse homologatum tunc aut t est tacite homologatum per taciturnitatem x. dierum, tempore lati arbitrii computandorum: & tunc dic idem, vt in d. l. cum antea. s. fin. aut t. Aut non est expresse vel tacite a partibus homologatum, sed ab altera partium infra x. dies eodem contradicitur, & ab eo reclamauit ad arbitrium boni viri, quod fieri debet infra x. dies, non post: vt not. Holt. s. eo. c. 2. & Spec. hoc titu. s. fin. versi. sed infra quod tempus. & tunc aut compromissum est vallatum sola pena, aut est vallatum solo iuramento, vel sola fidei interpositione, aut est vallatum pena & iuramento vel fidei infimul, aut non est vallatu pena, vel iuramento, vel fidei interpositione, sed partes simpliciter promiserunt stare sententiae arbitrari. In primo casu, scilicet qn vel vallatum sola pena refert, aut pena promissa est t certa, & tunc non datur ex eo actio, vel exceptio, sed solum agitur ad penam: vt. C. eo. l. 1. in fin. & hic in. s. si vero receptum. versi. & quidam. & s. eo. dilecti. in fine. Aut est incerta, & tunc perinde est ac si nulla pena esset apposta vel promissa. fm Holt. hic pro quo. C. man. dati. l. salariu. Vnde eo casu agitur ad interesse sicut si nulla pena esset promissa. Sic intelligunt Holt. & alij doctores. ff. eod. l. non autem interest. In secundo casu, scilicet, qn compromissum est vallatum iuramento, vel etia fidei interpositione (que duo adinuicem aequipollent: vt. s. quod metus causa. c. ad aures) tunc aut ipsam arbitriu est equitate subnixum, aut non. Si sic, t tunc datur actio, & exceptio: & indistincte mandatur executioni contra illum, qui iuramento se potuit obligare. sic intellige hic in. s. & si nulla. ibi quia iuramento. & c. & s. eo. c. non sine. in fin. & de fidei interpositione patet. s. eo. peruenit. & c. eij tempore. fm Holt. hic. Aut no est equitate subnixum & tunc non datur actio vel exceptio, sed madatur executioni. iuxta ea quae leguntur & notantur. s. eo. non sine. & j. de iureiur. Quinquatallis. In tertio casu credo, qd est in electione illius, pro quo latum est arbitrium, agere ad penam appositam. arg. s. eo. dilecti. in fin. vel virtute iuramenti agere, & tendere ad executionem; & obseruationem arbitrii. s. sententiae arbitraris: dum modo sit equitate subnixum: vt est dictu: vt hic in versi. quia iuso. & s. eo. non sine. & c. peruenit. In quarto casu scilicet, qn non est vallatum pena nec iuramenti vel fidei interpositione, sed partes simpliciter promiserunt stare sniae arbitrari potest agi ad interesse. ex stipulatu: vt. ff. eo. l. diem proferre. s. pen. & hic in versi. ac si nulla. Sed hoc t fallit in spiritualibus. vbi non agitur ad interesse, sed semper valet quod de compromissarijs fit vt. not. Inn. s. de elec. in causis super verbo, cum res. in fi. & s. eo. dilecti. qd. autem dixi. s. qd arbitriu potest homologari tacite per lapsum x. dierum, quidam legitima intelligunt fore verum, qn pena non est apposta, alias etiam post x. dies ageretur ad penam, & non ad executionem arbitrii; & hoc tenet Azo. in sum. eo. ti. s. pe. & Accur. ff. eo. l. 1. & de re iudic. l. a duo. Pio. in princ. & haec opinionem approbat Spec. hoc titu. s. fin. ver. cofuicuit. Sed ego credo contrariu saltem de iure canonico, scilicet, qd siue in compromisso sit pena apposta siue non, qd pot tacite homologari per lapsum x. dierum: quia est eade ratio, ergo idem ius vt. si. ad l. Aquil. l. illud. & hanc opinionem vt tenent gl. ff. de re iudic. l. ait praetor. in princ. in gl. quales sunt delegati. & c. & ff. eo. ti. l. duo. s. fin. Inn. s. eo. dilecti. in gl. pen. versi. vel potes dicere. & est factis casus hic in. s. super quo. & c. inuncto. s. seq. & s. si vero receptum. & c. qui quide. s. de eod. facto loquuntur. & de ista materia no. Holt. in sum. eo. ti. s. qualiter constituitur. & G. in Spec. hoc tit. s. fin. ver. hoc quoq. Sed si queris, qn arbiter non potest

cessit ad sententiam diffinitiuam propter absentiam partis citate per ipsum, & non coparentis: tunc refert secundum Iaco. de Ra. & Ioan. de Manti. Aut est lis contestata, & liquet de causa, & tunc aut non est conclusum in causa imo ante conclusionem altera partium se absentat, & tunc, quia per eius absentiam contumacem, fit quod dies compromissi finiatur, pena committitur contra ipsum contumacem. Nam no potest ferri per arbitrum sententia in absentia partis, nisi contrarium sit actum sed pena committitur: vt. ff. eo. l. diem proferre. s. si quis litigatorum. & ita potest intelligi. ff. eo. titu. l. si quis rem. t Aut est conclusum in causa & post conclusionem altera partium per contumaciam se absentat, & tunc potest ferri sententia in eius absentia. arg. C. de adul. l. quamuis: vt not. Iaco. de Ra. C. eo. l. 2. Aut non liquet de causa, vel lis non est contest. & tunc aut partes promiserunt stare sententiae arbitri, solummodo: & tunc non committitur pena, t sed multabitur contumax, quia si ipse contumax venisset coram arbitro, non potuisset ferri sententia. Et idem esset in iudicio ad curus similitudinem sunt recepta arbitria. ff. eo. l. 1. & patet. C. de tempo. appell. l. vti. s. illud. & de iudic. properandum. & quia qn partes promittunt stare sententiae, in dubio de diffinitiuam intelligitur: vt. ff. de re iudic. l. quod iussit. aut partes promiserunt stare sententiae & praepcepto arbitri sub pena, & tunc pena committitur contra cotumacem: vt. ff. eo. l. non distinguemus. s. de officio. l. 1. non ex omnibus. Si vero pars ncedum in non veniendo fuit cotumax, sed etiam desistit procedere coram arbitro & ad iudicē accessit, & rem de qua compromissum in iudicium deducit: & tunc committitur pena, vt in d. l. si quis rem. ff. eo. Nam aliud est non venire, & aliud desistere: vt. ff. de iudic. l. desistisse. Nec obstat, si dicatur, qd etiam ante litem contest. fit contumax comparuisset, potuisset contingere, qd sententia lata fuisset, vt quia forte confessus esset, & sic t ratio praedicta cessat, quia debemus nos referre ad solum modum, & ordinem iudicioru non ad casum aduentitium. ff. de pecul. eo tempore. Ita distinguit Io. de Manti. & Iac. de Ra. C. eo. l. 2. Sed Pet. de Bellap. ibi dicit, qd quia iura praesumunt, qd quilibet debet bona fidei agnoscere: vt. ff. de admin. tit. l. quoties. s. licet. Ideo fm iura praesumendum est, qd si venisset, qd veritatem confessus fuisset, & hoc potuisset esse prima die: & ideo dicit qd pro tali defectu pena committitur in solidu. arg. ff. de iudic. l. si debitori. & arg. s. praallegati. si quis litigatum. Praeterea in t iudicij pro defectu vnius diei pena committitur in solidu: vt. ff. si quis cau. l. 2. Concluditur ergo, qd pro vna contumacia committitur pena, fm eum. & idem tenet Accur. in aut. de iudi. s. pen. super verbo coeantur. coll. 6. dicens, qd siue ad sententiam audiendam, siue in principio t siue in medio cora arbitro pars citetur, & non compareat, pena committitur, contra ipsam vt ibi. & ff. eo. l. non ex omnibus. & ff. si quis ius dist. non obstat. l. vna. pec. vero hoc tit. s. differunt. versi. item arbiter. & non potest. & s. si. versi. sed nunquid incidit. tenet, qd tunc t demum committitur, qn sententiae diffinituae non pareretur per l. alleg. non ex omnibus. & per l. diem proferre. s. si quis litigatorum, cuius opinio regulariter tenetur de facto. Sed opinio. Accur. & Pe. procedit de iure: praecedens vero distinctio Ioan. de Manti. & Iaco. de Ra. factis de rone & equitate sustineri potest. Super glo. fi. Si queris, vtrum arbiter vel arbitrator possit, & debeat compelli vt procedat in negotio compromissi, distingue quia aut queris de arbitris, seu arbitratoribus compromissarijs a partibus sponte electis, aut de arbitris iuris, qui de necessitate iuris assumuntur. Si primo casu refert, aut queris vtriu possit compelli antequam ipse in se receperit onus compromissi, & dic qd non: quia compromittere, vel onus compromissi in se assumere est ab initio liberum, seu voluntarium, vt probatur. ff. eod. l. 3. s. tametsi in principio. Fallit in tertio electo arbitro in casu discordiae duorum arbitratorum: vt. C. de aduo. diuer. iudi. l. fancinum. & no. gl. ff. de arbi. litem si vnus. s. principaliter. Aut t queris vtriu possit compelli postquam in se receperit onus compromissi, & tunc aut compromissum, seu arbitrium est validum, & tale qd ex eo potest copetere actio: ad obseruationem ipsius arbitrii, vel ad penam promissam, vel ad interesse iuxta ea quae leguntur, & notantur hic in tex. & in gl. & in distinctione proxima praecedenti, & tunc aut no superuenit causa sufficiens, ppter quam se possit exonerare ab onere compromissi & se excusare de vterius procedendo, & tunc potest, & debet compelli: vt. ff. eo. ti. l. 3. s. tametsi neminem. 2. resposo. & s. ait pretor. & C. comunia de leg. l. si duobus. s. sed & si quis. quidem. s. licet loquatur in arbitro. Idem tñ est in arbitratores, scilicet, vt compelli possit. Nec obstat. ff. locati & conducti. l. si merces. in princ. & C. de cotrahen. empt. & vend. l. fin. ver. si naut ille, & c.

contra. sed Host. hic distinguit. Aut agitur de causa criminali, quae poenam sanguinis exposcit cora iudice seculari: & tunc fm leges non est iurandum de calumnia: quia ibi licitum est corumpere aduersarii suum. vt. ff. de bo. eo. qui mor. sibi consc. l. 1. quod sine falsitate, & sine calumnia fieri non potest: ergo non est iudicandum contra iur. arg. no. j. de cohabi. cler. & mul. c. clericos, quia hoc esset iurare contra mentem & incurrere anceps periculum. Aut agitur de causa criminali cora iudice ecclesiastico, & tunc iurandum est de calumnia: vt hic & in iuribus hic alleg. & C. eo. l. 1. quia ecclesia non infligit poenam sanguinis, j. ne cle. vel mona. sniam sanguinis, nec admittit peccatum mortale. s. de ijs quae vi me. ve. cau. sic. facris. fm Host. hic. & in sum. eo. ti. s. in quib. cau. in prin. & in versic. solui puto &c. Vbi vero agitur de causa criminali que non infligit poenam sanguinis vt q. nedom fm canones & in foro ecclesiastico sed etia in foro seculari & fm leges de calumnia sit iurandum. ita potest intelligi. C. eo. l. j. Super glo. fin. Si queras vtrum clerici iurare possint sine licentia sui superioris. Distingue. Aut queris nunquid in contractibus iurare possint sine licentia superioris, & dic qd sic in dictis fin. de iur. c. quarelam. & c. ex rescripto. Aut nunquid possint iurare in iudicijs: & tunc aut coram no suo iudice, & dic qd non possunt sine licentia superioris. vt. s. de foro coepe. si diligenti. Aut coram suo iudice: tunc siue sit secularis siue ecclesiasticus iudex, epus est data licentia gnalis iurandi, vt. j. eo. c. fi. & per coequens & alij clericis. s. de off. dele. preterea. de foro coepe. cum sit gnalis. ff. de procur. ad rem. & l. ad legatum. fm Inno. Host. & Io. Andr. hic. & fm Spec. hoc ti. s. restat videre versic. item & clerici seculares. vbi de hoc. Et ratio quare in contractibus coram laico iurare possunt sine licentia episcopi & non in iudicio est fm Inno. quia in iudicio sepe quis incitatus ab aduersario falsum iuraret: & ideo fit cum maiori deliberatione & tarditate: & ne secularia iudicia assuescant in quibus non possunt aliquatenus coeuenire. l. 1. q. 1. continua. & c. nullus. Sed in contractibus, vbi quis sola libera voluntate ducitur, secus est etiam ratio fm Host. & Ioan. Andr. ne impediatur utilitas ecclesiarum, quibus expedit, vt contrahere possint. arg. j. ne cler. vel mona. c. 1. ver. negotium. C. de rescin. ven. l. ratas. Si queras, vtrum procurator volens iurare de calumnia de necessitate debeat hfc speciale mandatum, distingue. Aut interuenit in causis laicorum, & tunc dic quod sic fm Host. hic pro quo. j. eo. nullam. l. 6. Aut interuenit in causis clericorum: & tunc aut clericorum suo noie agentium, vel defendentium & tunc idem. Aut interuenit in causis clericorum noie ecclesiae agentium, vel defendentium, & tunc non oportet, qd habeat speciale mandatum: imo sine speciali mandato poterit de calumnia iurare, vt. j. eo. c. pen. & fi. & s. de p. cu. c. quia in causis fm Inno. & Host. hic & j. eo. cum causam. & Spe. hoc ti. s. restat videre. circa fi. versic. item etia clericis. Idem etia Arch. j. q. 3. c. fi. Quod intellige fore veru si fit procurator gnalis datus ad oes causas: secus si specialiter ad vna causam: quia tunc requiritur, qd habeat speciale mandatum vt no. Spec. hoc tit. s. restat videre versic. sed quid dices. & Arch. j. de testi. presentium. super verbo abbatem. l. 1. 6.

- 1 Aconomus a thore episcopo creandus quique accipiendum. 3.
2 Aconomus quando a capitulo solo creari possit.
3 C. Imperatorum sensus.



Imperatorum. Si queras vtrum aconomus ecclesie debeat auctoritate episcopi ordinari & creari. Distingue. Aut iste aconomus ordinatur, vel creat in ecclesia cathedrali, aut in alijs ecclesijs. In primo casu dic, qd auctoritate episcopi debet constitui, & creari. vt. C. de epi. & cle. omnis qui vbiq; s. hoc nihilominus. Ita intellige qd not. Ber. hic. & quod no. Io. & Lau. 1. 6. q. 7. c. qm dicentes, quod aconomus debet eligi per epm. In secundo casu. s. qn agitur de creatione aconomorum in alijs ecclesijs tunc capitulum vel couentus illius ecclesiae habet eum eligere & creare etia sine confirmatione episcopi vt hic. & q. 3. cum simus. & s. de rescri. c. edoceri. & de syndi. c. vnico. & ff. quod cuius. vni. l. 1. ita intellige quod no. Inno. hic in glo. fi. & idem Tan. & Goff. cum eo & ita intelligit & cohor. istas opi. Arch. in d. c. qm in glo. ad hoc extra. Et quod dicitur est de ecclesia cathedrali potest intelligi fore verum, qn aconomus creatur in rebus coibus episcopi, & capitulo, alias si bona sint diuisa forte capitulum in bonis suis aconomum seu procuratorem poterit creare, vt inuuit hic Host. & vide quod dixi. s. de rescrip. c. edoceri. & quod no. Spec. titu. de procura. s. 1. versic. vt autem quae scripta sunt. & nota, quod si sit negotium intelligit finem istius, c. qd epus debeat constituit, & creare aconomum in monasterio, cu consensu sui capituli: & hoc abbatem negligente.

Procuratorem creat praelatus cur in tutore contra. Si queras, vtrum excocatus admitti, vel compelli debeat ad iurandum, distingue, vt dixi. s. de maio. & obe. cum in ecclesijs. Item hic notant Inno. & Host. qd pre latus ecclesiae etia antelitem contestatam potest constituit procuratorem vt hic: secus in tutore qui non procuratorem sed actorem constituit ante litem contest. C. de pcur. neq; non. tanta nec libera est tutoris administratio, sicut praelati fm eos. Idem no. Io. & Arch. j. q. 3. quia episcopi. & Gen. extra de pcur. c. 1. in licet Accur. & Azo contra & male quod dicit vt in Spec. titu. de pcur. s. ratione quoq; versic. item quod ibi circa hoc autem.

- 1 Episcopum in foro laico non per se, sed per alium litigare.
2 Episcopus (vt vult) coram ecclesiastico litigat.
3 C. cum in causa quando locus sit.
4 C. cum in causa explicari.



Im in causa. Si queras, vtrum episcopus in propria persona de calumnia debeat iurare, distingue: aut episcopus habet litigare, vel habet causam in foro seculari & tunc non potest in persona propria litigare, nec iurare de calumnia, sed per aconomum.

Episcopus in foro laico non per se, sed per alium litigare. vt. j. q. 3. quia episcopi. & q. 3. cu simus. Aut habet causam in foro ecclesiastico, & tunc habet electionem vtrum agat per se, vel per procuratorem: & si per procuratorem elegerit litigare, tunc iurabit de calumnia procurator vt hic. & dist. c. optatum. ita distinguit Ho. in sum. c. ti. s. qd debet iurare. circa prin. in ver. vel illa capitula & c. pro hoc facit gl. Inno. s. eo. c. 1. in gl. bene dicit. In glo. fi. in fi. Ber. hic dicit qd poena huius, s. habet locum pro snia, non ipso iure, idem Inno. hic & Accur. C. eo. l. fi. sed Host. dicit qd ipso iure. sed necessaria est snia iudicis declaratoria. pro quo. j. de confes. c. si post praestitum. & ibi idem tenet Arch. quod Host. hic. Sed Car. & Io. Andr. idem cum Ber. hic & melius, vt credo ar. j. de regu. iur. c. in penis. lib. 6. & ff. de regu. iur. l. in penalis. Item hic loquitur per verba futuri tps. ergo est poena infligenda per hominem, & non poena iuris. ar. no. C. de pe. iudi. qui male iudi. l. 1. & s. de foro coepe. si diligenti. super verbo causam perdat. Nec ob. c. alleg. si post praestitum. supposito, qd ibi incurrat poenam, ipso iure secundum opinionem Arch. quam non credo veram: quia ibi sunt duae contumaciae: quia interrogatus & iussus: & per consequens duae poene coeunt maciae.

De dilationibus. Rubrica.


- 1 Peremptorium cui & quando moderari liceat.
2 Appellare moderato peremptorio iniquo licere.



Dilecti. Si queras, vtrum solius peremptorium assignatio prima vice sit causa sufficiens ad appellandum, distingue, aut causa assignationis, seu moderationis exprimitur in peremptorio: aut non exprimitur. In primo casu refert, aut causa assignationis est rationabilis & tunc refert. Aut est vera aut est falsa. Si vera tunc refert: aut iudex iuste & bene ad arbitrium boni viri ipsum peremptorium moderat & assignat dando competentem

competentem dilationem, & tunc non est causa sufficiens ad appellandum: cum iudex ex causa peremptorium possit moderare. s. de off. dele. consulu. 2. q. 3. de illicita. & ff. de iudi. l. non nunquam. Aut male t & arcte, & iniuste ipsum peremptorium moderat: & tunc est causa sufficiens appellandi, vt hic. Si causa moderationis est falsa, tunc poterit appellari. Aut causa assignationis peremptorium est irrationabilis, & tunc similiter poterit appellari. In secundo casu principali. qn causa assignationis seu moderationis non est expressa idem. s. qd poterit appellari, vt hic. & s. de off. dele. consulu. & de integr. restit. tum ex literis. Itam distinctionem sumo ex dictis Inno. & Host. hic.

Induciarum genera, & quae causa cognitionem requirant. Accusato an danda dilatoria. Dilatio controversa pro tribunali danda. Dilatio conuenta a procedente dabilis.




Raterea. Si queras, quae induciae requirant causae cognitionem, & quae non, distingue. Aut sunt induciae citatorie, & tales non requirunt causae cognitionem, cu dentur parte absentem. ff. de off. pro consu. & leg. l. nec quicquam. s. vbi decretum. Aut sunt dilatorie, [aut deliberatorie] & tunc idem vt hic. Aut sunt preparatorie vel instructorie, & tales non dantur sine causae cognitione. vt. j. q. 3. s. spatium. fm Inno. & Host. hic & de hoc vide plenius per Host. in sum. eod. titu. s. 1. per totum. Et quot sunt species dilationum vide ibi, & hic per Abba. & plenius in Spec. eod. titu. s. 1. Et vtrum t accusato debeant dari induciae dilatoriae [vel deliberatoria] vide per Ioan. & Arch. 2. quaest. 8. per scripta. & 3. q. 2. in summa. & 2. q. 3. si quis iratus. & 3. q. 3. offerat. vbi de hoc per Archi. super verbo inducijs.

In fin. glo. quia hic dicit glo. quod dilatio debet dari a iudice sedente pro tribunali. Si queras, vtrum dilatio iudicialis semper debeat dari a iudice sedente pro tribunali, distingue. Aut queraris de dilatione, quae datur t in contradictorio iudicio, hoc est, qn vna pars vult habere dilationem altera pars dicit, qd non debet habere, & super hoc est interloquendum: & talis interlocutoria, seu dilatio per interlocutoriam danda non potest dari a iudice non sedente pro tribunali. vt. C. de dilatio. l. a procedente. & 3. q. 3. s. a iudice. Aut queraris t de dilatione, quae datur no in contradictorio iudicio, hoc est neutra parte contradicente: vt verbi gratia: partibus praesentibus, iudex surgit, & eundo vel stando assignat diem partibus bene potest, quia diei assignatio non requirit causae cognitionem. Vnde breuiter dic, vbi est talis actus in quo requiritur causae cognitio, tunc non potest fieri, nisi in figura iudicij, vt in l. allega. a procedente. vbi hoc tenet Cyn. nec poterit dari a procedente iudice. & arg. ff. de regu. iur. l. omnia. Vbi vero non requiritur cognitio causae, tunc non requiritur figura iudicij, & potest a procedente iudice fieri.



Itera. Si queras, vtrum cessans in solutione debiti census, canonis, vel tributui, seu debite pensionis cadat iure, seu priuari debeat iure suo. vide qd dicam. j. dereli. do. c. constitutus.

- 1 Citatus ad certam diem, sicut eadem.
2 Citatio simplex qui accipienda.
3 Sistere promittens certo die, representet eodem.
4 Sistendi promissio simplex, quandiu duret. & 5.
5 Procuratorij forma, quae sufficiens & nocibilis.
6 C. exposuit. sensus.
7 Mandatum quo sigillo validetur.



Xposuit. Si queras quo tempore, & vsque ad quod tempus aliquis obligat ad standum, vel ad faciendum alium stare in iudicio hoc facere teneatur, distingue. Aut quis est obligatus ad standum vel ad faciendum alium stare. Si primo modo: tunc t aut quis citatus est ad certum diem vel ad certam horam, & tunc ad illum diem, vel ad illam horam venire & comparere teneatur, vt hic. & s. de off. dele. consulu. & c. pastoralis. s. cu aut. cum ibi not. Aut est citatus ad totam causam, & tunc censetur citatus, & teneatur comparere ad oes dies in ipsa causa assignatos, seu etiam assignados vt legi. & not. & specialiter per Host. s. de procu. c. auditis. Aut est citatus simpliciter, & tunc intelligi t debet quod debeat coparere quam citus comode poterit. arg. ff. de verb. obli. cum qui Calendar. j. de elec. cupientes. in prin. lib. 6. Praedicta fallunt in testibus citatis ad testimonium perhibendum, qualitercunq; sint citati non tenentur stare seu expectare in loco, vbi debet examinari, vltra 15. dies quod dicit vt legi. & nota. C. de testi. l. si quando. in fin. Et potest esse ratio

quia parcendum est ei qui alieno morbo laborat. vt. C. de natu. lib. l. legem. & quia officium suu nemini debet esse damnosum. vt. ff. quemadmo. testa. ape. l. si quis ex signatoribus. & j. de elec. c. cum non deceat. lib. 6. Si secundo modo. qn aliquis est obligatus t ad faciendum alium stare vt fideiussor; tunc aut fideiussor promittit stare reum in iudicio certa die, vel vsq; ad certu tempus, & tunc illa die vel vsq; ad illud tempus sistere debet eum. vt. ff. qui satisda. cogun. l. de die. in prin. & ff. si quis cau. l. si feruus plurium. C. de fideiussor. l. scimus. & l. pe. circa fin. ibi nisi in tempus, &c. Aut promittit simpliciter eum stare & sine die, & tunc refert. Aut t ille cui facta est promissio est diligens: & tunc promissio obligat & durat, vsq; ad finem litis, seu causae. sic intellige. ff. de fideiussor. l. Graece. s. post litem. & C. de iudi. l. pperand. s. 1. Aut ille cui facta est promissio est negligens: & tunc aut est negligens cessante omni impedimento, & tunc tenetur eum sistere vsq; ad duos menses & non vltra. Fallit vbi in scriptis satisdedit, vel etia sine scriptis in causa publica: dum modo coram tabularijs confessus est se fideiussisse in quibus duobus casibus tenebitur eu sistere, vsq; ad finem litis, seu causae. vt legi. & no. C. de fideiussor. l. pe. Aut ille cui est facta promissio est impeditus aliquo impedimento legitimo, psequi, & tunc vt quod non durat sibi tps duorum mensium nisi a tpe cessationis impeditum. ar. ff. de stipu. seruo. l. si seruus haereditarius. & arg. c. alleg. cupientes in prin. Aut promissit eu stare t in tota causa, & vsq; ad finem litis: & tunc vsq; ad finem litis tenetur eu stare ita, qd ad voluntate stipulatoris tenebit eu facere coparere, seu stare moderato tñ spatio a iudice statuendo: ita possem intelligere. l. all. de die. 2. rñ. & l. all. Graece. s. post litē. & l. pperand. s. 1. t Forma procuratorij, de qua habes hic in ver. idē vero. non est sufficiens quo ad causam principalem. vt. j. de appel. significauit. fm Goff. Sed Host. in hoc contradicens, quod decretalis, significauit. non probat id ad quod inducitur per Goff. & q quicquid not. Goff. sufficiens est mandatu vt hic, ibi: alicia & c. tale tñ mandatum, seu talis forma non est sufficiens ad hoc, vt dñs ratum habere cogatur quicquid in causa legitime duxerit faciendum: quia si illegitime vel dolose aliquid fecerit, dño nocere no debet. ff. de excep. do. l. si procurator. fm Goff. & Host. hic. idem Spet. tit. de procu. s. rone autem formae ver. item excipitur. & Ioan. & Arch. 2. r. q. 1. relatio. Et vide ibi Arch. gl. adde. idem sentit ibi in primo membro vt tenere cu Goff. dicens, qd t pro ipso facit & Host. haec litera: saluis exceptionibus, & c. nam hoc adiectum videtur, vt eum simpliciter procuratorem constituisse non videatur per que verba vt arctari & limitari, pcuratio. ff. manda. diligetor. s. de rescr. cum dilecta. Idem etiam tenet Spec. vbi. s. idem vt tenere Ioan. Andr. hic dicens ad dictum Host. posse responderi qd istud mandatu non fuit hic approbatum, vt sufficiens super principali, sed super exceptionibus tantu, quae saluatae fuerant. Ad id, quod Host. negat decretalis significauit facere: imo & sic inducebat Goff. sicut ibi procuratorium: non tñ generali sigillo, sed cum sigillo ad certu vsu non est sufficiens, ita nec mandatum non generale, sed certum.

De ferijs. Rubrica.

- 1 Dies sacrorum quantus.
2 Diem contractuum. 24. horarum esse.
3 Consuetudo Ro. eccle. quando seruanda.



Voniam. Si queras qn dies incipiat & desinat, distingue, aut t queris quo ad iudicia: & tunc de mane in vespere & sic de luce in lucem, in authen. de iudic. s. sedebunt colla. 6. Aut t quo ad contractus, & tunc de media nocte in media nocte. vt. s. de offic. dele. consulu. secundum Ioan. & Goff. Aut quo ad ieiunium sextae feriae, & tunc incipit post cenam diei iouis, & desinit in mane diei sabbati. de conse. distin. 3. de usu. Idem est in alijs obseruandum secundum Host. in summa. eo. titu. s. qualiter. in prin. & adde quod dixi in c. alleg. consulu.

Si queras, nunquid consuetudo Romanae ecclesiae sit seruanda, dicit hic Host. quod t consuetudo Romanae ecclesiae seruanda est in iudicijs. vt. j. de re iud. in causis. In sacramentis, j. de he. reti. ad abolendam. In ieiunijs solēnibus, quae ab omnibus sunt seruanda. j. de obserua. ieiunio. consilium. In officijs aut quelibet ecclesia seruat suam consuetudinem. l. 2. dist. illud. alias tenetur consuetudinem metropolitanae ecclesiae obseruare. l. 2. dist. de ijs fm Host. hoc idem not. Gul. de Monte Lau. extra de celebra. missa. c. graui. super verbo horas canonicas in finem clem. Hen. Boich super Decret. Sed de

Sed de hoc die plenius vt dixi. s. de consuet. cum olim. Et vide, quod dicitur post Host. j. de celebra. missa. cap. permissiois.

- 1 Sollicitudinum genera eorumque vis. & 2.
- 3 Cupiditas incommoda.

Sollicitudinum genera eorumque vis. & 2.
Cupiditas incommoda.
Icet. Si quæras, vtrū sollicitudo rerum temporalium sit licita & permissa, distingue: quia sollicitudo potest esse triplex. quædam est necessitatis, & providentiæ & hæc est bona, & licita vt hic. & 9. I. dist. clericus victum. cum cōcor. Alia est ambitionis, & avaritiæ: & hæc est mala & illicita, vt 47. dist. bonorum. & c. se. s. de off. ordi. irrefragabili. §. vlti. j. de stat. mona. cum ad monasterium. §. vlt. de præb. avaritiæ. & de elec. avaritiæ. lib. 6. Tertia est dubitatis & diffidentia, & hæc est mala vt in calleg. cū ad monasterium. in fi. s. de off. ordi. quanto. Prima t ad bonum ordinans. Secūda suffocans. Tertia impediens: Dominus ergo Matth. vj. dicens. Nolite solliciti esse in crastinum, non prohibet sollicitudinem primam, sed secundam & tertiam & q̄ homo nō confidat plus de se, quā de Deo. vnde ibi interlinenariis glo. non labor & providentia damnatur, sed sollicitudo mētem suffocans, quæ interdum hodie (vt puto) clericorum mētes, nedum suffocant, sed & comburit. Contra quos facit. 49. dist. ca. hinc autem. §. gibofus. Gibofus vero est quom terrene sollicitudinis t pondus deprimit, ne vnquā ad superna respiciat, sed folis his, quæ ab infimis calcantur, intendit contra hoc. Et si qñ aliquid ex bono celestis patriæ audierit ad hanc monitionem peruerse consuetudinis pondere pergrauatus, cordis faciem nō attollit, & cogitationis statum erigere non valet, quem terrene sollicitudinis vfus curuum tenet. Ex eorū quippe specie Pfalmista ait Pfalmo. 37. & Lucæ. 8. Semen autem quod in spinis cædit, hi sunt qui audierunt, sed sollicitudinibus, & diuitijs suffocantur, & non referunt fructum.
 ¶ Si quæras vtrū, & cui ecclesie de piscibus decime sint soluen dæ, vide. j. de dec. c. nō est. & c. puenit. per Inn. & Ho. & ibi dicā.

- 1 Subtilitatem quæ approbata, aut reijcienda.
- 2 C. 2. 49. dist. sensus.

Apellanus. Super glo. fin. Si quæras, vtrū subtilitas approbetur vel reprobetur, distingue, aut subtilitas est vtilis, & rationabilis, & talis approbatur, vt hic. & j. de celebra. missa. cum marthe. & de frigi. & malef. fraternitatis. §. i. ver. nos tñ. Aut est captanea & pernitiosa & talis reprobatur vt in iuribus hic alleg. in glo. 24. q. 1. schisma. C. ad Treb. sancimus. s. de iudi. c. dilecti. & c. examinata. & pro hoc. 37. dist. relatum. fm Host. hic. & idem in effectu not. Host. in sum. tit. de sent. excō. si quis possit ab hac sententia absolueri. circa medium ver. forte peripicaciter. Et pro secundo membro. 49. dist. cap. 2. vbi t dicit, discretione subtilitas immoderata, quæ dum plusquam decet excreuerit actionis suæ rectitudinem ipsa confundit.

- 1 Feriæ repentina a solo principe indicende.
- 2 Feriæ solennes quis indicet.
- 3 Feriæ hominum fauores a iudice indicende.
- 4 Ferijs solemnibus non renuntiare.
- 5 Ferijs hominum renuntiare posse.
- 6 Canones qui statuunt.
- 7 Venerari non nisi canonizatum iubere possunt episcopi.
- 8 Citari a Papa in diem festum sistendus potest.
- 9 Festis diebus expeditibilia, atq; in his citationem valere.
- 10 Citationem in festum non valere.
- 11 Citare festis non licere.
- 12 Citationis actus, & an festis expeditibiles. 13.
- 14 Citari die feriatam in non feriatam posse.
- 15 Ferias iudicis Romæ spectari.
- 16 Ferias rei in prouincijs attendi.

Onquæstus. Si quæras, quis potest ferias indicere. Distingue. Aut t sunt ferias repentina, quas princeps indicit, vel ppter pal mam, quia hostes subiugauit, vel quia vxorē duxit: vel quia filius ei natus est. Et dicuntur repenting quia non sunt certe, imō repente & subito indicuntur & tales nullus præterquam princeps indicere potest vt. C. eo. la. nullo. Aut sunt ferie t solennes: & tunc aut sunt solennes que per leges vel canones introducuntur in honorem Dei, & sanctorū & tales non oportet, quod indicantur ab hoīe, quia iam sunt indicte vt. ff. qui. ex cau. mal. sed & si per prætorem. §. si ferijs. 2. responso. Aut t in-

truducuntur in fauorem hominum propter messes, vel vindemias, & tales seu tempora talium, non sunt determinatæ per legem nec per canonem, & ideo earum indicitio iudicibus relinquitur, vt eas indicant fm diuersitatem locorū. vt. ff. eo. l. p. fides. vt dicit glo. hic. Pro hoc. ff. de off. proconsu. l. si in aliam. vnde non sequitur de iure: aliquis colligit messes, ergo non debet in ius vocari. quia ad hoc vt nō vocetur in ius, oportet primo, quod ferie indicentur, a iudice. ita distinguit in effectu Host. in sum. eo. titu. §. qualiter. & Lam. in d. l. p. fides.

¶ Si quæras vtrum ferijs possit renuntiare, distingue suppledo ad glo. hic. Aut t quæris de solemnibus introductis in honorem Dei, & Sanctorū, & talibus non potest renuntiare, nec expresse, nec tacite vt hic. Aut de ferijs introductis in fauore hominum & talibus potest renuntiare nedū expresse, vt hic in fi. sed etiam tacite terminum assignatum in ferijs scienter acceptando vt not. Spec. hoc tit. §. fin. ver. pen. Aut t quæris de repentinis indicitis ob honorem Principis, vel ciuitatis, & talibus renuntiare non potest nec expresse, nec tacite arg. C. eo. l. omnes. 2. in fin. & hoc notat Host. in sum. eo. tit. §. fin. in prin. & hic. & Spec. hoc titu. §. fin. in prin. Idem Io. Andr. extra de verb. sign. c. sape contingit. super verbo necessitates. in cle. Pro hoc facit. ff. de postu. le. quos prohibet. & ff. de iure immu. l. semper. §. conductores. Et quæ possunt fieri tempore feriarum, & quæ non vide per Host. in summa. eo. titu. §. quid in eis. & §. sequen.

¶ Habes hic notare in versi. a diebus dominicis, & c. arg. quod episcopi in suis diocibus t possunt statuere canones episcopales & archiepiscopi in suis prouincijs archiepiscopales. Circa quod distingue, aut quæris, vtrum possint statuere de, & super minoribus negotijs, & dic, quod sic vt hic. & j. de consti. c. vt animarum periculis. lib. 6. Aut de & super maioribus negotijs, & dic quod non. vt. s. de transla. epi. ca. 1. & 12. dist. præceptis. vt no. gl. in verbo constituendum. in fi. 18. dist. in princ. in summa. & de hoc dica plenius. j. de sent. excom. a. no. bis. i.

¶ Si quæras vtrum episcopi in suis diocibus t possint absq; autoritate sedis Apostolicæ statuere aliquem sanctum solenniter venerari. Distingue. Aut quæris de sancto iam per sedem apostolicam canonizato & de tali statuere possunt vt hic. Aut de sancto nondum canonizato per Papam, nunquid possint ipsum sanctorum collegio, sine autoritate Papæ adscribere, & dic, quod non vnde quod hic dicitur intelligitur de iam canonizatis quorū aliqui venerantur in sua diocesi & alij non: quod dicit vt. j. de reli. & venera. san. c. j. & 2. fm Inn. & Ho. & Io. An. hic. Idem Host. in c. alle. & Io. An. j. de reli. domi. c. vnico. lib. 6.

¶ Iuxta glo. Inno. hic quæ incipit non solum. Si quæras, vtrum citatio facta in die feriatam, vel ad diem feriatam valeat, distingue, aut quæris de citatione facta in die feriatam, vel ad diem feriatam per Papam, seu autoritate Papæ, & ex certa scientia ipsius qui super hoc corrigi non potest. vt 11. q. 3. aliorum. & talis citatio impugnari non potest: Ita potest intelligi. j. de do. & contu. c. cum dilecti. & de accusa. c. veniens. in principio. & ita no. Host. in sum. eo. tit. §. fin. in principio. Aut quæris de citatione facta per alium iudicem inferiorem, seu aut autoritate alterius iudicis inferioris: & tunc aut quæris de citatione facta in seu, de die feriatam ad diem nō feriatam: aut in seu de die feriatam ad diem feriatam, aut in seu de die nō feriatam ad diem feriatam. In primo t casu refertur: aut dies feriatam assignatur ad se corā iudice representandum, nō ad respondendū, seu quis citatur ad diem festū, vt cōpareat coram iudice, non vt procedat, & talis citatio bene valet. Sic potest intelligi. §. titu. proximo cap. fin. & s. de restit. in integr. cap. tñ ex literis. §. vlt. & cap. coram. & ita not. Host. in sum. huius titu. §. fin. in princ. & Spec. tit. de cita. §. i. ver. item excipitur, quod citatio fit ad diem feriatam. Aut dies feri ta assignatur ad respondendū, & procedendū, seu quis citatur ad diem festum, vt respondeat, & procedat: & tunc aut in citatione exprimitur talis casus t qui potest tractari, & super quo potest procedi tpe feriatam: sicut sunt causæ alimentorū, pupillorū, & alie causæ miserabilium, & debiliū personarū, quæ ijs diebus tractari possunt: quia in operibus misericordiae distinctio dierum non est habenda. 76. dist. vltimam. & de conse. dist. 5. nunquid. Vel in alijs actionibus seu casibus not. per Host. in sum. huius tituli. §. quid in eis. & §. fin. & per Io. 15. q. 4. in sum. & in Spec. hoc tit. §. 2. in princ. & versi. porro. & tunc valet citatio: nam ex quo pcessus in illa causa valet, & per qñs & citatio quæ est de processu, vt. j. de proba. c. qm. contra falsam. Aut in citatione nō exprimitur t talis casus, qui possit tractari die feriatam: & tunc nō credo qd de iure valeat citatio, siue in ipsa sit error expressus: vt quia ea assignatur expresse dies Dominicus vel alius festus siue nō, vt quia dies assignatus in ipsa citatione incidit in diem

in diem dominicum vel festiūm. vt. C. de ferijs. l. fin. ibi vox horrida præconis conquefcat. C. quomodo & qñ iudex. si, vt proponis. i. & hic & ff. eo. l. 1. & 2. ff. si quis in ius vo. non terit. l. 2. in fin. & 15. q. 4. placita & 5. q. 2. cap. 1. & hoc tenet Spec. hoc tit. in ver. alle. Item excipitur q̄ citatio & c. & Inn. & Host. s. ri. proxi. c. præterea. in magna glo. circa medium. in versi. idem si citet ad diem feriatam & Host. & Io. An. hic. & Ber. & Host. j. de accu. c. veniens. gl. vlt. & lac. de Are. Ricar. de senis Cardi. & Pet. de Bellaper. & Cyn. eo. tit. l. dies festos. licet Inno. hic contra dicens, quod licet citatus nō teneatur comparere in die feriatam tñ post illum cōparere tenetur in die sequenti nō feriatam. Sed contra istā opin. Inno. & pro prima facit infi. de inui. stip. §. loca. & s. tit. proxi. c. 1. si bene inducantur. Nec concludit ratio Innoc. salua sui euerentia, qñ dicit, q̄ die sequenti non feriatam venire & comparere tenetur, quasi sint duo præcepta, & c. quia fm hæc, eadem ratione si aliquis existens Parisijs, pmitteret dare mihi hodie Romæ. x. valeret promissio ppter duo: quia promisit dare, & promisit dare Rome. vnde fm hoc post tempus cōgruum dare tenetur, quod tñ lex reprobat dicens stipulationem huiusmodi impossibilem, & penitus nō valere. vt infi. de verb. obl. §. loca. & ff. de eo qui cer. lo. dari oportet. l. 2. §. si quis ita. in fi. Et ad id, quod dicitur, q̄ hic sunt duo præcepta, respondeo q̄ non est verum: imō vnum tñ quod apparet: quia si quis citaret sine die seu dici expressione nō valeret citatio. vt. ff. de ver. obl. l. ita stipulatus. in princ. & ideo est indiuisibilis, sed in l. Celsus. ff. de arbi. alle. per Inno. Arbitri præcepta bene sunt duo: vnum quo partem cōdemnat. item alterū quo apponit terminū ad soluendū sic loquitur. & intelligi debet. d. l. Celsus. In t secundo casu. qñ citatio fit, in seu de die feriatam ad diem nō feriatam, tunc non valet indistincte vt. ff. eo. l. 1. & C. eo. l. si sibi præconis vox horrida conquefcat. & ibi nulla quicquam & c. Et non mirū, si non valeat: quia citatio est de pcessu. vt in c. allega. qm. & processus habitus in tali die nullus est momenti vt hic. & hoc tenet Spe. tit. de cita. §. i. ver. item excipitur q̄ est facta in die feriatam. Sed hoc fallit, vt credo in casu vbi in citatorio exprimeretur casus, qui posset tractari in die feriatam, vt iam dixi. Et istam opinionem. q̄ hoc casu non valeat citatio tenuerunt Fran. filius Accursij & lac. de Are. in d. l. dies festos. per iura alle. hac rōne: quia præceptum de citando, est quedam snia communitaria. vt. C. de ijs, qui ad ec. consu. l. presentem. ergo die feriatam nō debet valere. Item in iudicij spectamur initiū. ff. de mino. l. 3. §. scio. ergo & in citatione spectare debemus quæ est pars iudicij. vt. j. de proba. ca. qm. contra. Idem tenuit primo Dyn. ff. de no. ope. nuntia. l. 1. §. nuntia. per iura & rōnes alleg. pro hoc etiam inducitur. ff. de ser. expor. l. si minor. Sed postea mutauit sniam suam & tenuit, q̄ talis citatio tenet. ar. ff. de don. int. vir. & vxor. l. si eum seruū. §. fi. & l. seq. Item generalis cōsuetudo hoc tenet, & minime sunt mutanda quæ interpretationem certā semper habuerunt. vt. ff. de legi. l. minime. hoc idem tenuerit lac. de Are. Pet. de Bellaper. & Cyn. in l. alle. dies festos. & Io. An. hic dicentes, q̄ citatio cuius executio confertur in tps concessum a iure pcedit: quod sic probant. Idem est iudicium de tpe, & de loco. ff. si cer. pe. l. vinum. Sed lege cautur, q̄ actus, qui exercetur in loco minus habili, si eius effectus confertur in locū habilem valet vt. ff. de off. p. re. vr. l. vl. & C. de epi. & cle. l. oēs, qui vbiq; §. si vero app. ritor. Et ad l. alle. dies festos. C. eo. tit. & ad l. presentem. C. de ijs, qui ad ec. consu. & ad similia iura respondent, q̄ in citatione t est triplex actus. Primus interlocutorius de citando. Secundus executio ipsius interlocutorij sniæ vt. l. actus citadi. Tertius actus est processus inchoatus ex citatione. Primus actus. In ter loquendi bene potest fieri die feriatam: quia talis actus interlocutorius non requirit causæ cognitionē. vt. C. de dilati. l. a. pcedente. Secundus t actus citandi similiter potest fieri die feriatam per eandem rōnes dicendo dñs talis iudex citat te, & hoc probari potest. ff. de adult. l. miles. §. sexaginta. tenedo illam opi. q̄ cum citatorio mittat libellus ipsi reo de quo solet notari. C. de li. con. test. in aut. offeratur. Tertius actus. si fiat processus, in iudicio non potest fieri. Vnde aduertendū est, q̄ olim per citationem sic inchoabatur processus, quia citabatur aliquis, vt cōpareret coram iudice vel factidaret de comparando. vt. ff. de in ius vo. vt eant vel factidant. in rubro & nigro. & ff. qui factidat. cōgum. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. & per istam t citationē trahebatur quis statim ad iudiciū. Quæ citatio hñs in se istum processum nō poterat fieri: quia sic veniēdo, & fidei iuros querēdo oportebat citatū auerti ab ijs quorū causa ferie conceduntur, & illū re spectū habuit. l. alle. dies festos. sed hodie nō sic, sed solum ita dicit Citare ex parte talis iudicis & c. Et sic concludunt, q̄ pot

feri præceptū & citatio die feriatam, vt cōpareat die nō feriatam. Si quæras in tertio casu. qñ citatio fit in, seu de die feriatam ad diē feriatam credo, tunc idē dicendū per oia, sicut in casu pcedenti. qñ fit in, seu de die nō feriatam ad diem feriatam. & hoc per iura alle. ¶ Si quæras, vtrū ferie iudicis vel actoris, vel rei sint attendendæ. Dicunt Inn. & Host. hic, q̄ ferie iudicis. Sed Pet. de Samp. & Abb. dicūt, q̄ imō ferie rei, in cuius fauore sunt introductæ. Sed tu potes probabiliter sic distinguere: quia t aut iudex & iugatores sunt diuersarū, & remotarum regionū, vt patet in ijs qui litigant in curia Romana, vel in curia Franciæ qui per se, vel per pcuratores sunt in curia, & qui denegatis ferijs nullatenus laderentur, & tunc potest esse vera opinio Inn. & Host. hic. Aut sunt diuersorū locorū, non tñ valde remotorū, & sic potest esse vera opinio Pet. de Samp. & Abb. l. q̄ t ferie ipsius rei sunt feruandæ, & q̄ loci & rei cōsuetudo sit seruanda: in cuius fauore hu iusmodi ferie sūt indicte ne a suis negotijs euocetur. pba. tex. ff. de fe. l. 1. Actor. n. & iudex sibi poterunt puidere, ne aliquē vocari faciant tpe feriarū, quæ in suis locis seruant, & non reus vt. C. de dilati. l. si qñ. quæ est. 3. q. 3. §. spatiū, & facit. C. de temp. in integ. resti. pe. l. petendæ. Præterea eo, q̄ actor vel iudex tpe suarum feriarū reum vocari fecit eis renūtiare vñ, quod facere potest. ff. de ferijs. l. 1. & hic in fi. Et ita distinguit in effectu Spec. hoc tit. §. i. ver. sed pone, q̄ in loco, vbi de hoc plene. Et de materia hui' c. scilicet vtrū ferie messiū & vindemiarū sint oibus accedendæ, vide per Bar. Brix. in q. venereali, q̄ incipit, vtrū ferie.

¶ De ordine cognitionum. Rubrica.

- 1 Quæstionem litis varie accipi. 2. 3. & 8.
- 4 Compensationis eadem vis, quæ solutionis, & actionis.
- 5 Incidentis quando principalis, vim non habeat.
- 6 Infamari exceptione neminem.
- 7 Euictionis exceptio, non eandem vim habet, vt actio.
- 9 Incidens & emergens quæstio quid.
- 10 Emergens cum principali pronuntiantium.
- 11 Incidens quando, an non, cum principali pronuntiantium. & 12.
- 13 Preiudicialia prius iudicanda.
- 14 Exceptionis emergentis natura, & vis.
- 15 Exceptio incidens non pronuntiantia.
- 16 Exceptionibus actus quid spectandum.

Intelleximus. Si quæras vtrū super incidētī vel emergētī quæstione, seu exceptione sit pronuntiantū vel nōn, distingue, & aduerte. Ista quæstio potest multipliciter intelligi. vno modo t vt hoc querere sit facere dubitationem, vtrū sit pronuntiantū super incidenti expresse, vel vtrū sit pronuntiantū tacite, & isto modo intelligendo, nulla est vtilitas istius quæstionis, quia quantum ad hoc nō est differētia expressi ad tacitū. ff. si cer. pet. l. cum quid & j. de app. c. ex parte. M. t Secundo modo potest intelligi, vt sit dubitatio, vtrū sit pronuntiantū de, & super incidenti per modū causæ: vt verbi gratia, q̄ iudex dicat. Absoluo reum: quia sibi factum est pactū de non petendo. & ista quæstio nihil habet vtilitatis: quia nō expedit regulariter causam exprimere in snia cū ex actis factis apparere potest vt leg. & no. j. de re iud. c. sicut no bis. & c. cum Bertholdus. Tertio modo, potest intelligi, vt sit dubitatio, vtrū sit in effectu, ac si pronuntietur super principali: v. g. Te accuso de periurio si principaliter condemnaris infamis es. vt le. & no. C. de trasla. l. si quis maior. & j. eo. cū dilectus. & de iurciur. c. querelam. Sed pone q̄ non accuso te de periurio, sed oppono per modū incidentis contra te productū in testem cōtra me, q̄ es periurus, si pronuntietur super isto incidenti: nunquid eris infamis & intelligedo quæstionē, fm istum modū certū, distingue: aut illud idem petitur per modū incidentis qd peteres per modū principalis intentionis, & ad eundem finē: v. g. debes mihi. x. sed tendo ad vtilitatē meā in agendo. Sed pone, q̄ nō ago ad illa. x. cōtra te, sed dum tu agis cōtra me ad alia. x. volo cōpensare ista. x. quæ mihi debes in effectu: idem nunc t peto, qd peterem si principaliter agerē, & ad eundem finem. s. quod de eis mihi satisfiat: nam per cōpensationē, adeo bene satisfiat mihi in effectu, sicut per solutionē: quia satisfactio pro solutione hñ. ff. de sol. l. satisfactio. & de iure paria sunt soluere & compensare, vt probatur. ff. qui po. in pign. ha. l. si debitor. & ideo pronuntiatio facta super istis. x. de quibus per modum compensationis opponebatur, habet eundem effectum, ac si principaliter & per viam actionis, ea peuiuissem vt. ff. de nego. gest. l. finautem. §. si quocunq; modo. & ff. de cōpen. l. quod in diem. §. si rationem. Aut t non petitur illud idem per modum.

dum, seu viam incidentis quod peteretur per modum seu viam principalis nec ad eundem finem, & tunc nunquam habet eundem effectum quem habet si principaliter ageretur. v.g. si agam contra te ex spoliatione & succumbam non potero in perpetuum agere ex eadem spoliatione. Sed pone quod agis contra me: oppono contra te per modum exceptionis, quod me spoliasti: licet obtineam in isto incidenti, non tamen propter hoc est mihi restitutio facienda. vt. j. c. proxi. §. veru. Item si succumbam in eo, non propter hoc impeditur restitutionem petere per viam actionis, vt no. Ber. in §. ibi precedenti sed quoniam in glo. hic patet in fi. & idem Inn. ibi. Præterea hoc dicitur lex: pone quod principaliter, & per viam seu modum actionis pronuntiatus es perius: certe pro hoc tu eris infamis, vt in l. alle. si quis maior. Sed pone, quod contra te per prout dicitur in testem contra me oppono, quod tu es perius, certe per pronuntiationem factam super tali incidenti non eris infamis. vt. ff. de ijs qui no. inf. l. Lucius. & j. eo. c. proxi. §. fi. in fi. Item ecce aliud exemplum: vendidisti mihi rem aliquam: dein de agis contra me ad rem illam petendo eam, oppono contra te de euictione: iudex pronuntiat te mihi de euictione non teneri: nunquid huiusmodi oppositio incidentis, & pronuntiatio super eo habeat eundem effectum quem habet si principaliter de euictione egissem, scilicet, vt in perpetuum non agam ex cautione euictionis: certe non imò potero nihilominus de euictione agere. Sic potest intelligi. ff. de eui. l. vendicatem. & sic est expeditus sit tertius intellectus. Quarto modo potest intelligi dicta questio, & isto modo procedit questio: nunquid super incidenti sit pronuntiatio de necessitate iuris antequam pronuntietur super principali. Et ad euentiam dicendum sciendum est quod quedam est questio incidentis: & quedam emergens: & omnis expositio nibus glo. dico, quod incidentis est ois questio iuris cadens qua causam principalem, seu negotium principale respicit in se vt iudicium, seu pactum de non petendo & similia. Emergens est, quæ non respicit causam principalem, seu negotium principale in se, sed respicit iudicium seu processum & ordinem litis, vt si iudici, vel parti agenti, vel testi opponatur excusatio vel si iudici vel testi opponatur infamia. C. de ordi. cog. l. 1. & 2. §. de rescri. scilicet: tatus. vel si opponatur contra percuratorem, quod non est vel non potest esse percurator. C. de percur. l. militem. vel contra iudicem quod non est iudex in causa rei, vel quod non potest esse iudex in causa spirituali de qua cognoscere nititur, quia secularis vel laicus. §. de iud. de ceterum. Ita. n. omnia, & similia tangunt processum iudicij: quia licet sint vel non sint premissa vera, nihilominus ius principale remanet integrum inter actorem & reum. ijs visis, si queras, nunquid super incidenti, vel emergenti sit pronuntiatum, distinguere sic. Aut queris de emergenti, & super isto dicit pronuntiatum. sic intellige. ff. de lib. cau. l. liberis in fin. C. de dilatio. l. a. pcedente. C. ad l. iul. de adult. l. qm. Alexandr. Et est ratio, quia non potest in causa aliter procedi. Aut queris de incidenti, & tunc est tale incidentis, quod respicit causam principalem, & tangit negotium tamen vt patet in exceptione solutionis, vel metus, vel quæ dico, quod non potes succedere patri tuo, quia es perius, & sic de similibus. Et tunc aut est tale, quod potest respicere & tangere vtrunque. s. negotium principale & vna cum hoc iudicium seu processum vt sunt exceptiones rei iudicate, transactionis, & iurisiurandi. In primo casu non est necesse pronuntiare super incidenti: & est ratio, quia pronuntiatum super principali satis pronuntiatum super eo, vt hic quoniam dicit ante est cognoscendum de ipsa &c. non. n. dicit ante fore pronuntiatum super ea. pro hoc. C. de ordi. iud. l. 1. & C. de ordi. cog. l. 1. & 2. & sic intelligitur opi. Bulg. de qua hic in principio glossæ. Fallit in casu, vbi questio incidentis debet ventilari coram alio iudice, quæ coram iudice cognoscete de negotio principali. vt. j. eo. tuam. In secundo casu refert. Aut tale incidentis opponitur per modum emergentis. i. per modum impediendi processum, & cognitionem negotij principalis, & tunc idem, quod dicitur est. §. de emergenti. s. quod pronuntiatum est super eo, quia non potest alias super principali procedi. Sic intellige. j. de litis contest. c. exceptionis peremptorie. lib. 6. Aut tale incidentis opponitur per modum incidentis. i. per modum victorie obtinende in principali, & tunc dicitur vt. dicitur est de incidenti, quod respicit tamen negotium principale videlicet quod non est necesse pronuntiare super eo. & intellige opi. Mar. & Pet. doc. iuris civilis, de quibus Ber. facit hic mentionem & Vin. & Lau. hic. Et in ista distinctione satis cõcor. Arch. 3. q. 3. §. spatium. & licet ista distinctio sit in se vera tamen per alia verba clarius tradi potest, & sic non distinguendo inter questionem incidentem vel emergentem. Aut est talis questio, vel exceptio incidentis, vel emergens, cuius pronuntiatione dilata, processus principalis questionis expediri non potest: hoc est, quæ est præiudicialis

13 cognitioni negotij principalis, vt quia agenti de hereditate opponitur seruitus: vel queritur, an actor sit excõcatus, vel non: infamis vel non, bonæ famæ vel non. vt. 2. q. 7. quærendum. In Gof. hic. & Arch. ibi. & tunc de illa primo est cognoscendum, & pronuntiatum vt. C. de dilatio. l. a. precedente. C. de ordi. cog. l. 2. ff. de lib. cau. l. liberis. §. in ff. de preuari. l. 3. alias fin. Aut est talis exceptio, cuius pronuntiatione dilata, processus principalis questionis potest nihilominus expediri: hoc est, quia non est præiudicialis negotij principalis: & tunc aut questio, seu exceptio incidentis, vel emergens debet ventilari coram alio iudice, quam coram iudice negotij principalis, & tunc idem. vt. j. eo. c. tuam. Aut questio seu exceptio incidens, vel emergens potest, & debet ventilari coram iudice negotij principalis, & tunc non est de necessitate pronuntiatum super ea, vt hic potest tamen iudex super ea pronuntiare si velit nec propter hoc quod agit annullatur. j. de appell. c. super eo. in fi. vnde & super incidenti pronuntiatum. vt. j. de testi. c. veniens. 2. §. 1. de fide instr. c. c. u. Ioannes hæremita. in fin. & §. de elec. cum dilecti. in fi. Et in ista distinctione cõcordant Host. & Io. Andr. hic. & §. de electi. c. cum inter. R. seniore. vbi de hoc per Inno. in glo. mirum videtur & etiam Gul. de Monte Lau. extra de appell. c. in cle. & ibi tenent Io. Andr. & Gen. quod super peremptorijs non est necesse interloqui. & de hoc vide quod not. Gof. in sum. sua eo. tit. §. sed nunquid plures. Et licet vtraque istarum distinctionum sit vera in se, & comprehendat materiam satis plene: vltima tamen est magis clara. Et an sit necessario pronuntiatum super replicatione dicatur, prout no. Io. Andr. j. de excep. c. a nobis. glo. fi. in fi. ponderandum naturam exceptionis contra quam replicatur, quia si est 14 emergens, quantumcumque sequitur replicatio, duplicatio, triplicatio, quadruplicatio, & sic in infinitum satis erit quod super ipsa exceptione pronuntietur, super qua est pronuntiatum necesse iuxta distinctionem præmissam: verbi gratia in terminis: excipio testem excõcari um replicas illum esse absolutum, duplico absolutem non habuisse potestatem absoluendi hoc ipso, quod pronuntiat iudex testem esse admittendum vel non admittendum, satis super replicatione & duplicatione pronuntiat. Si tamen etiam super ijs vellet interloqui non esset peccatum. Si vero exceptio 15 est incidens, super qua non est pronuntiatum necesse, ergo nec super replicatione pronuntiatum, verbi gratia in terminis: excipio de pacto de non petendo replicatur de renuntiatione, vel contrario pacto: satis est quod condemnet iudex, vel absolut super principali, per quod erit expedita exceptio, & replicatio. Sed si velit super illis etiam specialiter interloqui possit, sicut ergo quantumcumque; multiplicentur genera affinitatis semper ponderamus gradum consanguinitatis, a quo emanauit affinitas iuxta no. j. de consan. & affi. non debet. Sic quantumcumque; multiplicentur istæ contrariæ & exceptiones. s. per replicationes, duplicaciones, triplicaciones, quadruplicaciones & in infinitum semper inspiciamus gradum primū. i. naturam exceptionis, ex qua emanauerunt prædictæ: & quia respectu illius oia secuta dicuntur incidentia, poterit iudex (si voluerit sed non habebit necesse) specialiter super illis interloqui. s. m. Ioan. Andr. ibi.

- 1 Praiudicia prius intentanda. & 3.
- 2 Regula qui prior appellat & c. quando an non locus sit. & 3.
- 4 Regulam, qui prior & c. explicari.
- 5 Accusare diuersorum ex eodem facto eidem non licere.
- 6 Accusare factorum diuersorum idem potest.
- 7 Actionibus contrarijs non utendum quique; accipiendum. 8.
- 8 Actio vna, quando an non, aliam tollat. & 10.
- 9 Aquilia actio an cum iniuriarum concurrat.
- 10 Rei persecutoria, an simul agendum & 15.
- 11 Lucratinarum an admittendus concursus. & 14.
- 12 Lucratina an onerosa concurrat.
- 13 Pœnalis an persecutoriam aut contra, ant ollat.
- 14 §. Iulianus sensus.
- 15 Spoliatum excipientem damnatum iterum agere posse.
- 16 Actor causa cadens iterum non ager.
- 17 Exceptione sublata an agere liceat. & 24.
- 18 Exceptionum genera & effectus & quando, an non, proponi possint. & 23.
- 19 Restitui quando debeant non petita.
- 20 Periuurum canonice infamari.
- 21 Iuramento simplici quando, an non, infametur deierans.
- 22 Periuurum testis obiectum non infamare.
- 23 Periuurum testimonio reiiciendum.
- 24 Iuramentum quod, an non, infamare.

Cum dile-

Siduoibus. ¶ Innoc. hic in glo. pen. ver. sed tam men bene dicimus. dicit, qd si vna pars cum non esset appellatum misisset ad superiorem & falso sciens dixisset ei, qd ad eum appellatio nis vel si dolo tacuit se renuntiasse appel. & iudex procedat ad sententiam t totum reuocabitur, vel conditione sine causa vel per in integrum restitutionem, vel per quærelam falsi. ff. de iudi. si prator. & patet in eo quod le. & no. s. de in integr. restit. ex literis. & de exce. cum venerabilis. §. intelleximus. ¶ In eum hic. Sed ipse Inno. videtur notare cotrarium. s. de rescri. super literis in glimò sine forsan ver. item si quis impetrauit literas, &c. & clarus Compolit. ibi in 4. col. in quæst. item pone quod P. & Spec. tit. de citatione. §. l. in 5. colum. ver. Item pone. P. vbi posuit glo. ipsius Compo. & respondent ad glo. Innoc. hic, quod t hic loquitur, cum absens non fuerat legitime citatus, vel hic loquitur, qd pars præfens, quæ dicebat appellatum dicebat hoc per malitiam sciens appellatum non esse. ipsi vero ibi in quæst. sua loquuntur qd credebat appellatum esse. ¶ In eos. & idem no. G. j. eo. ti. Romana. §. si vero vocatis partibus in glo. l. lib. 6. Ex hoc ergo sic potes distingue. Aut pars aduersa absens nõ fuit legitime citata, t & tunc tene glo. Innoc. hic aut fuit legitime citata, & tunc aut pars præfens, quæ dicebat appellatū dicebat hoc per malitiam sciens appellatum non esse, & tunc idem & ita similiter intellige glo. Inno. hic. Aut credebat appellatū esse, & tunc pars citata tenetur comparere coram iudice. Alioquin tenebit falsā per eum cõtra ipsam lata super principali, nec quæretur postea an fuerit appellatum, vel non; quia rōne dubij iudex habuit iurisdictionem, licet potuisset per exceptionem elidit, ¶ In ipsos Cõpo. Spe. & G. vbi. s. & vide quod no. Host. in sum. sua. ti. de iud. §. quæ sunt necessaria. ver. quod autem dixi.

§. Denique. ¶ Argu. huius c. dicunt Lau. & Archi. 2. q. 6. non ita glo. 2. quod t clericus reconuentus coram iudice seculari non potest appellare ante sententiam nisi in casibus ibi no. per Ioan. Andr. & contra laicos reconuentus coram iudice ecclesiastico ante sententiam appellare potest. Item clericus reconuentus coram iudice seculari appellare debet ad secularem iudicem: laicus vero reconuentus coram ecclesiastico ad ecclesiasticum. Item si Papa delegauerit laico appellabitur ad Papam, si Imperator clerico, appellatur ad imperatorem in authen. de sanctif. epi. §. si tamen ex imperiali. secundum eos. Item no. hic secundum Abb. quod vbi ecclesia iurisdictionem obtinet temporalem, debet secundum canones iudicare, & non secundum leges.

- 1 Appellans quando impedimento excusandus.
- 2 S. illud l. fin. de temp. ap. enucleari.
- 3 Negligentia non excusat.
- 4 Impedimentum quod non excuset.
- 5 Ferias appellationi imputari.
- 6 Impedimentum paruum excusare.
- 7 Annos appellationis differre.
- 8 Impedimentum primi anni, an ad secundum trabatur.
- 9 Appellanti diligenti, secundum annum dari.
- 10 Appellanti etiam non diligenti secundum annum dari.

Rxratione. ¶ De materia huius c. dixi. s. eo. de eo, quod tenet hic Inno. in glo. sua pen. ad fin. ver. item videatur, &c. hic tenet Hosti. contrarium cuius opi. præualet, & approbarur extra. eo. ti. c. si appellationem. in cle. secundum Io. An. & Gen. ibi in glo. j. licet Archi. 2. q. 6. ei qui glo. pen. videatur præeligere opinionem Inno. & male. ¶ Ioan. Andr. dicit hic, qd scripta per Inn. & Hosti. hic faciunt ad id, quod dubitatur, scilicet, quanti temporis negligentia in primo anno interueniens, ex parte appellantis repellat t ipsum ab anno secundo, id est, dato, qd appellans vna die, vel septimana fuerit negligēs, sed toto alio anni tempore fuit, vel sollicitus, vel iuste excusatus, an sibi detur bienniu. Et conuertendo eo-

dem modo, quæris quanti temporis imponatur. excuset scilicet an excuset impedimentum vnus diei, vel septimanæ ipsò appellante toto anni tempore negligente, vel sollicito, vel partim sollicito vel partim negligēte, & circa hoc potest dari regularis doctrina. Ad primū articulum arguitur, qd etiam modici temporis negligentia repellat a biennio per l. fin. §. illud. t C. de temp. ap. ibi iubemus eundē appellatē, nisi obserauerit iudicium, & causam vsq; ad finem peregerit, sed per eum steterit quominus oia litis certamina implerentur ap. defraudari. Et ibi sequitur, nisi ipse appellator euentissimis probationibus possit ostēdere siquidem suā opere visum voluisse litem exercere, &c. Sed qui etiā in modico tpe fuit negligens nõ impleuit oia litis certamina, nec sua opere visus est ergo, &c. Item decret. cū sit. s. eo. dicit ex necessaria, & euidenti causa dari bienniu negligentia vero designat causam voluntariam. j. de concess. præb. quia ergo negligentia quantūcunq; modici tps impedit dari ¶ In annum. Item in aut. de his qui ingre. §. 1. 2. & 3. sæpius iteratur, qd in euitabilis debet esse causa impedimentum, vel languor propter quæ datur secundus annus, sed negligentia est voluntaria t vt prædixi ergo, & C. item ibi in §. 1. dicit, qd non debet appellans cām sine pmissione dimittere, sed negligēs pro tunc sine pmissione dimittit causam. ergo &c. Item constat, qd terminus hois succedit loco termini iuris. f. anni, sed qui vltima die termini hois, quo se debet presentare, vel iter arripere illud negligenter deserta esset appellatio. s. eo. personas. & c. cum sit. j. eo. ad aures. & c. sæpe. ver. saluis. eo. tit. cordi. lib. 6. ergo & vnus diei negligentia nocebit in termino iuris. fin. anno. Item circa ¶ In articulum, t modici temporis impedimentū non excuset, probatur: quia constat annū appellationis prosequendæ currere a tpe ap. interiectæ vt in cle. eo. tit. sicut ap. sed ad appellationis prosecutionem vir apostoli necessarii. eo. ti. c. 1. & c. vt per lib. 6. sed illos iudex infra xxx. dies tradere non tenetur. eo. ti. ab eo. lib. 6. & cle. eo. tit. quamuis. ergo licet illo modico tpe impediatur currit illud tps in anno. Item terminus, si detur ab homine, non præuenitur. j. eo. sæpe. in fin. illud currit in anno ap. licet tunc impediatur appellans licet Ber. cõtra ibi in gl. pen. Item constat qd t in anno appellationis sunt ferie solenes fauore sanctorum, & hoim. s. de ferijs. c. fi. & in eis impeditur appellans, & tñ ille cõputatur in anno appellationis. pbat vt vnus. C. de dilal. siue pars. in fi. de fe. l. 1. De repentinis ferijs. ibi no. in fin. 1. glo. & C. de temp. ap. l. 2. §. pen. & no. in prædicta decre. vlt. de fe. glo. 2. sicut & in quadriennio restitutionis petendæ vt in cle. de resti. in integr. c. vnò C. de temp. in integr. resti. l. fi. in contrarium in vtroq; articulo adducitur: quia & si modicū fecerit in primo anno debet hñe ¶ In, quasi per id interruptū sit primū fatale in aut. de his qui ingre. ad ap. §. vnde hæc nos. ver. si vero pro veritate. Item aut. t ei qui. canonizata. 2. q. 6. ei, qui dicit si intercesserit causa decretalis oblatæ, j. eo. dicit ex iusta causa bienniu indulget, sed iusta causa vñ impedimentū vnus diei tps. Item ista decre. dicit pp impotētiam, & loquitur etiā. de biennio, satis ergo videt ex indēfinita locutione sufficere quantūcunq; tps impotētia interuenit. Nam & cle. sicut appellationem. eo. ti. dicit iusto impedimēto cessante arguendū a singulari ergo vnū impedimentū excusat. Item satis pbatür. j. eo. significat. vbi sola impetratio delegatorū facta infra annum ita tarde, qd secunda infra annū fieri nõ possit excusat appellatē. Item decretalis cõstitutus. j. eo. vñ pbat, qd procuratoris infra annū misisse sufficeret. ad idem eo. ti. Nicolao pro, & cõtra. j. de pig. significauit. Item t cõs sit opinio, qd primus annus, & secundus differunt in duobus. scilicet quia impeditus in primo anno iure habet integrum ¶ In annum, sed impeditus in secundo eget restitutione & restituitur solū ad tps id in quo fuit impeditus vt no. hic inno. & Hosti. ex quo sequitur id operari impedimentū primi anni quod ad donationem secūdi anni ipso iure, quod operatur impedimentū in sed o anno quo ad restitutionem illius tps quo fuit impeditus. Sed constat, qd impeditus in secundo anno vna sola die restituitur ad illā diem, vt in cle. de resti. in integr. c. vnico ergo & vna tñ die impeditus in primo habebit ¶ In annum cum non minus imò plus fauere debeat impotenti primū anni, qd secūdi facit in aut. de litigio sis. §. oēm in si. sicut difficilior datur secūda dilatio quā prima. ff. de ferijs. l. fi. & no. s. de dilal. c. 2. Solutio in primo articulo vñ fumi posse ex Inn. hic ver. Idem dicimus cuius hæc verba sunt in d. ver. idem dicimus ibi tunc si nullū suberat &c. Tunc si nullum suberat iustū impedimentū tenebit executio &c. Cuius dictum ponit Cyn. in aut. ei qui dicens qd qñ negligentia appellantis in primo anno fuit tantū tps, qd t verisimiliter illa interueniente causa expediri potuisset repellitur ab anno secundo cum per

cum per hoc appareat ipsius negligentia sine cause impediuisse, alias si non potuisset cā expediri dato qd negligentia non interuenisset habet ¶ In annum, allegauit qd culpa non punitur, vbi sine ea interuenisset quod obuenit. ff. ad l. R. hodi. de iact. l. fi. §. si hac conditione. ver. Paulus. ff. qd me. causa si cum exceptione §. quod si homo. ver. si tamen peritura. ff. si quis in ius vo. non icrit. l. 2. in fi. ff. de verb. obl. l. cum stipulatus sum mihi a Proculo. facit. ff. de iud. fi. debitori & quod no. s. de do. & contumacia. c. fi. in vlti. glo. & ista decre. per quam patet, quod est toto anno. secundo non potest quis mereri sententiam, & dicunt iudicem appellationis ¶ In distinctionem prædictam habere declarare dandum vel denegandum bienniu. arg. ff. de ver. obl. l. continuus. §. cum ita. huic dicto obstat quod not. In no. hic. in fi. ver. Item bene potest imputari volens vtrunque dictum saluare dicere potest illud in negligentia inchoadi, hoc in negligentia prolequendi iam inchoatum. In secundo articulo quid teneat Inno. patet hic in glo. sua circa medium. ver. sic. Sufficit aut appellanti & sequentibus. Sed videtur hæc opinio venire ad vtrunque articulum & hoc in verbi. sed secundum, prædictos. j. eo. Sed videtur aliquibus, qd si appellans sem p fuit diligens in principio t medio, & in fine anni, quia. f. inchoauit, eo tempore, quo infra annum finem, vel finem consueti potuisset, & profectus est, & per eum non stetit: quominus haberet insiam, quia sine prouisione & continuatione processus non derelinquit causam et si per solum diem impedimento in euitabili fuerit impeditus integrum ¶ In annum habeat a iure in auth. de his qui ingre. ad ap. §. vnde hæc nos. & §. sequentibus. & in præd. l. fi. C. de tempo. appel. Sed hoc dicere nihil est, quia etiam sine alicuius diei impedimento, qui sic fecisset, vt prædixi, ¶ In annum haberet. Sed secundum prædictos, si non inchoauit prosequi tempore quo verisimiliter finire potuisset & fortius si nullo modo profectus est. vel aliquo tēpore fuerit diligens, fuit tñ aliquo tēpore negligens, licet iste fuerit die, vel septimana impeditus, etiam in euitabili impedimento, potuisset tñ si post inchoationem talem (vt prædixi) & post impedimentum semper diligens fuisset, infra annum finem consequi, tunc a iure non habeat annum. Sed hoc casu videtur aliquibus qd restituitur ad tps illud impedimentum tm. argu. C. de resti. mili. quod tempore. ff. ex quibus cau. ma. l. ab hostibus. §. sed quod simpliciter. & l. sed & si per prætorem. §. si feriae. & l. necnon. §. si quis sæpius. Alijs, videtur, qd restituitur, quasi tēpus negligentia corrodatur tps impotentia per leges prædictas, & facit de elect. cum in veteri. in fi. cum concordantijs.

- 1 Appellatio & recusatio quando dissimilia. & 3.
- 2 Appellatio & recusatio an equiparentur.
- 4 Recusabilis ne sit vetitus recusari

§. In causis. Si quæris, vtrum appellatio, & recusatio equiparentur quo ad casus particulares, hoc est, qd ab illo, qui potest recusari possit appellari, & contra & eisdem causis, & dic, qd non, nam in certis casibus habet recusatio, non tamen appellatione: ab executore. n. appellari non pot nisi modum excuset; & tñ recusari potest, vt s. de offi. deleg. super quæstionibus. §. verum. quod dic vt tibi. Item a iudice appellari non pot, nisi grauet, sed bene recusari licet non grauet vt no. Inn. & Hosti. j. e. cum speciali. Item appellari pot a iudice in quem, quis confensus sit, sed non potest recusari, nisi ex noua causa. s. de offi. deleg. infinuante. Sed & notorie delinquens appellare non pot, qui tñ forsan pot recusari vt le. & no. j. e. cum speciali. §. j. Aut qris, vtrum equiparentur quo ad modum, & dic t q sic: quia sicut appellatio rationabilis admittitur non irrationabilis, sic & recusatio vt hic ¶ In Hosti. hic idem in hoc vltimo membro, Ber. hic in glo. sicut appellatio quod credo verum, quantū ad modum rationabilem interponendi vtrunque, secus quantum ad modum cognoscendi de vtraq; quia de appellatione cognoscit iudex appellationis vt s. de rescriptis dilectus 2. & j. e. vt debitus & per totum. sed non de recusatone imo quandoque arbitri. j. e. cum speciali & de offi. dele. ab arbitris. l. 6. s. de of. sic. delegati suspitionis. quandoq; iudex ordinarius, qñq; delegatus vt j. de offi. deleg. c. fi. contra vnum li. 6. ¶ Item ad officia si episcopi non appellatur ad episcopum, cum sit idem membrum. j. de consue. c. non putamus & de ap. c. Romana in principio. l. 6. Tamen, si ipse officialis recusetur, ipse episcopus, de causa recusatōnis cognoscere potest, & debet vt in c. allega. si contra vnum. §. fi. vbi de hoc. in hac distinctione concordat, Hosti. & Ioan. And.

¶ Super eo. c. & eo. §. vide quod no. Spec. tit. de recu. §. j. verfic.

quid si sit cā. vbi dicit, qd si Papa t committat cām ita vt delegatus non possit recusari, vel ab eo appellari, tñ ex iusta causa, potest recusari. arg. s. de offi. deleg. ex parte 2. & ab eo appellari. j. eo. vt debitus. Sed primum fallit, quando citra causa exprimitur, propter, quam non possit recusari ar. ff. si quis cautio ni. l. sed & si quis. §. quæsitum.

- 1 Si autem expliciti locus.
- 2 Diem termini in eo computari.

§. Si autem. Dic qd iste §. habet locum, qñ t certum tempus datum est sub numero dierum, septimanarum, mensium, vel annorum, secus si vsq; ad calendas septembris vel vsq; ad annum vel vsq; ad aliud tempus formaliter limitatum, & taxatum: quia tunc incipiet tēpus currere a tempore date literarum vt s. de rescriptis. c. eam te vbi de hoc. & cum glo. vlti. Ber. hic dicentem, qd in tempore dato ad cām decidendam non computatur dies receptionis literarum commissionis. Concordant Vinc. Gof. Phi. & Host. hic & facit cle. eo. tit. c. sicut appellationem. & vide quod ibi no. Ioan. An. in princip. magn. glo. Gui. Nazo contra qui dicit diem receptionis computari quod probatur per literam, & tunc, & quia sequeretur alias qd reuocata iurisdictione ea die procedere posset iudex quia & si non computatur dies inchoandæ iurisdictionis ergo nec dies finiendæ. Et hoc credo verius, cum regulariter de momento ad momentum talia computentur, vbi aliud non exprimitur a iure, & hic soluit contraria. facit. s. tit. j. quod ad consultationem. & quod no. j. de resti. spoli. frequens. lib. 6. ¶ In Ioan. And.

- 1 Criminosum non appellare quatenus verum.

¶ Onfuluit. Licet hic dicatur quod t criminosus possit appellare, tñ hodie, siue crimen sit occultum siue notorium non licet appellare, nisi grauetur sed si grauetur, semper licet vt j. e. vt debitus ¶ In Innocent. hoc est verum. Sed vbi crimen notorium patet non potest de facili grauari, nisi iudex excedat modum correctionis. s. de offi. or. c. licet in corrigendis & not. s. de iure iud. ad nostram. 3. vel nisi iudex reputet notorium quod dubium est, vt hic in tex. ¶ In Hosti.

- 1 Appellari absente iudice non licere.
- 2 Capita aliquot conciliari. & 6. fallit. 4. & 5.
- 3 Appellandum quando presente appellato sit.

¶ Vggestum. Si quæris, vtrum appellatio facta in absentia iudicis valeat, Ber. hic in glo. j. in fi. dicit, t quod non per ca. vt debitus. & c. cum speciali. j. eo. idem no. Ab. s. eo. si duobus in principi. dicens, quod illa litera videtur esse manifeste contra illos, qui timentes ordinarios aliquod facere contra se occulte appellant vocatis aliquibus testibus, non. n. talis appellatio eos iuuat in aliquo ex quo iudex ignorat eos appellasse, quin procedere valeat contra eos, arg. illius c. & hoc si potuit certificare iudicem, & non certificauit alias non imputaretur ei si faceret quod posset. ar. s. eo. ex ratione & hoc satis probatur. j. e. cor. d. li. 6. vbi non potuit seruare in absentia iudicis solemniter ibi statutam ¶ In Abb. f. Go. hic dicebat, quod appellatio emissa in absentia iudicis bene excusat si non sit fraudulenter. & hoc tangit Bern. hic in ver. & est hic arg. &c. & idem videtur tenere Archi. 2. q. 6. biduum in glo. adde. ff. quando app. sit &c. de quo etiam ibi per Io. in glo. propter hoc verbum. hoc etiā videtur placere Inn. j. eo. dilectus: glo. penul. vbi dicit, quod p appellationem etiam factam in absentia iudicis appellans est exemptus ab ipsius iurisdictione Hosti. vero hic dicit, quod il la t. c. vt debitus. j. eo. & c. sæpe loquuntur de appellationibus, factis in iudicio hic autem de illo qui appellat extra iudicium & iter arripit prosequendi. Et idem. s. quod in presentia iudicis sit appellandum not. Io. An. extra. e. tit. c. j. super verbo coram ipsis in cle. Ex quorum dictis credo sic distingendum, quia aut quæris de appellationibus factis extra iudicium, & il le. cum non fiant a iudice non debent t fieri coram iudice prut dicit hic Hosti. sed debent fieri in presentia appellati, scilicet procuratoris eiusdem in causa ipsa specialiter constituti, alias si fiat in absentia debet sibi intimari infra mensē ad interpositione ipsius, vt le. & no. in calle. causam electionis. Aut t quæris de appellationibus factis in iudicio, vel etiam extra a iudice, & tunc aut non potest eius haberi copia, & tñ c. potest in eius absentia appellari, vt 2. q. 6. biduum. C. de iudi. vlti. quomodo & quau-

& quando iudex ab eo. fm Inno. & Host. in c. si iustus metus. Aut potest haberi eius copia & tunc aut quis non potest commode in presentia iudicis seu coram iudice appellare, vel propter metum, vel propter aliam iustam causam, & tunc non oportet in presentia appellare, sed sufficit in casu, ubi non audeat appellare super hoc protestari iuxta ea quae l. & no. s. e. si iustus metus alias si non posset appellare in presentia posset appellare in absentia, dummodo ipsam appellationem intimaret infra mensuram iuxta c. alleg. cam electionis, & ita intelligo opi. p. d. c. t. am abbas s. e. si duobus. & Go. hic. & Arc. in c. alle. bidu. & Inn. j. e. dilectus in glo. pen. Aut quis potest commode in presentia iudicis, seu coram iudice appellare, & tunc debet coram eo appellare. vt hic & j. e. vt debitus. ibi coram eodem iudice, & c. cordi. li. 6. ff. q. n. ap. fit. l. j. s. dies & s. i. quis. 2. q. 6. biduum, & extra eo. tit. c. j. in cle. & ita intelligo quod no. Ber. hic & Io. An. & Gen. ibi & Inn. j. e. si iustus metus & si concordatur gl. sua ibi & alia glo. sua contraria in c. dilectus gl. penul. fm Gen. in d. c. j. in cle. in glo. 2. & idem G. & Io. An. j. e. c. appellatio. li. 6. d. c. d. c. etiam q. si bene videatur decr. s. eo. c. si duobus. j. re. spon. in fin. plane demonstrat q. si quis a suo iudice appellavit, non protegit ipsum appellatio donec ad notitiam iudicis perducatur & huius sententia fuit ibi Pe. de Samp.

- 1 Appellationem turbatam quis reformet. & 2.
- 3 Iudex a quo quibus casibus iurisdictione utatur.

Vm teneamur Si quæris, vtrum si appellans in sua possessione reformetur iudex, a quo appellavit eam sibi poterit reformare, refert, aut iudex, a quo appellavit est ordinarius, aut delegatus. Si est ordinarius tunc dic quod potest hoc idem intelligi, si non ab ipso, sed a delegato, vel ab alio quacumque iudice fuerit appellatum, & maxime, qm turbatio, vel violentia notoria est ubi ordo iuris est & iurisdictione non observatur. s. de iure iur. ad noltram. 3. fm Host. Aut est delegatus, & tunc non potest: quia ex quo appellatur ab ipso ex legitima causa nulla remanet ei iurisdictione vt j. e. vt debitus. fm Bert. & hoc verum qm appellatur, vel alius tertius turbat. Secus forte, si ipse appellans turbaret, quia tunc forte poterit possessionem reformare. ar. j. e. an sit deferendum fm Host. Et est hic t. vnus, casus specialis, in quo iudex post appellationem a se facta exercet iurisdictionem suam. Secundus. s. e. si duobus. Tertius. s. e. o. personas. Quartus. j. e. peruenit quod dic vt ibi. Quintus, quia potest præcipere ne appellatione pendente quid fiat. j. de matr. contrac. contra. interdic. eccl. c. 2. fm Inn. Host. & Ioan. And. Sextus casus est j. e. c. qua fronte vt no. Arch. 2. q. 6. appellatione ubi ponit istos casus. Septimus casus est extra de sequo. c. vnico. in cle. vt no. ibi Io. An. super verbo loci ordinarii & ibi. Guli. de Mon. lau. enumerat octo casus & plures alios casus vide in Spe. hoc tit. s. pen. circa princ.

- 1 Appellare generaliter non nisi extra iudicium licere. & 2.
- 3 Appellandi in futurum quando ius sit.
- 4 Appellatio generalis contra ius commune inualida.
- 5 Appell. re alternatum non licet & cur & quo iure. 7.
- 6 Appellatio alternata non nisi recepta tenet.

Onsuluit. Si quæras, vtrum generalis appellatio valeat, vel no, distingue aut quæris de appellatione iudiciali, & quanti ad ea q. fiunt in iudicio, & tunc dicitur non, vt hic in j. re. spon. & s. eo. c. 2. vnde non prodest alicui dicere, & protestari, q. lata sententia possit ratione cuiuscunq; grauamnis appellare cum cā abbreviandi lites nolit ab illis ante sententiam appellare, fm Host. & Io. An. Aut de appellatione extra iudiciali, & quantum ad ea, quæ fiunt extra iudicium, & tunc aut appellatur a futuro grauamine, & tunc valet appellatio generalis certa causa grauaminis non expressa dummodo aliqd fiat, vel dicatur, quare timeri possit grauamen quod est postea sequat. Potest et appellari de futuro grauamine, vt ne quis me grauet, ne quis me molestet etiam nulla certa persona expressa, dummodo fiat ex pluribus coniecturis vt hoc no. j. e. ad au. dientiam. & c. dilecti & c. dilectus. c. bonæ & c. cam quæ. Et si quis petat aliquid extra iudicium ab aliquo & ille appellet, ne ipsum grauet valet appellatio. j. e. dilectus. fm Host. hic alias non valet. vt hic. Et cum ista distinctione concordat. Card. j. de elec. cupientes in materia attemptatorum in q. sed pone in negotio electionis ver. licet. n. & c. Sed quod dictum est de generali appellatione, intelligo verum, nisi a iure communi recederet, & fieret ad impediendum id quod de iure communi conceditur fieri, vel ad faciendum id, quod de iure communi fieri prohibetur, vt dicam plenius, infra eod. constitutus, in secunda distinctione.

cederet, & fieret ad impediendum id quod de iure communi conceditur fieri, vel ad faciendum id, quod de iure communi fieri prohibetur, vt dicam plenius, infra eod. constitutus, in secunda distinctione.

¶ Hæc decreta est in arg. q. no valet appellatio alternatiua interposita. ad archiep. vel ad Papam. nam generalis dispositio, & alternatiua acquirantur, vt ff. de condi. inde. l. cum is. s. vlt. sed generalis appellatio reprobatur hic ergo & alternatiua. Item omnis alternatiua est dubia, vt ibi. & ff. de leg. j. l. si ex toto. s. si ita legatum. ff. de verb. obli. l. vbi autem. s. qui illud. ff. de sti. seruo. r. l. sed & si ita & hoc tenuit. G. Nazo. hic. f. saltem appellationem iudicalem non tenere, quia apostoli debent esse certi & determinati. 2. q. 6. s. forma in extraiudiciali putat contrarium cum illa sit prouocatio ad causam. s. e. cum sit. Ioan. de Deo in quaestionibus suis dicit, q. refert vtrum appellet post sententiam tunc & non tenet appellatio si non est recepta, a iudice vel parte: quia si non probat sententiam iniustam rata manet, 2. q. 6. ei qui. j. e. s. p. Si autem recepta sit tunc non est questio siue ante sententiam, siue post tñ ante sententiam non debuisset recipi. j. e. vt debitus. quæ opinio non placet Spec. dicenti, quod obtinuit, q. coram Papa talis appellatio audiatur, licet appellans velit coram archiep. profectui. ar. ff. de auro & arg. l. l. si quis ita. & l. quintus mutius. ff. de verb. sig. l. coniunctione, & l. s. p. ff. de ap. l. j. s. si quis in appellatione. C. de verb. sig. l. c. quidam. vt no. hæc Spe. hoc tit. s. nunc tractemus ver. sed pone aliquis & ver. quid si dicat & de hoc per Arc. 2. q. 6. s. post datam & s. illo valet super verbo perperam videatur. vbi innuit idem cum Spec. hoc tit. de hoc etiam plenius per Io. An. j. de offi. deleg. c. si is, cui glo. pen. lib. 6. & de reg. iur. c. in alter. natiuis in nouella. eo. li. dicens, q. sibi videtur, quod talis appellatio teneat de iure ciuili, cum non relinquat appellatum incertum. Ratio, quia ad imperatorem non appellatur, omisso medio. ff. eo. tit. l. imperatores. & ita ad proximum videtur appellasse. arg. ff. de sti. seruo. l. sed si ita ver. in fi. & l. se. nam cū vtriq; ff. de fidei. l. fidei iussor. in princ. ff. de solu. l. qui res. s. si seruus. Sed quia de iure canonico appellari potest ad Papam, omisso medio, ideo, dicit appellationem non tenere, nisi probabiliter dubitationis causa fidei ductus, alternatiue appellaret, arg. ff. quorum legatorum. l. j. s. qui autem j. de post. præ. c. vno. lib. 6. & pone exemplum. in c. alle. si ius. j. de offi. dele. & prædicta vera nisi alter eorum eligat infra illud tempus infra quod poterat appellare vt ibi no. secundum Io. And. cuius opinionem, credo esse veram.

- 1 Nuntio nulli nocuo credi.
- 2 Nuntio publico fides danda. & 3.
- 4 Nuntio an credendum arbitretur iudex.
- 5 Nuntio publico quibus non credendum.
- 6 Nuntio de facto suo non credi quatenus verum.
- 7 Citationem indefinitam non valere.
- 8 L. ita stipulatus sensus.

Vm parati essemus. Si quæras, vtrum si nuntio sit credendum in & super his quæ non vergunt in alterius detrimentum & discrimen. Et tunc sic vt 2. q. 4. c. innocens. & j. q. 4. c. turbatur. s. notandum vbi de hoc no. Ioan. in glo. ar. q. ad dictum. & 23. q. 4. quam magnum. Aut in & super his, q. vergunt in alterius detrimentum & tunc aut quæris de simplici nuntio non publico, non iurato, & tali nulli dubium non est credendum nisi quantum ad præsumptionem & sicut vni alij, vt C. de resti. l. iurifurandi. s. simili modo. & no. Spe. ti. de citatione. s. sequitur videre. ver. sed nunquid credetur soli nuntio. in fi. ibi si vero non est publicus. & c. Aut quæris de nuntio publico, & iurato, & tunc aut quæris, vtrum credatur sibi de facto suo sibi commissio, vt quod aliquem citauerit, & tunc, & Cin. in lea quidem. C. de accu. tenet indistincte quod sibi creditur per l. si quis decurio. C. ad l. Cor. de fal. dum modo cōstet de commissione cum sine iudicis precepto citari non debeat vt C. de exhiben. reis. l. fin. & in auth. de quaestore. circa mediū colla. 6. Sed tu plenius distingue aut quæris circa citationes faciendas, & tunc dicit Specu. ibi, quod non credetur, sibi nisi alias constet legitimis documentis sicut nec iudici. ff. de iust. & exhibit. reorum. l. diuus & s. de proba. c. qm contra falsam, in fi. verum tamen propter suum officium publici statuerit eius dicto & pro eo præsumitur vt saltem reus negans cogatur iurare

rare non fuisse citatum. arg. s. de præsump. ex literis de præscr. ad audienciam de præsump. illud in fin. Et idem. s. quod sibi non credatur not. Io. 8. 2. dist. proposuisti in gl. ex hoc videtur, & Vinc. Host. & Io. An. in c. alleg. qm contra falsam. & Host. in summa. tit. de do. & cont. sub rubrica, de contumacia. s. qua liter ver. quid si absens & in s. qua pœna & hic sed finaliter Ho. sti. ibi dicit hoc esse arbitrio iudicis committendum, qui pœnata qualitate negotij deferat iuramentum illi, qui dicit se non citatum, vel potius credat nuntio arg. s. de procur. in nostra in fi. & c. præcedenti. & de iure iur. c. vlti. idem archid. in c. alle. p. proposuisti in glo. adde dicas audacter & 8. q. 3. c. talia. super verbo non possumus. sed Gof. s. de ele. quod sicut. & Io. 4. q. 3. s. Item teltes quos in glo. sed nonne. in fin. tenent quod ei creditur, donec contra probetur. & idem Arch. j. de sent. ex com. c. venerabilibus in gl. cum ista litera & c. lib. 6. vbi vide & Ber. s. de proba. qm contra & hic arg. huius c. & ff. de offic. præfec. vr bis. l. j. s. penulti. & vlti. & ff. de rebus eorum qui sunt sub tut. vel cu. l. magis puto. s. illud. 4. dist. si forte. C. de accu. ea quidem. Et hanc opi. credo veram vbi citatus non contradiceret, vel contradiceret, & de modico præiudicio ageretur, puta, qd reus comparens teneretur respondere, vel non comparens teneretur ad expensas. vt s. de procura. c. auditis. C. de iudi. l. fan. cimus. Si vero laceretur de magno præiudicio, puta amissione causæ, vel si esset causa criminalis, q. esset bannitus, vel conuictus non comparens tunc crederem opi. prædictam Specu. vtiorem & per iura alle. Aut quæris non circa citationes, sed circa alia & dic, quod no creditur ei. Et ita potest intelligi hoc quod no. Ber. hic qm dicit aliter non creditur & c. quod crederem verum in arduis, & vbi esset magnum præiudiciū, secus vbi modicum, & in his ad quæ suum officium se extendit arg. s. de test. c. præterea. j. de accu. dicit olim. Si quærat de alio, quia de facto suo, vt quia dicit, q. aliquis commisit maleficiū & tunc non creditur sibi. vt C. de accu. lea quidem. de decur. l. j. & vlti. li. 6. fm Cyn. in d. l. ea quidem & idem innuit Ber. hic & hoc intellige quantum ad malum puniendum creditur tñ ei quantum ad hæc vt ad sui relationem possit inquisitio fieri vt in l. 2. ff. de custo. reorum. & in l. alle. ea quidem. C. qui accu. no po. & hoc modo intelligas vbi dicitur de nuntio hoc & eius relatione habes idem Bartolus in isto vltimo membro in s. cura ff. de offi. præfecti. vrbis.

¶ Si quæris, vtrum citatio sine præfinitione temporis valeat videatur, q. non per istud capitulum, vbi non apparet, q. Papa certum terminum præfixerit ep. ad se præsentandum, & hoc placet Spec. tit. de cita. s. sequitur ver. quid si non præfixeris, vbi tenet, quod venire debet infra modicum tempus psumptum tñ cum tempore facit. ff. de sta. l. l. si peculium. s. vlt. alle. etiam s. de do. & contu. cum dilecti. vbi dicitur no venientem in termino teneri venire post terminum & cum ista secunda non habet diem certum facit j. de ele. cupientes in fi. j. respon. & de offic. ordi. quamuis ad fi. li. 6. & facit ad hoc 8. r. di. perlatum. 1. 8. q. 2. pridem. s. de pro. accedens. de testi. cog. c. 2. de edicto. quo quis specialiter non citatur. tenent hic Inn. & Host. j. qui ma. accu. po. c. vlti. vti de hoc per Io. And. super vlti. glo. Sed p. de bel. per. vt no. Cyn. C. de feriis dies festos in fi. tenet non valere citationem sine die per legem. ff. de verb. obli. l. ita stipulatus in prin. vbi non valet stipulatio, quod certo loco sistas sub pœna si dies certa per errorem non fuit adie. ta. sed pro Spec. facit quod eadem. l. sequitur. ff. qui fati. d. cog. l. de die & ff. de dam. infect. l. si finita in principio. fm Io. And. hic potest dici opinionem Spe. veram in citatione iuris, vt in c. cupientes. alle. & c. quamuis cum suis concor. & in citatione principis vt hic & in citatione priuati loco expresso. arg. in sti. de ver. obli. s. loca. secus vbi locus vel ciuitas in quo, vel in qua more maiorum ius reddere consuevit, appareret vt ff. de iust. fi. & iur. Ius plurib. possit vltima opinio sustineri.

- 1 Excommunicatus iurans stare ex causa appellat.
- 2 Appellare contra iuramentum non licere.
- 3 Contumax non nisi ex iusta causa appellat.
- 4 Appellationi iuramento quando, an non renuntietur.

Væstioni. Si quæras vtrum periuri admittatur ad iurandum distingue vt dixi. s. de ma. & obe. c. cum in ecclesijs.

¶ Si quæras, vtrum excommunicatus qui iurauit stare mandatis possit nihilominus appellare, vel si antea appellauerit, vtrum per hoc suæ appellationi renuntiare videatur, distingue, aut quæris de primo capitulo, vtrum possit nihilominus appellare, & tunc refert, aut appellat ex aliqua cā rationabili

li de nouo accidente, vel ante orta non tangente iuramentum vt quia mortuo aduocato suo iudex recusat sibi de aduocato, cum posset de idoneo, providere contra. c. perniciosam. s. de offic. iudi. & tunc potest appellare. vt s. c. proxi. fm Innoc. & Host. ibi quod verum etiam si iudex in vi præstiti iuramenti inhibeat ei, appellat fm Hug. & Arch. 6. q. 4. quod bene gl. fi.

2 Aut appellat ex causa concernente iuramentum prælitum, de stando mandatis ecclesie, & tunc aut est excommunicatus pro crimine, vel delicto, in quo iacebat, & pñtebat, vt quia de tenebat vxorem alterius, & super hoc iurauit stare mandatis, ecclesie, & statim ante mandatum vel mandato facto, q. illam dimitteret incontinenti, appellavit, tali appellationi non est deferendum vt hic fm Ber. Inn. & Ho. hic. Aut est excommunicatus pro contumacia, & post iniunctum sibi mandatum, ab ipso mandato appellat, & tunc aut mandatum est iustum, & rationabile & a tali non poterit appellare vt hic. Aut est iniustus, & irrationabile, seu graue, & tunc poterit appellare vt s. de iure iur. c. Quinquaginta. & j. e. vt debitus. Si quæras de secundo. s. vtrum, si ante iuramentum appellauerit per hoc suæ appellationi renuntiare videatur. Refert aut post h. m. d. i. appellatione petit absolutionem, & iuramentum præstat de parendo mandatis ecclesie absq; protestatione, q. salua sit sibi appellatione & tunc per talem absolutionem quam petit, & per iuramentum quod præstat videtur acceptasse iurisdictionem illius iudicis, a quo appellavit & quicquid factum est coram eo & appellationi renuntiasse. s. de offi. deleg. graurum. Aut petit absolui & præstat iuramentum cum protestatione tñ q. salua sit sibi sua appellatio, & tunc valet protestatio & tenet absolutio, q. vis per appellationem negotium principale sit ad superiore, deuolutum. vt j. e. qua fronte fm Innoc. Ho. & Io. And. hic & j. e. c. qua fronte

Va fronte. Hic habes q. audacia reprobatur & i. c. vnde vi. si quis in tarta. Sed contra, quia imo audacia laudanda est vt ff. de li. & po. sthu. l. Gallus. s. nunc de lege. in fi. & C. de no. co. fa. c. o. v. nica, in princ. Circa t. quod distingue aut quæris de audacia q. versatur circa illicita, & talis damnatur, & reprobatur, vt hic, & in l. alle. si quis in tantam & hæc vocatur temeritas vt C. de fa. cros. eccl. l. iubemus nulli post hanc. s. Sane. 86. dist. c. tanta nequitia. Aut quæris de audacia, quæ versatur circa licita & talis laudatur vt in contrarijs.

- 1 Appellationem non prosequens expensas præstat. 3. q. & 5.
- 2 Lite non cont. non prosequuta appel. sententiarum posse.
- 6 C. reprehensibilis. sensus.

Reprehensibilis. Si quæras in quibus criminibus, vel delictis, necessaria est & in quibus sufficit monitio & quota ad hoc vt superior habens potestatem excommunicandi excommunicationem ferre possit, distingue, vt dicam, j. de sent. ex. c. sacro. dist. j.

S. Si autem. Si quæras, quæ sit pœna non prosequentis appellationem, distingue, quia actor cui silentium est impositum appellat. Aut reus cōdemnatus appellat. In primo casu, si actor appellat tunc aut no prosequitur appellationem suam reo prosequente aut prosequitur, reo non prosequente aut neuter prosequitur aut vterq; prosequitur. si actor non prosequitur appellationem suam tunc reo appellato prosequente expensis legitimis condemnatur, vt hic in s. si autem. & j. e. o. s. p. & c. Nicolao. Si prosequitur, tunc aut prosequitur minus sufficienter, puta, quia mittit procuratorem ad impetrandum tñ constitutum, & non ad litigandum, & tunc idem vt j. e. Nicolao, quod intelligas qm appellatio, fuit per aduersarium vel per iudicem aliquem approbata nam si approbata non esset sufficeret procuratorem ad impetrandum constitutum mittere. j. e. interposita. s. j. sed etiam reo instante. nihilominus procedatur in principali. s. de do. & c. c. cap. causam, quæ. Si actor prosequitur appellationem suā sufficienter, reo non prosequente, tunc procedatur contra ipsum in causa appellationis ipsius contumacia non obstante, vt s. de renun. c. veniens. de officio deleg. cum causa in fi. & j. eod. ca. interposita in fi. Nam in causa appellationis interpositæ, siue a diffinita, siue ab interlocutoria, siue a grauamine potest procedi lite non cont. contra contumacem ad finem, vt in iurib. alle. ga. vt no. Ho. j. e. c. s. p. & quod no. ibi Ber. in gl. vt similis. & c. habe

habet locum quo ad causam in principalem. *fm Ho.* Si neuter prosequitur appellatus nec appellatus, tunc primus iudex iurisdictione sua libere utitur, ut hic in §. si vero quisquam. Si uterque prosequitur dic ut j. e. c. v. de bitus & c. corpi. li. 6. Si reus condemnatus appellat tunc refert. Aut non prosequitur appellationem suam actore prosequente. Aut prosequitur actore prosequente, aut neuter prosequitur, aut uterque. Si reus non prosequitur appellationem suam actore prosequente, tunc ipse reus appellatus condemnatur in expensis. ut §. de re scriptis. c. ex parte in fin. nihilominus causa appellationis diffinitur, quamvis, sup. in principali non fuerit contestata ut c. allega. interposita. §. si de causa vero principali, utrum in ea procedatur, dicam j. e. per tuas. In tribus sequentibus membris. §. quoniam reus appellationem suam prosequitur, & actor non, vel uterque vel neuter, dic ut dixi, §. in actore appellante in eisdem membris, & per eadem iura, & in ista dist. conor. Ho. in summa. e. tit. §. & quare est pena, ubi de hoc. Item Go. & Io. An. post eum posuerunt tale distinctionem in d. c. sepe. Aut appellat actor, aut reus. Item aut ante litem contestat, aut post. Item aut a diffinitiva aut citra. Item aut prosequitur appellatus & non appellans, aut e converso, aut uterque, aut neuter. Si actor appellat ante litem contestatam, & non prosequitur appellationem prosequenti condemnatur ad expensas, ut hic. Si vero actor appellans prosequitur, & reus non contra eum, proceditur ut contra contumacem *fm decre. qm* ut litem non conte. Si uterque prosequitur litem suo Marte procedet. Si neuter, primus iudex utitur sua iurisdictione ut hic in princip. Sed si post litem contestatam actor appellat & non prosequitur prosequente appellato actor iterum citandus est. C. quoniam & quoniam iudex auth. qui semel. Si non venerit proceditur in principali, nisi illud liquere poterit. C. de iudi. proferendum. §. si autem ex gestis, vel saltem fiet absolutio ab observatione iudicij cum condemnatione expensarum ut j. e. §. & si quidem. Sed si reo non prosequente prosequitur actor proceditur in principali, si liquere poterit ut in d. l. proferendum. §. si autem abfuerit. 3. q. 9. de cernimus. Si non potest liquere, fiet missio in possessionem irreuocabilem. C. quomodo & quoniam iudex. consentaneum. Si uterque vel neuter prosequitur, repete quod statim praedixi in eisdem membris. Si autem reus appellet & non prosequitur prosequente actore, vel prosequatur non prosequente actore fiet, quod faciendum dixi cum actor appellat. Et haec omnia procedunt, quoniam appellatur citra diffinitivam. Ceterum si a diffinitiva appellans praevenerit post terminum iuris & solus & cum aduersario prosequitur. 2. q. 6. si ei qui appellat & est auth. C. de temp. appellatio num auth. ei, qui. Sed terminum ab homine praefixum punire non potest ut j. e. sepe. Sed si non prosequitur, rata manet sententia. De appellato dic. ut j. e. c. oblate. utroque prosequente litem suo Marte procedet. Neuter prosequente, rata manet sententia, ut in lappellatione canonizata. 2. q. 6. cap. appellatione. 6. Suppleas alteram istarum distinctionum per alteram, & sic habeas materiam perfectam. Et quod hic dicitur, quoniam appellans, & non prosequens appellationem condemnatur in expensis, intellige, quoniam habet proprium, ut hic in tex. alias si sit religiosus qui caret proprio. ut 1. 2. q. j. nolo. & c. non dicatis. vel secularis egens omnino ut j. de solu. Odoardus & non possit puniri in expensis ut 1. 4. q. 6. si res. Et ideo his casibus haec poena in alia commutabitur, ut §. de do. & contu. c. finem in fi. & j. de male. c. statumimus in fi. *fm Hof. hic* & adde quod dicam. j. eo. per tuas & c. Nicolao ubi de hoc dicam.

- 1 Appellationi a iure vetita non deferendum.
- 3 Appellatio frustratoria nulla.
- 3 Appellationi dubia deferri.
- 4 Appellationem itinere arrepto prosequi & quatenus verum 5.
- 6 C. peruenit. explicari.

Eruenit. Si quaeris, utrum appellationi, quae dicitur frustratoria, sit deferendum, distingue, aut appellatur in causa ubi lex vel canon, prohibet appellari, & tunc non est deferendum appellationi, ita intellige. ff. eo. tit. constitutiones. & C. quorum appell. non reci. per totum. Aut appellatur in alio casu, & tunc aut constat eam esse frustratoria, & talis non valet ut j. e. v. de bitus & c. cum speciali & c. interposita & eo. tit. c. cum appellationibus friuolis. li. 6. Aut constat eam non esse frustratoriam, & talis valet, nisi sit aliquid quod obstat ut in c. alle. Aut est dubium prout fuit hic. Nam hoc dubitabatur, an esset appellatio frustratoria, ut patet in tex. ubi videatur & c. non. n. dicit simpliciter frustratoriae appellavit, & tunc admittitur *fm Ala. & Ph.*

hic idem Arch. 2. q. j. in summa. super verbo exhibuerit. Vnde ille clericus allegavit necessariam professionem, vel dispensationem, vel aliud simile alias appellationem non fuisse fecundum eos. vel quod non poterat ibi secure morari ut §. de renun. ad supplicationem. *fm Ho.* qui dicit similiter, quod hic appellans expressit causam per eandem viam facit C. de appellatio. quoniam niam. ubi de ista materia.

¶ Si quaeris, utrum appellans qui tenetur suam appellationem prosequi iter arripiendo pro ea procedenda pro hoc prosequi, ipsam videatur, distingue, aut quaeris, nunquid videatur appellationem prosequi. quantum ad illum actum itineris arripionis, & in casibus in quibus appellans tenetur, vel ex ordinatione Papae, ut hic vel ex ordinatione iuris iter arripere infra certum tempus, ut j. de elec. c. statumimus. c. cupientes, in prin. li. 6. & quantum ad hoc videtur satis appellationem prosequi ut ibi. Aut quantum ad hoc ut affectualiter prosequi videatur. Et dic, quod non nisi vel literas super appellatione sua impetrauerit, vel saltem iudici se praesentauerit & legitimum quid proposuerit. C. de tempo. app. auth. ei qui in auth. de his qui in gre. ad ap. §. illud colla. §. ar. ff. de adm. tu. l. scire oportet. §. sufficit. quia verba cum effectu & c. j. de cle. non refi. c. relatum. & l. j. §. haec verba. ff. quod quisque iur. & hoc est aequius *fm Hof. & Io. An.* de re iudi. c. cum super & c. tit. c. directe. & idem Inn. hic dicens quod hoc factum alias fallum recitat: quia non sufficit tantum iter arripere nisi apostolico conspectui se praesentet. §. e. cum sit Romana. Sed spec. hoc tit. §. nunc breuiter. ad fi. ver. & nota quod ubi datur dicitur quod sufficit iter arripere infra tempus. Sed contra hoc facit expressio iste tex. cum dicitur appellationem prosequitur iter ad nos arripit veniendi. q. d. quod non prosequitur per ipsam itineris arripionem, sed postquam venerit prosequitur. quod denotat verbum futuri temporis, prosequitur. Et istam eandem opinionem videtur tenere spec. in §. al. le. nunc breuiter ver. sed pone auditor & Abbas hic qui exponit infra terminum a iudice statutum.

- 1 Appellationi friuolae non deferens non puniendus.
- 2 Appellationem non recipiens poena.

E priore. Super glo. si quaeris, nunquid, & qua poena puniri debeat iudex qui appellationi non desert, distingue, aut appellatio, cui non desert testis friuola, seu frustratoria, & constat, quod tali non est deferendum ut §. c. peruenit 2. & j. eo. cum appellationibus friuolis. lib. 6. & per consequens non deferens tali appellationi non debet puniri. 23. q. 6. 4. qui peccat. & quod legitime factum est & c. ad l. iul. de adul. lege Gracchus. & j. de reg. iur. factum legitime. li. 6. cum ibi allega. 2. Aut appellatio, tunc non desert est legitima, & tunc refertur aut causa in qua appellatio est interposita est criminalis aut est civilis. Si criminalis tunc habet locum glo. Ber. hic quia si sit leuiter deponi debet, ut in c. alleg. hic decreto. 2. q. 6. Si vero laicus triginta pondo auri debet multari ut C. eo. tit. l. quoniam iudices. Si est civilis tunc non debet deponi, sed habet locum istud, c. l. quod mitti debet ad curiam, ut satis faciat de tali excessu fecundum Arch. in d. c. decreto licet Alanus hic & Io. An. Hug. & lau. ibi idem dicant cum Ber. hic.

- 1 Protectionem generalem appellationis instar non esse.
- 2 Protectionis specialis esse.

Audientiam. Si quaeris nunquid protectio vicem appellationis obtineat, distingue aut quaeris de generali protectione per literas concessas & talis non habet vicem appellationis, nec per talem protectionem eximitur a iurisdictione sui ordinarij, quia nec hoc intendit is, qui literas concedit. Sic loquitur. j. de priuilegijs. c. ex parte. 2. Aut de protectione speciali, & verbalis, loco appellationis specialiter expressa, cum arripione itineris, per quam ipsam proferens, intendit appellare. & sic plus consideratur intentio, quam verba. j. de verb. signi. intelligentia & c. praeterea. & talis obtinet vicem appellationis ut hic *fm Ber. Hof. & Ioan. An.* hic. vnde sicut in appellatione sic & in protectione causa rationabilis exprimitur, & in scriptis porrigitur *fm Hof. & Ioan. An.* nec dicitur hoc speciale in Papa, quia idem videtur, ubi protectioni, Metropolitanae aliquis se supponit ut j. eod. dilectis. j. responso ver. dilectis.

- Aduocatus quando, an non, recusabilis. 3. 4. & 5.
- 2 C. insinuante enucleari.

- 6 Causa recusationi sufficiens. 8.
- 7 Recusatus an testis esse queat.

pellati prosequenti coram eo ius suum super eo de quo dicitur appellatum, & aduersario excipiente de appellatione repli cantis. & negantis appellationem, vel dicentis non fore infra, dicem dies appellatum, vel tempus appellationis prosequenda effluxum, vel similia, & sic consequenter, & indirecte de nullitate, & deservitione, seu viribus appellationis cognoscendo. Aut nunquid possit se intromittere principaliter, & directe, de causa appellationis cognoscendo. In primo casu refert, aut superior nondum incepit cognoscere de causa appellationis, ad eum interposita, & tunc potest se intromittere ut fuit hic & arg. optimum. j. eo. R. omana. s. si vero vocatis partibus. li. 6. Aut superior incepit cognoscere de causa appellationis, ad eum interposita, & tunc non potest se intromittere: quia tunc causam a iudice appellationis intentatam nullomodo inferior tangere debet. vt s. de offi. deleg. c. pastoralis. s. j. Inn. Host. & Abb. hic. In secundo casu. s. quando vult de ea cognoscere, principaliter, & directe, & tunc dicitur quod non potest vt 2. q. 6. decreto, vbi dicit, vt nihil prius & c. vbi hoc no. Hog. & Lau. pro hoc facit in eadem causa & q. ca. quoties episcopi. Et est ratio, quare iudex a quo est appellatum, non cognoscit iudicialiter appellatio sit frustratoria, vel non, iusta, vel non, quia prelati semper parati essent aggravare appellantes, & pronuntiare appellacionem frustratoriam vt not. Laur. & Archid. in calle. ad R. omana. Idem videtur notare Ber. j. eo. c. sollicitudinem. in glo. sed quare vbi dicit Host. q. ratio est, quare iudex de cuius iurisdictione dubitatur potest cognoscere, an sua iurisdictione sit, vel non, & tamen iudex a quo est appellatum, non potest cognoscere de appellatione quia in primo casu iudex cognoscit de iurisdictione, quia agit de iurisdictione, & redditur in inuitum. ff. de verb. oblig. l. inter stipulantes. s. j. d. appellatione vero id non cognoscit, quia agit de iuris exceptio ne, & ad superiorem translatione, de qua suspensus est interior ideo cognoscere non potest. 2. r. dist. inferior. s. eo. ad hac si cur assens. Non potest ergo iudex, a quo est appellatum, de appellatione cognoscere nisi prout est dictum, vel nisi prout forte in sequentibus dicitur de alio, quam illo a quo fuerat appellatum. Si ergo queris de alio, quam de illo, a quo fuerat appellatum, tunc refert: aut queris nunquid possit se intromittere, & valebit, quod facit si Papa postea factum approbaverit in casu, vbi ad eum est appellatum, & dicitur quod sic vt hic fuit Inn. Host. qui dicit, quod ex ista questione periclitabatur ecclesia, & propter penitentiam partium oriebatur scandalum hinc, & inde. ideo legatus predictus voluit occurrere ex officio, ponens spem in Papam, quod ratum haberet factum per ipsum, argum. 9. q. 2. Lugdunensis. & sic processit, vt Papam instrueret qui & ratum habuit, & hunc putat verum intellectum huius cap. Aut queris, nunquid possit se intromittere, & quod faciat valebit etiam si Papa factum non approbaverit. Et tunc dicit vt Tan. & Ber. hic, quia aut queris, vtrum possit facere hoc sine consensu partium, & dicit, quod non vt s. de offic. leg. l. i. d. uisti & c. licet. Aut de consensu partium & dicit q. quem consensum credunt hic interuenisse ad hoc, vt causam magis instruat remitteret ad Papam. C. de rela. l. j. & 2. & j. eo. c. intima secundum eos. & istum intellectum approbant Gar. Card. G. & Io. And. j. de elect. cap. cupientes. in prin. super verbo sedis examen. lib. 6. Et intellige bene, quod de consensu partium legatus cognoscere potest ad causam instruendam. & p. modum & ad finem duntaxat instructionis, alias autem si partes consentiant, quod legatus, vel alius de appellatione, ad alium superiorem, & specialiter ad Papam interposita cognoscat, non valet vt not. Host. j. eod. sollicitudinem vbi dicit q. si partes. s. episcopus & appellans consentirent, q. archiepiscopus de appellatione ibi interposita cognoscat non propter hoc posset cognoscere, cum iurisdictione Papae non possit in alium sine speciali eius licentia prorogari, vt le. & no. s. de foro comp. significasti. Et sic intellige, quod notatur. s. c. dire. ete. s. m. eum & hoc satis probatur in calle. sollicitudinem s. nos igitur quando dicit cognoscere omnino non valet, quare ratio habet et locum etiam in alijs superioribus. Ergo idem ius. ff. ad leg. Aquil. l. illud extra de offic. vica. c. vno. in cle. Et quod dictum est de consensu, intellige siue precedente, siue sequente processu cause instructionis factum per ipsum legatum de latere, vt quia contra dictam assertionem, seu relationem ipsius nihil obiectum fuit, imo partes voluerunt ei stare alias contra s. de prob. quoniam contra, & de testi. cum a nobis secundum Host. hic & idem recitat Archi. 8. q. 3. talia super verbo non possumus, & Gen. in extrajugon. Ioann. 32. execrabilis. super verbo sublimitatem eorum.

1. Beneficio quando oportet diues.
2. Electus quando confirmandus.
3. Prouocationis exprimenda causa.
4. Appellationis, ne quid fiat exprimenda causa.
5. Appellans a iudice desinente causam exprimat. & 6.
7. C. peruenit. 2. sensus.
8. Appellationis ab interlocutoria exprimenda causa.
9. Causa non nisi expresse prosequente & 10.

Onsitutus Ad declarationem glo. quae incipit in potentia. & c. Si queris, vtrum in electionibus ratio potest, vel diuitiarum sit habenda, distingue, qualitate beneficii, & situs localis vt si locus sit bellicosus, & tunc nobilitas proferatur, s. de ele. in causis. Si vero ecclesia sit oppressa debitis diues preferatur, vt j. de accu. c. praelatum. & 10. q. 2. hoc ius correctum, nam in talibus qualitas beneficii & situs localis attendendi sunt. Si vero talis necessitas non imminet. & si praedicta aliquem gradum adiciant, ceteris tamen paribus, est is qui maiori, & saniori parte capituli eligitur, confirmandus, s. m. Hosti. hic. ¶ Ad declarationem glo. quae incipit ex hac littera. si queris, nunquid in appellatione sit necesse causam exprimere, & nunquid appellans possit aliam causam prosequi quam in appel. expressam & ex quacunque causa, siue expressa, siue non expressa appellatione, possit suam appellationem iustificare & alias causas prosequi quam in appellatione expressas, distingue. Aut queris, nunquid primo necesse est causam exprimere, & tunc aut queris de appellatione extra iudiciali, si de extrajudiciali tunc aut de illa, quae sita parte, & contra partem & non a iudice, & tunc aut queris de appellatione, seu prouocatione, quae sit agra uamine iam illato, & tunc in tali oportet causam rationabilem exprimere vt hic in s. nos ergo. j. de elect. vt circa ibi vel facta & c. & c. quamuis. li. 6. Aut de appellatione seu prouocatione, quae sit a grauamine inferendo non illato. Et tunc aut appellatione a iure communi discrepat, & recedit, & talis, quae nisi causa exprimatur, non infert iustum, vt quia tendit ad impediendum id, quod edicto perpetuo fieri cõceditur hoc est, quia appellatur, ne fiat id quod in comuni fieri debet, vt puta. q. non fiat electio generaliter, vel q. non fiat de tali, vel tendit ad faciendum, quod iure communi prohibetur, & tunc necesse est in ea causam rationabilem exprimere, vt hic. & s. eo. ca. constitutus. lo. 1. & s. de elect. cum inter. r. & c. cum inter canonicos & ca. bonae. j. & in. c. cum nobis olim. & cauditis. & ca. considerauimus. & eo. tit. c. vt circa. li. 6. j. de his quae sita. ma. parte. cap. c. r. & c. ex ore. Idem est, si appelleretur ne porrigatur inuectura cõfirmato, vt est moris, vt hic verum est, quod necdum priuatus sed etiam iudex vbi cuncta iure communi recedit debet causam exprimere, vt ff. de appell. recipi. sciendum. & in auth. de iudi. s. oportet colla. 6. & s. ti. proxi. sicut nobis quae loquuntur s. iu. dice. Et de priuato probatur. s. de ele. constitutus cum ibi not. vt no. Host. in d. c. sicut nobis. & Archi. j. de elect. licet canon. super verbo carere. li. 6. Aut appellõ, seu prouocatio non recedit, nec discrepat a iure communi, sed potius interponitur super eo, quod est iustum, & infert iustum, & a iure communi, approbatum, puta, vt fiat id, quod edicto perpetuo concedit, hoc est, de iure communi fieri debet, vel ne fiat id quod edicto perpetuo, hoc est de iure communi fieri prohibetur, vt q. non fiat electio, nisi canonica sit. s. de ele. cum nobis olim. vel quod non fiat, nisi a toto capitulo, vel maiori & saniori parte, eiusdem vt e. ti. cauditis, vel ne fiat in loco, vbi timeretur communis impressio vt eo. tit. c. bonae. vel si quis appellet, ne i sua possessione molestetur, vt s. c. bonae & tunc non oportet aliam causam exprimere, vt ibi. Vnde ex quo ipsa appellõ infert iustum. metum non oportet certam causam exprimere, vt in hoc membro, & superiori. conc. Ho. in summa. eo. ti. s. qualiter sit appellatio in prin. & j. e. ti. c. cum cam in fi. Aut queris de appellatione quae fit a iudice extra iudicium, & tunc dicitur idem, q. in appellatione iudiciali, put sequit, vt pbat. j. e. cor. in prin. li. 6. Si q. ras de appellatione iudiciali tunc aut q. ras de appellõe interposita a diffinitua, & i illa si e necesse causam exprimere, sed sufficit dicere appello. ff. de ap. l. cio. & 2. q. 6. c. ei q. appellat. s. diffinitua. i. fi. ver. litigatorib. & j. e. cor. s. his q. li. 6. vbi hoc no. Arch. & Io. An. Et est rõ quia in ca appellõis a tali diffinitua interposita appellans pot. q. b. ut q. modis sniam spugnare, vt ibi. Hinc est, q. q. appellatur a diffinitua iudex tenet oino appellõi deferre. ar. j. de ap. si soluli. 6. vt no. Gen. ext. de do. & cõ. c. vnico. i. cl. & hoc. l. q. ca sit de necessitate exprimenda i appellõe, a diffinitua credo verũ et in causis electionũ, licet tunc sit ibi cam

eam exprimere, vt no. Car. in calle. quamuis. & j. de ele. li. 6. in glo. dicunt quidam. & Gul. in glo. sic feruatur, & Gul. Durã. di. & Io. And. in glo. dicit Garcias licet Gar. contra dicens, q. per illam decretalem inducitur illud speciale in causis electionum, q. in appellatione a diffinitua oportet causam exprimere, q. licet sit tunc primum, tamen verius de iure fallit. s. m. leges. in casu, q. appellatur a diffinitua occasione grauaminis precedentis, a quo ante diffinitua appellari non potuit vt C. de rebus cre. l. generaliter. s. sin autem, quod tamen illud. s. m. canones locum non haberet. s. m. Host. j. eo. c. vlti. dicens quod illud c. se refert ibi in fi. ad l. lex tamen alle. non probat quod sibi imponit Ho. Et not. quod Dama. hoc tit. q. 18. tenet quod si appellans a diffinitua qui non tenetur exprimere causam exprimat manifeste friuolam, vt si dicat appello. quia coelum digito non tangis, non tenet appellatio, vt sic impossibilis causa adiecio vitiet causam, sicut regulariter vitiat contractum. j. de cõ. di. appo. c. vlti. cum concor. ibi alleg. & hic. de his. quae sita. ma. parte. c. j. Non obest, q. causam exprimere, non tenebatur: quia expressa talia nocet. ff. de reg. iur. l. expressa. Et dixi talia notabilia, quia si expressisset causam non manifeste friuolam, tunc aliam prosequi posset iuxta no. j. eo. cum causam. glo. fi. & hoc idem no. Io. An. in d. c. cordi. s. his quae in nouella. Aut queris de appellatione a grauamine, vel interlocutoria & tunc dicit, q. in tali appellatione debet causam exprimere, non valet, vt j. eo. vt debitus. & c. dilecto. & c. cum causam. cum ibi not. in gl. si. per Ber. & eo. tit. c. cordi. & c. Romana. s. j. li. 6. licet Ab. notet aliter. s. e. peruenit. 2. dicens, quod illud c. loquitur in mandatum quod obtinet vim diffinituae sententia. non n. per diffinitua uam sniam plus posset iniungi illi clerico, quam per illud mandatum tibi factum. s. vt in ecclesia residere praecipitur. Vnde sicut tenet appellatio a diffinitua snia sine cae expressione, vt no. j. e. cum cam. ita in casu illo & Inno. j. de no. opi. nun. capi. pen. gl. pe. ver. sed alij dicunt. vbi tenet, quod satis est appellati, ab interlocutoria exprimere illam inultam tetiam si non adjiciat in quo, vel quare & Ber. s. vt lit. non conte. accedens. j. quare dicit ex his & c. dicens quod ibi ex superueniente grauamine sumpsit appellatio maiorem firmitatem. & idem no. Io. & Vin. ibi quorum opiniones reprobantur illa. s. Abbatis & Im. no. extra eo. appellanti. in clem. quod dicit vt not. ibi Io. And. & Gen. in glo. 2. & Io. An. in d. c. accedens & in d. c. cordi. & il la Ber. Io. & Vin. extra de dolo & contu. c. vnico. in cle. vt not. ibi G. de Monte lau. super verbo appellare & Gen. ibi in glo. 2. & Io. And. & Gen. in d. c. appellanti super verbo nec processus. Et vide quod dixi in d. c. accedens. Aut queris de secundo principali. s. nunquid appellans possit aliam seu alias causas prosequi, quam in appellatione expressam, vel expressas, & tunc dicit quod non etiam in negotio electionis, vt hic in fine vbi dicit aliam tamen causam tunc & c. s. m. Io. Da. Phi. Gof. Vin. Inn. & Host. hic. & idem Comp. j. de elect. statuimus. in gl. queritur, qualiter ver. sed nunquid li. 6. & Ber. j. eo. cum cam glo. fina. & Ber. & Inn. j. eo. dilecto. pro hac etiam opi. facit. j. de electi. vt circa. li. 6. & j. eo. cum cam quae in fi. vbi de hoc. sed Io. 2. q. 6. c. ei, qui. s. non ita & s. diffinitua. ver. ab eo super verbo pronuntiare. & Tan. Vin. & Ber. contra saltem in casu huius c. per ca. accedens. j. s. vt lit. non contest. & ibi tenent idem Io. Vinc. & Ber. in glo. quare dicit, & de fide instru. cum Ioan. sed primam opinionem tenet Host. & Io. And. in d. c. accedens & Archi. in versu. alle. ab eo in glo. adde istam sniam & bene pro quo vt casus generaliter loquens extra eodem tit. c. appellanti. in cle. Vnde dicit quod appellans ex vi appellationis non est admittendus ad aliam causam ab illa, ex qua appellauit exprimendam, vel probandam vt hic, & in similibus iudex tamen ex officio suo de ca, extra appellationem proposita inquirere debet, vt s. de electi. cum nobis olim. & c. nihil est & c. venerabilem & eo. tit. c. fin. li. 6. s. m. Host. hic. & pro hoc faciunt optime ea quae le. & not. j. de elect. vt circa. li. 6. Et intellige q. hic decanus appellans appellauit non a confirmatione, sed ab executione confirmationis, vnde appellatio fuit repulsa, vt no. Card. j. de sent. ex com. muni. c. is, cui. in fi. li. 6. vel intellige q. hic appellauit non a confirmatione facta a factio. s. confirmationis & quia causa ibi expressa non fuit probata, remittuntur partes reprobara appellatione secundum Archidiaconum, in versiculo allegato. ab eodem. vbi de hoc.

- 7 Appellari non excepto loco non titulo licere & quando.
- 8 Citatus timens procuratorem mittat.
- 9 Citato & procuratore venire timentibus appellandum.

X parte. Si queris tunc quid si alicui parti locus non tutus per iudicem assignetur eo ipso exinde poterit appellare. Dicit hic Inn. quod sic etiam si persona non petat locum securum iudex cum offerre debet. idem no. Inn. j. de no. ope. nun. c. pe. gl. pen. vbi etiam dicit, q. q. appellatur quia locus non est tutus sufficit dicere appello, quia locus quem mihi assignastis, non est mihi tutus. nec oportet eum exprimere quare non est tutus. & idem tenet Card. j. eo. concertationi. li. 6. Host. vero dicit hic quod antequam appellatio fiat debet iudex requiri, vt locum congruum, & securum assignet, q. si facere denegat tunc poterit appellari t quia s. m. cum probat stylus curiae quod dicitur quia diligenter, & humiliter requisitus locum tutum assignare denegauit ad nostram audientiam appellauit & c. pro quo, j. eo. dilecto. cum quo concor. gl. j. de spon. cum locum in gl. est ergo hic & q. notauerunt Vin. & Gof. j. eo. interposita dicentes, q. hac exceptio de loco non tuto habet proponi, & allegari coram iudice: quoniam bene potest probari coram eo. ff. de officio proconfu. & le. l. nec quicquam. s. vlt. & hoc est verum, nisi illa, causa notoria esset, secundum illud quod leg. & no. s. vt lit. non contest. c. 2. Bogti. refert quosdam distinguere, aut iudex sciat, vel verisimiliter scire possit grauumen loci, & tunc sit locus opinioni Innoc. An. ignoret, & tunc sit verum, quod dicit Host. & Ioan. And. hic dicit, quod videtur, quod licet opinio Host. habeat equitatem contraria opinio Inno. habet veritatem. nam reperire est grauumen in re ipsa, sed non ex mente iudicis. Item grauumen in re ipsa, & in mente fed ad validandum ipsam appellationem factis est, quod fit grauumen, in re. i. quod iudex grauet, & si grauare non credat. Facit j. eo. cum causam. s. de testi. dilecto. de excep. significauerunt. j. de testa. Raynaldus. de congra. spiri. c. fi. de no. opi. nun. c. 3. ergo procedit appellatio sic alias sufficit, quod dolus committatur, re ipsa. ff. de verbo. oblig. l. si quis cum aliter. Sed multum facit in contrarium, quia iudex asserenti sibi locum non esse tutum, non debet credere, nisi hoc probet. Item si verum est, quod va leat postea coram iudice, a quo appellauit, nil probare tenetur j. eo. si a iudice. li. 6. & sic sine vlla iudicis culpa abdicabitur ab ipso iurisdictione, quod est absurdum propter, quod videtur, q. sicut a grauamine quo recipitur t testis criminofus instrumentum falsum vel familia non appello nisi super eo proponam exceptionem, qua non admittitur grauer. ita nec in hoc casu. Et opinio Innoc. posset locum habere, quando tantum est periculum, quod nec per me, nec per alium possum in locum exceptionem proponere. nec forte contrarium sensit Innoc. non enim dicit quod non teneatur excipere, & probare locum non tutum, sed quod non tenetur supple, illo probato petere locum tutum: quare videtur, quod sicut necesse est de suspicione iudicis excipi, nec potest aliter appellari. s. eo. nouit. ita & de suspicione loci. Si tamen suspicio esset notoria videtur citatio non arctare per cle. de re iudi. pastoralis ver. Pisana vbi de hoc. s. m. Io. And. & hanc opin. Host. tenet expresse argum. 33. q. 2. siue de coniugij. in glo. in ista decre. & j. de sent. ex comm. venera bilibus s. & hoc ipsum. libro 6. hoc idem inuit. infra de officio delegat. statuimus. 2. super verbo idoneum eo. lib. & opinio Innoc. videtur iniqua: quia iudex non semper peccat a si quando locum tutum: cum ipsum non esse tutum possit probabiliter ignorare, nec de eo tenetur diuinare. j. vt eccl. bene, vt nostrum dicebat etiam Genze. in c. interposita t quod si gra uamen quod proponitur non contingat personam iudicis, a quo appellatur habet coram ipso proponi, & probari, vt si dicatur locum iudici non esse tutum, sed periculum propter inimicitias, vt hic & in d. cap. cum locum & in d. c. siue. 33. q. 2. vel quod aliqua difficultas est accidendi ad locum vel quod gra uant officiales in exigendo, praeter iudicis conscientiam. Sed si i grauumen contingit personam iudicis: tunc proponetur coram eo, sed probabitur coram superiore ne ipse probationes, subuertat. Circa tamen hunc articulum potest probabiliter, sic distinguui: aut notorium est locum non esse tutum, & tunc potest saluari opinio Inn. ar. s. vt lit. non contest. accedens. j. & 2. & ff. de arbit. l. si cum dies. s. si arbiter. & arg. optimum extra de re iudic. pastoralis. s. verum ver. pisana in cle. & hoc no. Genze. ibi super verbo citatum & in eisdem cle. de foro competen. cap. vnico. super verbo secuta. & Archi. in calle. siue de coniugij. immo s. m. Ioan. Andr. post eum hic & Genze. Hen. Boich super Decret. Z 2 in c.

- 1 Appellandum, loco non tuto dicto.
- 2 Locum tuti exceptio proponenda & ita appellandum. & 4.
- 3 Grauumen loci vbi spectandi. s. & 6.

in calle pastoralis absque omni appellatione citatus est tutus p illud tex. & ad hoc facit quod no. Inno. de dilatio. ptererea. & Genze. de rescriptis statutum li. 6. Aut non est notorium, & tunc pars, quae dicit locum non esse sibi tutum, nec idoneum non potest absque periculo iudicem adire, & cum requirere, vt assignet sibi locum idoneum, & securum & tunc etiam potest saluari opinio Innoc. supradicta. ar. iurium alle. & j. e. si iustus metus & extra de electio. causam electionis § verum cum ibi not. per C. de Monte. lau. super verbo praefertur in clem. per Io. And. hic. Aut absque periculo potest eum adire, & tunc te neas opi. Host. & suorum sequacium. ¶ Dicit hic Inno. que dicit reus citatus non possit venire secure coram iudice ad locum sibi assignatum, si tamen procuratores suos pot. mittere ad hoc tenetur. Tu vero distingue, quod aut uterque tam dñs quam procurator, possunt secure adire locum assignatum, aut neuter, aut alter tm. In primo casu tenetur venire, nec potest occasione huius appellatione vel hic a contrario & ff. in ius vocati vt eant aut fatiscunt, in rubro, & nigro. In secundo casu non tenetur adire, & poterit appellare vt hic quod intellige vt est dictum in proxima distinctione. In tertio casu dico, fm Hostien. hic & idem videtur tenere Io. An. post cum, q. si procurator non possit adire, secure licet dñs possit locus est appellationis, quia admittitur sibi facultas constituendi procuratorem, ff. de procu. l. j. iue dñs non possit licet procurator possit, dñs modo causa grauis sit. arg. s. de procu. quærelam. nisi ergo locus sit securus, uterque iuste poterit appellare quod est notata dignum. & idem tenet C. de Mon. lau. extra de elect. c. causam. § verum super verbo praefertur in cle. de foro comp. c. vnico fu per verbo citare in eisdem cle.

- 1 Appellationes multiplices sese ne inuicem tollant. & 2.
- 3 Appellationes secundo an prima renuntiet.
- 4 Iure suo utens an reuocatus. § 5. & 6.
- 7 Attentata qua, quando, & qui euocanda an non. & 8.

Memoria. Nota hic in prin. qd p multiplicationem appellationum non videtur quis recedere ab appellatione prima. concor. §. de testi. cum tu. hoc no. Inn. Host. & Io. An. j. eo. dilecto & Io. And. hic & Spec. tit. de sen. p. latione. §. iuxta ver. quod ergo si appello & Arch. 2. q. 2. biduum in fi. super verbo procuraretur & Io. An. & Gen. extra de do. & contu. c. vnico in cle. & G. de mon. lau. extra de re iud. c. j. su per verbo ipsarum, & Gen. super verbo praetextu in clem. Ad cuius verificationem sic distingue, aut plures, seu diuersae appellationis sunt, singulae super diuersis, & singulis articulis, seu grauinibus & tunc sibi inuicem non prejudicant, nec p consequentes renuntiat primis. Idem si omnes sequentes, fiant super alio articulo, vel grauamine ab illo super quo prima appellatio fuit interiecta. Ita intellige. 2. q. 6. quoties vbi dicitur, quod episcopi quoties putauerint se grauari ad Ro. se appellent. & 3. q. 6. pullatus. Et sunt etiam de hoc casus. j. eo. titu. c. vlti. li. 6. & de dolo. & contu. c. vnico in cle. Aut plures, seu diuersae appellationes sunt super vno & eodem articulo, seu capitulo. Et tunc aut appellans secundo renuntiauit appellationi primae tacite, vel expresse, puta protestando, quod soli fecit dae adh. rere volebat, & tunc videtur recedere a prima appellatione non propter ipsam appellationem secundam interpositam, sed propter renuntiationem tacitam, vel expressam: quia remittentibus actiones suas & c. ff. de edi. edict. l. quæritur. §. si venditor. 7. q. j. quam periculosum. Aut appellans secundo non renuntiauit primae appellationi expresse vel tacite, & tunc non renuntiauit primae per sequentes. vt hic in calle. cum tu. & no. fm Abb. hic, q. vtile est facere plures appellationes: quia & si primam non fuerit quis infra tempus legitimum prosecutus, poterit tamen prosequi secundam. Item etiã si non valeat prima, poterit tamen valere secunda. Item licet in prima debitam formam non seruauerit, poterit tamen seruare in secunda, de qua forma habes j. eo. cordi. lib. 6.

¶ Super eo. cap. Nota ex ista decre. q. qui iure suo utitur, nemini facit iniuriam & ad hoc alleg. eam Ber. s. de elec. cum ec. clesta vulterana. Circa quod si quæris nunquid qui iure suo utitur faciens aliquid in suo, quod mihi noceat, possit prohiberi. hic locus mutilus, ac deprauatus est, sic autem ex Caio Iuriconsulto pristinae suae fidei restitui potest, nam & hæc ex eo dem Caio transcripserat Henricus. Sic igitur ait Caius li. 4. ad l. 1. 2. Tabularum. Si quis sepem ad alienum prædium fixerit, infoderique, terminum ne excedat nisi maceriam, pedem relinquit, si vero domum, pedes duos. Si sepulchrum aut scro-

bem quantum profunditatis habuerit, tantum spatij relinquit. at vero oleam, aut ficum ab alieno ad nouem pedes plantato, ceteras ad pedes quinque. Hæc sunt formalia verba. l. finalis. ff. iure. quæ lex ex Solonis legibus desumpta est vt idem Caius scribit. Si igitur legitimam distantiam non reliquerit, prohiberi eum posse certissimi iuris est. ff. in. regu. dorum. l. fin. C. de edi. pri. l. maenia. Aut vult relinquere debitam distantiam & tunc aut opus faciendum, aliquid in suo immittit in meum, vt si ex suo edificio inferiori fumum immittat in meum, & edificium superius, vel si ex suo edificio superiori aqua, vel aliquid aliud immittat in meum inferius, & tunc ipsum potero prohibere vt ff. si seruitus vendicetur. l. scuti. §. Arif. Aut nihil in meum immittit, & tunc aut solum facit illud opus a se mihi nocendi, & tunc eum potero prohibere, vt ff. de aqua plu. arc. l. j. §. deniq; & §. de co. opere. Aut facit animo proficiendi sibi tantum, & tunc, aut facit in loco publico, & possum prohibere eum si per hoc sim lesus. ff. ne quid in loco publico fiat. l. j. §. si quis a principe. Aut facit in loco priuato, & tunc non possum prohibere eum. ff. de damno infecto. l. fluminum. §. fi. & l. Proculus. ff. de aqua plu. arcen. l. j. §. denique. Vnde si in fundo suo fontem faciat, licet rumpat venas fontis mei non potero eum prohibere, vt ibi.

¶ Ad euidenciam glo. Ber. quæ incipit sed cum abbas. & c. Si quis vtrum facta seu attentata post & contra appellationem legitimum debeant reuocari, & per quem modum, distingue plene vt not. Card. j. de elect. c. cupientes. §. deniq; in materia attentatorum in quæstio. sed pone quod in negotio electionis, & Goff. & Io. An. j. eo. tit. c. non solum. lib. 6. Sed quantum tægit istud c. si quæris, vtrum debeatur reuocari, licet non probetur, de veritate causæ appellationis, seu causam appellationis esse veram, distingue, aut quæris de appellationibus factis in iudicio aut extra iudicium. Si extra iudicium tunc aut appellatur, ex causa probabili & verisimili, id est, ex causa probata a iure scripto, vel consuetudinario, & tunc hoc ipso probatur veritas causæ quod non probatur contrarium vt j. eo. c. dilectis. §. quia vtro fm Inno. hic & ita intellige quod ipse not. in cap. illo dilectis alleg. in glo. hæc fuit appellatio in princip. Aut appellatur ex causa non approbata expresse a iure scripto, vel consuetudinario alio. tamen legitima & rationabili, & tunc tenet appellans probare veritatem causæ, alias attentata non reuocatur, vt hic. Vnde si bene videatur ista decretalis, non tantum probauit Abbas causam appellationis esse iustam, sed etiam veram: nam hic non fuit restitutus nisi ad ea quæ probauit, probauit enim veram causam appellationis scilicet se possidisse & postea quæ possidebat ad Arch. peruenisse & per eum se molestatum fuisse & secundum hoc concor. quod no. Inn. j. de his, quæ fiunt a præ. c. j. vbi dicit, quod appellans extra iudicium, non tantum debet probare causam appellationis esse iustam, sed esse veram. ad hoc. §. de elect. cum inter canonicos vbi etiã de hoc notat. Innocent. & expressus Compost. qui ponit istam differentiam inter appellationem factam extra iudicium & appellatio. factam in iudicio. Si quæris de appellatione facta in iudicio ex causa legitima tunc dic, quod omnia illa impedit, & retractat, quæ fiunt post & contra appellationem ipsam, siue consistat de veritate causæ, siue non, secundum tamen distinctionem. c. non solum. infra eod. lib. 6. & in hoc concor. Arch. ibi in glo. sed videtur contra & Inno. hic in glo. 2. & Host. hic, qui ponit hic. 14. differentias inter appellationem iudicalem & extra iudicalem, de quouide hic per eum & in ista distinctione concor. Innoc. j. de desponsa. impube. cap. ad dissolendum, glo. hic eodem modo. ver. hoc tamen fatemur & verfic. se. in confirmatione autem.

- 1 Appellat qui ad Papam.
- 2 Appellationem ob quærelam appellationis, in stat. esse. Fallit. 3. & 4.
- 5 Appellatio quando exprimens.

Dilecti filij. Si quæris, vtrum itineris arripio habeat vim & effectum appellationis, vel protectionis, distingue, aut quæris nunquid habeat vim protectionis, vel appellationis, quo ad illos qui sine causa probabili iter arripiunt. & dic quod non vt le. & no. j. de cler. peregr. c. vnico, & no. Innocent. j. eo. vt debitus in glo. dicunt quidam verfic. nec credimus & cætera, quod dic vt ibi plene, per eum, & per Hostien. & per Ioann. Andreas. Aut quantum ad illos, qui ex causa probabili, iter arripiunt. Et tunc aut quæris, nunquid

nunquid talis itineris arripio habeat vim, & effectum protectionis & dic quod sic vt in irribus alleg. Aut nunquid habeat vim & effectum appellationis & tunc quæris extra iudicium aut in iudicio. Si extra iudicium tunc aut quæris de itineris arripio ne quæ fit ad Papam & illa hêt effectum appellationis & est speciale priuilegium sedis apostolicæ vt sicut quilibet ipsam per que relam adire potest. §. de foro comp. c. fi. & sic quod a quocunque quod iter arripitur ad eam extra iudicium appellare videtur vt hic dicitur & le. & no. j. de peregr. c. vnico. secundum Host. Aut quæris de itineris arripio ne quæ fit ad alios inferiores, iudices a Papa puta ad episcopum, archiepiscopum primatem vel alios. Et tunc aut quæris in casibus, in quibus inferiores per quærelam adiri possunt, sicut est legatus, qui potest adiri per viam simplicis quærelæ. §. de offi. deleg. c. j. & quando subditus episcopi conuenerit de ipso episcopo casu metropolitano est iudex. vt 1. q. r. si clericus aduersus. §. de offic. ord. ad reprimens. j. eod. de sollicitudinib; & tunc itineris arripio extra iudicium facta habetur pro appellatione. Idem quoq; iuris, est vbi quæritur iudex vult sibi ius dicere nec est notorium, qd subditus debeat obedire, quia nemo regulariter debet esse iudex in causa sua. C. ne quis in causa sua ius sibi dicat. l. vnica. nã tunc itineris arripio, vel nuntij missio pro appellatione hêt. §. eo. ad audientiam et quo ad exceptionem acquirenda fm qd distinguitur. §. e. suggestum. secus in his, in quibus iudex pot. procedere ex officio. ibi. n. ex quo qui semel citatus est ad iudicium talis prouocatio, non excusat nec appellatio, nisi ex cã. §. eod. titu. consiluit. 3. & c. peruenit. 2. & j. eo. cum speciali, secundum Host. hic & idem innit Ber. hic in fi. Si quæris in iudicio, tunc aut habet vel de facili potest habere copia iudicis, vt coram eo appellet, & tunc indistincte, dic, quod itineris arripio non habetur pro appellatione, nam tunc aut appellatur a diffinitiuo, & tunc si ex intervallo oportet appellare, seu appellationem exprime in scriptis. 2. q. 6. forma. & j. eo. cordi. li. 6. Si vero incontinenti apud acta sufficit appellatio verbo facta, vt ff. de appella. l. scio. & l. a sententia. §. vlti. Aut t appellatur ab interlocutoria, vel grauamine, & tunc necesse est quod appellatio exprimat, & in scriptis vt in calle. cordi. secundum Ho. hic. Ex cuius dictis pro maiori parte sumitur hæc distinctio. Aut non habet nec de facili potest habere copia iudicis, vt coram eo appellet, & tunc dic vt no. Inn. j. eo. vt debitus in glo. dicunt quidam & Host. post eum. Et fm Go. Host. & Ioan. An. s. de offi. deleg. cum causa nota. dignum q. quo ad reuocationem inuocatorum postponatur appellatio, missio nuntij, & itineris arripio, vt hic.

- 1 Appellationum genera, quibusque deferendum. 3. 4. & 6.
- 2 Appellatione quando latente causa non deferendum.
- 3 Pastoralis, sensus.
- 4 Irritatur verbi acceptio.
- 5 Appellationem intra a decendum omnino suspendere fallit 10.
- 6 Appellatione ligamen tolli.
- 7 Appellatio friuola inefficax.
- 8 Excommunicatum appellare posse.
- 9 Sententia erronea nulla.
- 10 Ignorans quando, an non ligetur.
- 11 Excommunicari an possit absens.
- 12 Excommunicato quando auferendi fructus.
- 13 Excommunicatus an fructus recuperet.
- 14 Excommunicato non, nisi famelico, subueniendum. & 26.

Pastoralis. Ad euidenciam huius, si quis cui appellationi iudex debeat deferre & cui non, distingue, secundum Inno. & Spe. quia appellationum quædam est manifesta rationabilis & legitima vt illa quæ fit ex causa in iure expressa, vt patet. §. de offi. deleg. super quæstionib; c. fi. & c. cum olim de testi. significauerunt. de rescriptis. super literis. de dila. dilecti. §. eo. nouit. j. eo. sollicitudinem. C. vt lit. p. den. l. 2. & de episc. audien. l. 2. & in casibus qui sunt. 2. q. 6. no. solent & quod no. G. in Spe. hoc tit. §. in quibus. verfic. sed quæ dices causam rationabilem, & huic debet iudex deferre nam, & ius eadem admittit vt §. eo. postremo. & c. significatib; c. vltimis similibus. ¶ Quædam vero est manifesta frustratoria, vt eodem titu. propofuit. & cap. ad nostram & huic non debet deferri vt hic, quia nec ius eam admittit. vt §. eodem cum sit Romana in fi. & c. peruenit. 2. & j. eo. tit. cum appellationibus friuolis li. 6. Quædam tvero est latens frustratoria, puta, cum causa probabilis est, sed est falsa, & talis admittitur a iudice,

vsquequo veritas pateat: sed a iure reprobat. 8. dist. veritate. & c. seq. Quædam tautem est dubia, seu media quam Viuc. vocat neutralem, vt quando appellatur ex causa, quæ non iure scripta videtur tamen rationabilis, vt si dico iudicem fore cõpatrem aduersarij vel patrum vel quando dantur dilationes; quæ dicuntur nimis breues, vel quando appellatur in causavbi sunt diuersæ opiniones & tunc dicit Vincen. q. si iudex dubitat, an sit deferendum appellationi vel non in dubio debet deferre. Nam in dubio potius deferatur appellationi quam sententia. j. eod. dilectis in fi. & est expressum. j. eod. vt debitus. §. cõ autem & c. cum speciali. §. excelsus. §. de rescriptis. c. cum contingat. in fi. & j. de sent. excommu. sacro. hoc no. Inno. in effectu hic in glo. per iudicem, & plenius Spec. tit. de appellationib; §. nunc dicamus ver. ex hoc autem. Item p. & Abbatem prædictam distin. hic plenius profequendo dicunt qd est appellatio manifeste frustratoria, vt cum appellatur in crimine notorio. §. eo. cum sit. & c. consiluit & c. peruenit. Est autem latens frustratoria. vt cum exprimitur causa probabilis, tamen falsa est latens probabilis, vt cum exprimitur causa iusta, sed iure non expressa, & tali non tenetur deferre iudex datus cum clausula appellatione remota, vt hic. Item est manifeste probabilis, cõ appellatur ex causa in iure expressa manifeste notoria. §. vt lite non contest. c. 2. prima repellitur a iure, & a iudice. Secunda repellitur a iure, sed admittitur a iudice, donec constet de falsitate. Tertia admittitur a iure, sed nõ a iudice dato cum clausula. Quarta admittitur a iure, & a iudice & in hoc etiam concor. Host. hic dicens, quod aut appellatur ab ordinario, & tunc nõ valet appellatio, nisi a grauamine appelletur illato vel comminatio sed ab illo potest appellari siue sit in iure expressum, siue non. vt j. eo. tit. vt debitus & c. cum cessante. Aut appellatur a delegato Papæ, & tunc aut appellatio non est remota in literis, & tunc idem est quod in ordinario. Si vero sit remota tunc aut appellatur ex causa expressa in iure & tunc valet similiter appellatio, vt hæc duo probantur hic. Aut ex causa non expressa in iure, & tunc de rigore iuris, non valet appellatio. Si tamẽ ita placuerit, visumve fuerit superiori. i. Papæ, quod causa rationalis fuerit, poterit hoc per ipsum in melius reformari, vt hic sequitur, & hic est verus, & breuius intellectus huius c. secundum Hostien. hic & idem in effectu Spec. tit. de sen. executione. §. primo ver. tu dic & titu. de appellat. onibus. §. in quibus. 7. ver. tu dic. & c. Et hic dicit, quod appellatio facta ex causa non expressa in iure, debet in melius reformari, in te ligit Hostie. non ex vi appellationis, quæ per principem inhibita fuerat fed ex equitate & ipsius superioris officio implorato, & licet hoc casu non liceat appellare licet tamen supplicare arg. s. de in integ. resti. c. ex literis. C. de sen. præfec. prætorio. l. vnica. & sic in re replicationis ex officio irritatur t & ex mente huius verbi patet, quod inuocatum interim non est irritum sed irritandum. Exemplum. §. de testi. c. dilecto in fi. secus vbi appellatio tenet mero iure. §. eo. ad hæc. & c. ad præsentiam. Sed si quid de facto attentatum est: est in statum pristinum reducendum §. eo. bonæ. & sic est magna vis huius clausulæ, appellatione remota. vt patet §. e. secundo requirit. & j. eo. inquisitioni. secundum Host. & de effectibus istius clausulæ no. Host. in summa eod. tit. §. quomodo. decretalis vt debitus ver. absque rationali causa & ver. præuaricatores, legis attendite. cuius glossam ibi relectis alijs approbat Arch. 2. q. 6. ad Romanam. & vide in Specu. hoc titu. §. in quibus. in fin. ver. ego dico & dicam. j. eodem, vt debitus.

¶ Si quæris, vtrum sententia excommunic. statim trahat secus suam executionem, ita vt per appellationem suspendatur, vel non, distingue, aut quæris de executione ligaminis, seu vinculi excommunicationis, aut de executione denuntiationis, seu publicationis eiusdem. Si de executione ligaminis, seu vinculi excommunicationis, tunc refert, aut quis excommunicatur, ante appellationem, aut post aut est dubium. Si ante tunc aut subditus intendens appellare protectioni superioris se posuit, seu supposuit ante excommunicationem latam & tunc perinde est, ac si ante appellasset, quia non est vis faciendi in verbis ex quo de mente constat. supra eodem, ad audientiam & j. de verbor. significa. c. in his vt hoc not. Hostie n. Cardin. & Ioan. And. j. eodem cordi. lib. 6. Aut se non supposuit, ante protectionem superioris, & tunc aut excommunicatur sub conditione, vel in diem. Aut excommunicatur pure. Si sub conditione, vel in diem tunc, aut sub conditione de futuro, vel in diem futurum, & tunc non trahit secus suam executionem ante euentum conditionis, vel diem, imo si sit sententia hominis, interim poterit appellari. vt §. eo.

præterea: licet a snia iuris appellari non possit quod die vt di
 xi plenius §. eo. ad hæc qm. Aut excommunicatur sub cõditio
 ne, vel in diem de præterito, vel de præfenti, & tunc id iuris
 est quod in excommunicatione lata pure, vt ibi dixi. & ad hoc
 facit qd dicit Host. in summa. de re iudica. §. qualis sub §. pura
 verfic. quod si excommunico. & Alten. post cum li. 7. tit. de for
 ma excommunicandi. q. quid si excommunico. quid si excom
 munico te, si habes res furtiuas, nunquid per appellationem se
 quentem suspendetur effectus huius snia, quia cõditio de p
 sentia non moratur obligacionem, vt ff. si cer. pet. l. cum ad p
 sens. ff. de verb. oblig. l. cõditio & l. si stipulatus fuero hanc sũ
 mam. Vnde cum certum sit in rerum natura, vtrũ habeas, vel
 non, certum est excommunicationem tenere, si habes, vel nõ,
 tenere si non habes. in fi. de verb. oblig. §. cõditiones. & ideo
 non impeditur per appellationem, vt hic tñ quousque denun
 tiatus fuerit specialiter si occultum fuerit, ecclesia non poterit
 te vitare: quia non iudicat de occultis nisi solus Deus apud eũ
 quantumcumq; occultus fueris ligatus vt j. de simo. c. sicut
 nobis. & c. seq. & de sent. excommunic. c. a nobis. 2. fm Host.
 ibi & cum hoc quod ipse dicit de excommunicatione, quod
 possit ferri sub conditione de præterito vel de præfenti con
 cor. expresse quod not. ipse Host. j. de cenf. c. procuraciones,
 super verbo per seipfam, & ibi dicam. Si excommunicatur pu
 re, distinguunt quidam inter sniam excommu. latam post dif
 finitum infra tamen decem dies datos ad appellandum & alias
 9 snias. In primo casu si appellatur j. decendum a tempore sen
 tentiæ totum suspendatur: tã executio sniæ: quam excommu
 nicatio per c. non solum. in prin. j. eo li. 6. sed in casu secundo,
 non. Et istam opinionem in vñ terere Inn. j. de sen. excommu. c.
 solet. in glo. super eo. & c. in 3. col. ver. si vero excommunicet,
 vbi dicit qd si excommunicetur appellans post sniam ante ap
 pellationem emissam, quod tunc officio iudicis obtinebit, re
 uocationem huius sniæ, sicut & aliorum grauaminum quæ in
 illo intermedio fierent. idem Arch. j. e. non solum. lib. 6. super
 verbo inno: ata fuissent & j. de sent. excommunic. c. vne
 rabilibus. §. porro super verbo appellatum. & hoc expressius,
 tenet Card. in illo. §. porro super verbo absolueret & eo. tit. c. is
 cui glo. fi. li. 6. sed Io. An. tenet contrarium in d. §. porro in glo.
 post diffinitum & per illum. §. dicens, quod snia excommu.
 10 aut statim valet, aut statim non valet, vnde poneq; post statim
 diffinitum sententiam j. decem dies excommunicat parte m
 non parentem postea illas pars, non appellat non est dubium,
 quod bene ligat snia excoicationis, & sic est speciale in illa snia
 quod per appellationem sequentem non annullatur fm eum.
 Et ista opinio vñ tutior, & verior de iure. §. quod excommuni
 catio pure lata per appellationem sequentem suspendatur, vt
 hic. Et est rō quia nõ homo ligat, sed Christus, a cuius snia nõ
 potest appellari. Alia rō est quia nemo excommunicatur, nisi
 pro contumacia. 1. 1. q. 3. nemo episcoporū. & contumax nõ
 auditur appellans. vt 2. q. 6. §. sunt quorum vt no. Io. in d. c. nemo
 contemnat. 1. 1. q. 3. Sequitur de secundo membro, subdi
 11 stinctionis. si qñ quis excommunicatur post appellationem,
 & tunc aut notorium est appellationem valere, puta, quia ex
 vera cã, & rōnabili & canonice facta est, & tunc nullo modo
 est ligatus. §. de offi. deleg. cum contingat. j. e. dilectis. & j. de sē
 ten. excom. per tuas. Vnde talis nec denuntiandus est, nec bene
 ficia sunt sibi subtrahenda, & ministri præbendarum, & etiã
 alij tam diuinis officijs, quam in alijs extraiudicialibus possũt
 ei communicare, quod dic vt legitur & no. j. de sent. excommu.
 12 c. solet in fi. li. 6. fm Inno. & Ho. hic. Aut liquet. & est no
 torium de contrario & tunc secus quia friuola appellatio non
 impedit exercitium iurisdictionis illius iudicis, a quo appellat
 ur. vt §. eod. cum sit Romana. in fi. & c. peruenit. 2. j. eo. cũ ap
 pellationibus. li. 6. Aut est dubium, & tunc pendet ex euentu,
 futuro, an teneat vel non vt hic not. Ber. in gloss. ex hoc patet,
 ver. respondeo. quod si quis. Credo tñ, quod hoc casu iudex ap
 pellationis, postq; incepit cognoscere an appellatio sit recipien
 da inhibere poterit, ne dicta excommunicationis snia execu
 tionis demandetur, & hoc tenet Card. etiam in casibus, in qui
 bus iura prohibent post sententiam appellare. j. eo. venerabi
 libus. §. porro. li. 6. per c. Romana. §. qd si post sententiam. eo. ri.
 Sequitur de tertio membro. si quando dubium est vtrum ex
 communicatio præcessit appellationem vel ecõtra, puta, si iudex
 dicat excommunico te, si appellas, vel si appellaueris, vel
 te paraueris ad appellandum. Et tunc dixit Ho. in §. alle. qualis,
 debeat esse ver. q. si excõico te si appellas, qd aut appellõ est iu
 sta, & tunc non tenet snia, aut est friuola, & tunc snia tenet, &
 hoc debet p superiore iudicẽ terminari. vt hic & j. e. cũ specia

li. §. porro & §. excessu. Finaliter tñ dicit, quod in his casib. &
 similibus vñ, qd snia non teneat, cum. n. quilibet oppressus ap
 pellare possit. vt 2. q. 6. ad Romanã. & c. cum omnis oppressus
 nec debeat ferri snia excommunicationis, nisi præmissa mo
 13 nitione & ex cã rationabili. vt j. e. cũ speciali. & j. de sen. excõ.
 c. sacro. & hodie etiam in scriptis. vt j. de sen. excõ. cũ medi
 cinalis. li. 6. Nihil aliud est dictum, vt videtur excommunicato
 re, si appellas, vel si te ad appellandum præparas, nisi quod ex
 communico te, si iure communi tibi competenti vtaris & sic
 hæc snia vñ patenter erronea: ergo nulla est vt §. de offi. delega
 cum contingat. j. de excels. præla. cum ad quorundam & c. dile
 ctus. j. de sen. excõ. per tuas. §. nos igitur fm Host. ibi. & vi
 de quod ipse Host. notat. j. e. c. cordi. vbi dicit, quod non valet
 talis snia per c. allegatum per tuas & quod no. Io. And. j. de reg.
 iur. c. cum sunt partium. li. 6. in q. Sequitur de secundo membro
 principalis. de executione denuntiationis, seu publicationis
 ipsius excommunicationis. & tunc aut excommunicationis
 14 snia lata non valet nec tenet, vt quia continet errorem intole
 rabilem vel quia post appellationem legitime interpositam la
 ta vel alias vt in iuribus alle. & tunc non debet publicari. ar. hic
 in ver. in eo casu & c. a contrario sensu. & j. de sen. excõ. sacro.
 Aut excommunicatio sententia lata valet & tenet & tunc aut nõ
 est appellatum ab ea directe vel indirecte & tunc debet denũ
 tiari & publicari, vt in calle. sacro. §. verum si contra & c. cũ
 desideres. §. de fo. comp. c. 2. Aut est appellatum ab ea directe,
 vel etiam indirecte iuxta ea quæ no. Inno. §. eo. præterea. 2. gl.
 j & 2. & ibi dixi. & Card. j. de sen. excõ. c. is cui glo. fi. lib. 6.
 Et tunc distinguit hic Host. aut excommunicatus scit se excõ
 municatum, & tunc per appellationem sequentem non impedit
 denuntiationem seu publicationem excommunicationis, vt
 hic. Et est rō, quia si snia excommunicationis pure fertur statim
 habet effectum, nec denuntiatio quo ad effectum aliquid
 operatur, sed quod factum est publicat & innotat vt §. e. no
 vit. 1. 1. q. 3. c. cura. & c. debent. §. de testi. cogen. præterea. ff. de
 testa. hæredes palam. istam rōnem assignat. Gof. hi c & Archi.
 in c. alle. nemo contemnat. Aut excommunicatus ignorat, se
 excommunicatum, & appellat & tunc secus vt j. eo. c. si iustus
 metus. & de cle. excõ. mi. c. apostolice & cap. si celebrat. talis
 trãmẽn ignorans ligatur, vt in c. alleg. apostolice. & hic & §. eo
 dem cum sit Romana. hoc tamen forsan operatur appellatio,
 ab ignorante facta, vt post appellationem non denuntietur
 15 gu. j. eodem dilectis. vñ. cum interim fm Host. & potest esse
 ratio diuersitatis inter scientem & ignorantem, quia si scies
 posses appellare ad finem ne denuntietur iam quilibet excõ
 catus a iudice appellaret ad finem ne denuntietur & sic eccle
 siastica censura videtur esse illud quod esse nõ debet
 §. de consuetu. cum inter vos. extra. de sent. excõ. c. j. & ca. cũ
 ex eo in cle. Et nota quod quidam magister meus dicebat, qd
 licet in snia excoicationis lata ab homine verum sit dice
 re, qd denuntiatio per appellationem non suspendatur, secus
 tñ de snia lata a iure. 17. q. 4. si quis suadente. quod verum, si fa
 ctum esset dubium, secus si notorium. §. eodem peruenit lo. j.
 & c. consuluit. Et nota, quod si bene appellatum est & contra
 pronuntietur per iudicem appellationis, nõquam tñ ligat, quo
 ad Deum. j. de sent. excommunica. cap. a nobis. 2. nisi senten
 tia ecclesiæ contemnat. j. de sent. excommu. cum medicina
 lis. & qualiscunq; de hoc fiet fides, quod male actum est, pote
 rit reuocari quod dic supra tit. prox. c. lator fm Host. hic & vi
 de quod not. Ber. Brix. 2. q. 3. c. quanto in glo. ergo quis. ver. seu
 certe, vbi dicit, quod si quis absens excommunicatur, statim
 16 est excommunicatus, etiam antequam sciat: quia sententia ex
 communicationis statim secum trahit executionem: dum mo
 do sit pura & non conditionalis vt hic, verum tamen non punitur
 cum ingrit se communioni antequam sciat arg. j. de cleri.
 excõ. mi. c. illud. & vide ibi. in d. c. quanto. Arch. in glo. pen.
 vbi dicit quod si aliquis absoluitur absens & ignorans statim
 men. absolutus est etiam antequam epistola absolutionis ad eũ
 perueniat. argument. ff. de testament. lege qui testamento do
 mimi. vnde absoluerit, vel manumittendi. scientia, non re
 quiritur. ff. si cerum petatur, lege eius, qui secundum eum
 ibi, & vide quod nota. infra de cleric. excommuni. ministrã.
 capitulo apostolice. Et casus, in quibus sententia excommuni
 cationis, differt ab alijs sententijs, & in quibus conuenit,
 cum alijs sententijs, vide per Archidiacon. 11. quæstio. 3. nemo
 contemnat. gloss. 1. & infra de sentent. excommunicat.
 cum medicinalis, super verbo conscribat. lib. 6. Et vtrum excõ
 municatio lata post recusacionem, vel relationem valeat dici
 infra, de sententia. excommunication. per tuas. Item, sicut
 excommu-

excommunicatio trahit ad se suam executionem nec impedi
 tur, per sequentem appellationem, vt hic sic, & sententia abso
 lutionis, quia diis par ius esse voluit & c. de pœn. dist. j. verbũ. vt
 not. Innoc. j. de sent. excom. sacro in fin. glo. sicut sententia
 & Ioan. An. post eum.
 ¶ In fi. tex. Si quæras vtrum excommunicato fructus benefi
 17 cij sui subtrahi debeant, distingue, aut tquæris, vtrum debeãt,
 sibi subtrahi ad tempus quo, & quando est excommunicatus
 & dic, quod sic vt hic in fi. cum alijs concor. in glo. Aut quæris
 vtrum debeant sibi subtrahi perpetuo. & tunc, aut non stat in
 excommunicatione per annum, & tunc non. Aut stat in excõ
 municatione per annum, & tunc secus vt le. & no. §. de æta. &
 qua. cum bonæ. j. de cleri. non rest. ex tua. de hæ. excõicamus
 j. fm Host. hic. ¶ In glo. si quæris vtrum excommunicatus
 18 postea absolutus ab excõmunicacione possit recuperare fru
 ctus medij temporis sibi subtractos, distingue, vt Ber. hic quia
 aut iniuste fuit excommunicatus & tunc pot. vt 2. q. 4. si p cã
 j. de concef. præb. quia diuersitatem. ff. de re mil. l. penul. & p
 hoc facit ff. de ali. & cib. l. l. cum vnus §. verbis. & l. si cui & l. si
 bertis. Aut fuit iuste excommunicatus, & tunc non pot. vt C.
 de re mil. l. cum allegatis. li. 12. fm Ber. & Gof. & ho. hic & i
 dem Io. An. in calle. super cã & 91. di. clericus victum. & Arc.
 30. di. contumaces. super verbo glo. non repetit & frater Io.
 in summa confes. tit. de sen. excõ. m. q. 8. vtrum absolutus, & c.
 & Ray. & Spec. tit. de fructibus & interesse. §. si. in fi. & Alten.
 li. 7. tit. de damnis excõmunicacionis. art. j. ver. item tenet, nec
 fructus, & tit. quomodo absolutio fieri debeat art. 3. & calleg.
 absolutio in articulo mortis. & c.
 ¶ Super ea. glo. in fi. si quæris, vtrum excommunicato depo
 situm vel suspensio tñ relinqui debeat de fructibus beneficij sui,
 19 vnde le valeat sustentare distingue, t aut talis fame perit, & est
 in extrema necessitate ob famem & penuriam constitutus &
 tunc debet ei subueniri. 86. dist. c. non satis & c. pasce fame. 4. 2.
 di. quiescamus fm Ber. & Host. hic pro quibus faciunt nota
 ta per Io. j. q. 2. q. pio. in glo. nota quod alias argu. quod elemo
 syna. Aut non perit fame, nec est in extrema necessitate
¶ Si quis vtrum clericus faciens contra statum ordinis clericali perdat priuilegium clericale, & quibus modis, distigue. Aut quareis de clerico non coniugato, aut de clerico coniugato. In primo casu refert, aut non delinquit aliquo modo, & tunc gaudet priuilegio clericali, concessio clericis tam a iure canonico quam a iure civili. 17. q. 4. si quis suadente. C. de episcopis, & cleri. per totum. Aut delinquit & tunc aut delinquit seculari rem militiam assumendo, aut vitam ignominiosam, & turpē, in opprobrium totius ordinis clericali. ducendo. aut delinquit apostatando, hoc est abijciendo seu dimittendo tonsuram, & habitum clericalem. aut delinquit alias excessus & crimina perpetrando, aut delinquit negotiationibus secularibus se immiscendo. Si delinquit seculari rem militiam assumendo, quia militia clericali & seculari videtur contraria. vt patet. 5. 1. dist. qui in aliquo. j. de cleri. coniugati. diuersis fallacijs. & c. vlt. de voto. ex multa. 2. 3. quaestio. 8. c. j. C. de episco. & cleri. l. repetita. & de testa. l. consulta. Dinalia. Et tunc licet non debuerit fieri miles, ne videatur retrogradus & apostata. j. de aposta. c. quida & ne videatur descendere, hoc nullitum est 93. dist. ca. legimus. in fine. s. de tranla. episc. c. 1. ff. de mu. & ho. l. vt gradatim. Non tamen propter hoc perdit priuilegium clericale, dummodo non exerceat seua. 32. di. feriatim. & c. si qui vero. & hoc tenet Innoc. j. de aposta. c. j. circa medium glo. j. & Host. ibi, & frater Ioan. in summa. confesio. tit. de aposta. q. 8. & Archid. 17. q. 4. qui quis. in glo. adde dicas q. licet fiat miles, & c. licet Ioan. ibi in glo. fi. in fine contra. Idem cum Innoc. & Archid. tenet Specu. tit. de legato. s. iuxta propositionis. 2. colum. ver. miles autem. Et facit ad hoc. 54. dist. c. j. & quod leg. & no. 5. 1. dist. si quis post. glo. 2. & Arch. ibi & quod no. Host. j. de spon. commissum. glo. quid si quis. dicens, quod clericus factus, miles secularis, postea potest dummodo a seuis abstinerit ad sacros ordines promoueri. argum. illius c. secus si seua exerceat rit vt statim sequitur. Opinione tamen Ioan. praedictam tenent Innoc. j. de senten. excommuni. non dubium. in fine. & frater Io. in summa. confesio. tit. de senten. exco. q. 3. post hac in fine. & Asten. li. 7. tit. 3. ver. 20. quod intelligo in casu vbi seua. Si delinquit vitam turpem, & ignominiosam ducendo, tunc aut ducendo publice vitam ioculorum, goliardorum, seu buffonum, & tunc ante annum, seu trinam monitionem, non perdit priuilegium clericale, sed post annum integrum & continuum ipso iure absq. aliqua monitione vel breuiori tempore. Si ter monitus post ipsam trinam monitionem non resipuerit, perpetuo caret omni priuilegio clericali. vt eodem tit. tu. c. vnico. lib. 6. quod verum siue fit in sacris, siue non, cum illa litera indistincte loquatur s. m. G. & Io. An. ibi licet Card. in constituto in sacris ibi contra. Aut ducendo seua exercendo publice & personaliter, vitam seu officium carnificum, vel macellariorum, seu tabernariorum, & tunc si tertio monitus, infra conuenientem terminum monentis arbitrio moderandum non desistat, aut ipsam vitam resumatur quandoque coniugatus omnino, non coniugatus vero in rebu & si omnino incedat vt laicus etiam in persona priuilegium clericale quadiu praemissis inlitterit eo ipso amittat, vt j. eo. tit. c. dioecesanis. in cle. Si delinquit apostatando hoc est dimittendo tonsuram & habitum clericalem, vel habitum solum, tunc refert, aut immiscet se seuis & enormitatibus, aut non. In primo casu dicit. G. Naf. Gof. Tan. Ber. & Host. j. de priuileg. ex parte. 2. & de sen. excommu. cum non ab homine. & Inno. & Hostien. in d. c. cum non ab homine. & eo. tit. c. non dubium indistincte, q. non gaudet priuilegio clericali. Idem Archid. 17. q. 4. qui quis. glo. adde dicit. G. Naf. Sed tu in isto articulo subdistigue. Aut clericus non propulsando sed inferendo iniuriam, seu seua frequenter consequitur committere, seditiones, guerram, seu bellum publice committendo, & tunc amittit priuilegium clericale specialiter illius canonis. si quis suadente. ita intellige. s. de aposta. c. j. & j. de sent. excommu. c. cum non ab homine, & c. perpendimus. & opiniones praedictas. Vnde Io. And. in d. c. perpendimus. dicit quod credit q. talis quo ad illos qui tunc eum percutiunt perdit priuilegium, sed non quo ad forum. Vnde tunc captus debet restitui iudici ecclesiastico, quod vltimum non audeo asserere propter opiniones praedictas generaliter loquentes. Imo. Abb. & Io. And. post eum no. contrarij, j. de sent. excommu. contingit. 2. pro quibus facit q. inconueniens videretur clericum pro vno delicto diuerso iure censerit. 12. q. 2. cognouimus. ff. de vsu. l. cum qui in fine & j. de decum

cum in tua. Aut hoc facit vt iudex vel executor, seu alias iuste tamen interessendo suspendio, vel morti aliquorum, & tunc retinet nihilominus priuilegium clericale, nam cum non inueniam cautum in iure q. eo casu amittat priuilegium clericale, stato contrariae regulae. arg. 18. dist. c. j. vbi hoc no. G. de Monte lau. extra de offi. ord. c. j. in cle. In secundo casu. quando non immiscet se seuis & enormitatibus, sed solum deponit habitum & tonsuram, & etiam forte arma militaria assumit, tunc et si fit in sacris constitutus post trinam monitionem, q. resumatur habitum & tonsuram, & arma si quae assumpsit deponat, si non resumserit amittit priuilegium clericale quod dic vt legit. & not. j. de sent. excommu. c. in audientia. ante vero non. vt eodem tit. c. si vero aliquis. saluo eo quod leg. & no. de inhabilitate illorum qui vestibus virgatis vel paruitis vtuntur publice, ad fructus beneficiorum obtentorum, vel ad beneficia obtinenda. extra eodem titu. c. quoniam. in cle. Sed ibi licet incurran penam inhabilitatis, non tamen amittunt priuilegium clericale, vt ibi. Si delinquit non apostatando, sed alias excessus, & crimina, vt puta furtum, homicidium, & alia. graua committendo, tunc aut nondum est degradatus actualiter & realiter, iuxta c. degradatio. j. de poenis. li. 6. & tunc retinet priuilegium clericale. etiam si fuerit verbaliter, depositus, dummodo clericaliter viuat. s. de iudi. cum non ab homine. in princi. 8. 1. dist. c. dicitur. j. de haereti. c. ad abolendam. s. j. & de sent. exco. mu. contingit. & etiam si fuerit excommunicatus, vt dicam post Inn. j. de sent. excomm. c. si vero. j. Aut est degradatus actualiter & realiter iuxta forte formam illius. c. degradatio. & tunc amittit omne priuilegium clericale. vt in c. alleg. cum non ab homine. in fine. & j. de poenis. c. 2. & in c. allega. degradatio. in fine vbi hoc no. Io. An. in glo. vlti. Si vero delinquit negotiationibus, secularibus se immiscendo & eas exercendo, tunc postquam ter monitus q. desistat, si non desistit amittit, dum his se implicat priuilegium clericale, alias non, vt hic. cum hic nota. per Inno. alias Iaco. & Host. in d. c. j. vbi. sed alij contradicunt vsque in fi. de aposta. ¶ Sequitur de secundo membro principali. de clerico coniugato, & tunc aut est coniugatus de facto tñ & non de iure, & talis propter hoc non amittit priuilegium clericale. Vnde subdiaconus cum vidua & corruptade facto matrimonium cotrahens, & eam de facto carnaliter cognoscens, licet penam bigamiae patiat, vt cum eo cotra doctinam apostoli dispensari non possit, vt s. de biga. a nobis. tamen retinet priuilegium clericale. arg. illius. c. ibi bigamus no. exillit. & c. & hoc no. Goff. in summa. de biga. s. item notabis.

¶ 16 & Archid. 84. dist. qui quis. Aut est coniugatus non tantum de facto, sed etiam de iure, & tunc aut contrahit bigamiam, vt quia contrahit cum duabus, & eas cognoscit, vel cum vna corrupta ab alio viro, & eam cognoscit, & tunc perdit perpetuo, omne priuilegium clericale. vt 84. di. c. qui quis. & j. de biga. c. vnico. lib. 6. Aut non contrahit bigamiam, vt quia contrahit cum vnica & virgine, & tunc aut exercet vitam inhonestam ioculorum, goliardorum, vel buffonum, & tunc post annum integrum & continuum ipso iure absq. aliqua monitione, vel breuiori tempore, tamen post trinam monitionem si non resipuerit caret perpetuo omni priuilegio clericali. vt leg. & no. j. eo. tit. c. vnico. lib. 6. ante vero non nisi vt j. sequitur. Aut exercet vitam seu officium carnificum, seu macellariorum, aut tabernariorum publice & personaliter, & tunc dic vt in c. alleg. dioecesanis extra eodem tit. in cle. & statim supra dixi. Quia si tertio monitus infra terminum conuenientem monentis arbitrio moderandum non desistat, aut ipsam vitam resumatur quadiu docuque omnino eo ipso priuatur priuilegio clericali. & no. ante nisi vt j. sequitur. Aut non exercet aliquod praemissorum, & tunc aut desert tonsuram & habitum clericalem & sic vtrique in similibus, & tunc gaudet priuilegio clericali in duobus casibus tantum, s. in casu illius. c. si quis suadente & in excessibus, & delictis siue ciuilibus, siue criminaliter intentatis. Aut non desert vtrunque in similibus, sed vel neutrum vel alterum tñ, & tunc aut quareis vtrum perdat priuilegium clericale ad tempus, indeterminatum. i. quando in illo statu permanebit, & dic q. sic. Nam quadiu sic stabit non gaudebit aliquo priuilegio clericali, vt omnia ista probantur. j. de cleri. coniugati. c. vnico. lib. 6.

¶ 17 Aut nunquid perpetuo, & dic q. non, imo quandoqueque tonsuram & habitum reassumserit gaudebit priuilegio clericali, vt notat Cardinal. Gi. & Ioann. Andr. in dicto. cap. vnico. de cleri. coniugati. & Ioann. Andr. infra de cleri. coniugati. Ioann. & pro hoc facit quod notat. Innocent. hic glossa finali. Et adde quod dicam, in dicto capitulo primo, infra, de aposta.

¶ De cohabitatione clericorum & mulierum. Rub.

- 1 Clerici mulieres in diuinis non ministrant.
- 2 Clerici cum monialibus non conuersentur.
- 3 Clerici cum muliere iuvene non cohabitent.
- 4 Clericus cum muliere sene cohabitet.
- 5 Opportunitas latroem facit.



Mhibendum. Si quis vtrum clericus possint licite

cum admittere mulieres, distigue. Aut admittant sibi in altari, seu alias in diuinis, & dic, q. non, vt hic in fi. ibi aut praebitero ministrare & c. 94. dist. c. sanctimonialis. & c. sacras. & de. conse. dist. j. c. in sancta. Aut ad standum, vel sedendum, infra cancellos seu in choro quadiu diuina officia celebrantur, & dic similiter quod non, vt hic in fine, & s. titu. proximo cap. j. Aut ad habitandum & conuersandum cum eis, & tunc aut quareis de mulieribus religiosis & tales secum admittere, non possunt, vt in capitulo alle. sanctimonialis, sacras. in sancta. Vnde clericis monasteria monialium frequentare no debet, vt s. tit. j. monasteria. Nec monachi cum monachabus vel monialibus habitare debet, vt 18. q. 3. diffinimus. & a beguinabus. quae sub praetextu sanctitatis & hospitalitatis turpes amatores admittunt cauendum est, vt ead. causa. & quaestio pernitiosa. & breuiter non debet clericus solus cum sola loqui. 8. 1. dist. clericus solus. Aut quareis de mulieribus secularibus, & tunc aut quareis de episcopis. & tales nullam omnino mulierem, secum habere debent, vt in authent. de sancti. episcopis. s. epm vero. collatione. 9. Aut de alijs, & tunc aut quareis de monachis seu religiosis, & tunc idem, vt in authent. de monachis. s. cogitandum. colla. j. & no. hic Host. in summa eodem titulo. s. vtrum in fine. & Gof. in summa eodem titulo. Aut quareis de alijs, & tunc aut quareis de clericis coniugatis, & illi possunt, & debent cum suis vxoribus cohabitare, vt infra titu. j. per totu, ideo. n. facta fuit mulier in adiutorium viri vt ea vteretur. 3. 3. q. 5. mulierem. & s. de poeniten. dist. 2. c. non est. s. Romanos

¶ 1 Aut de alijs, & tunc aut quareis vtrum possint cohabitare, cum mulieribus extraneis, & dic quod non vt hic. Aut cu con sanguineis, & tunc aut est suspicio iuuentutis & caloris naturalis, vt quia vtroque sunt iuuenes hinc & inde, & tunc non possunt vt hic in verfic. sed nec illas. Aut non, vt quia vtrum se nes hinc & inde, & tunc possunt, vt j. de conuersa. coniuga. ca. cum sis praedictus. & c. apostolicam. s. m. Host. hic. Dic tñ quod tales possunt in eadem domo, sed non in eadem camera habitare, vt j. eodem a nobis. 77. dist. Episcopus benedictionem. 8. 1. dist. volumus. vbi hoc no. Archi. Vnde clericis nedum a conuersatione mulierum, sed etiam a visu abstinerere debent quantum commode possunt, vt not. Ioan. 24. q. j. odi. glo. 3. vbi etia 20. Archi. contra scholares qui vadunt ad ecclesiam vt videat dominas, quia magis attendunt causam suam quam Dei. Et de hoc no. frater Io. in summa confesio. tit. in quaestione quareis ergo primo & c. vbi dicit sequendo Ber. hic q. omnes consanguineae clericorum per lineam transfuseralem vsq. ad s. m. gradum inclusiue. arg. 8. 1. dist. c. cum omnibus consanguineae vtero per lineam ascendentem & descendentem vsque ad quartu gradum argu. j. de consang. & affini. no. debet. cohabitare possunt. Sed quod prius dictum est tutius est animare quia v dicitur Abacuch primo, facies earum ventus vrens: & consonantius honestati. Ideo sequendum argum. eorum quae le. & not. j. de spon. iuuenis. de homicidi. audientiam. & ff. de reg. iur. l. non omne. maxime quando timeretur ex hoc scandalum generari. j. de nou. ope. nuntia. cum ex iniuncto s. de renunti. nisi cum pridem. s. propter scadalum. Et quia talis conuersatio est periculosa s. m. illud. Eccle. 13. qui terigerit picem inquinabitur ab eo, vnde versus. Ni fugias tactus, vix euitabitur actus.

¶ Hos igitur vita ne moriaris. ita Apostolus ad Ro. 6. Stipendia peccati mors. Vnde Hostien. & Io. An. post eum no. j. de eo qui cog. consanguini. vx. suae. veniens. 2. super verbo oportuit ias quod dici consuevit vulgariter, quod opportunitas facit la tronem. Quidam ergo abstinent quia opportunitatem no habent, alij quia impotentes, alij vt vitent infamiam, alij quia Deu timent, alij quia peccatum adhorrent, alij, vt filij & imitatores Dei sint. Apostolus ad Ephe. 5. Estote imitatores Dei sicut filij charissimi. s. m. eos, & hoc perfectum debent habere clerici qui in sortem Dei electi sunt. 2. 1. di. clericos.

- 1 Mulier nubens clerico sit ecclesiae serua.
- 2 Concubina clericis praenitentia iniungenda.

- 3 *Pœna iudicis arbitrio in dubio committenda.*
- 4 *Fornicarius suspectus qualiter puniendus.*
- 5 *Fornicarius notorius, qualiter puniendus.*
- 6 *Fornicarius occultus qualiter puniendus.*
- 7 *Fornicationem pauci evitant.*
- 8 *Passionibus relaxare difficile.*

Si quisquam. Si quis qualiter puniatur mulier cum qua post trina monitionem clericus existens in sacris reperitur, fabulans, vel conuersans distinguat. Aut ipsam dixit publice in vxorem, & tunc ipsa & proles in seruitutem ecclesie redigetur, vt 15. q. vlti. cum multa. 8. 1. disti. quidam. Aut ipsam tenuit vt concubinam, & iniungitur ei pœnitentia pro sacrilegio, & adulterio. 2. 7. q. 1. quæ Christo, & Inno. & Host. hic. & idem Archi. 3. 2. dist. c. eos qui. Et dicit hic ultra Hostien. q. si dictam pœnitentiam tenuit agere, excommunicatur. vt j. de sent. excom. si concubinæ. nec decetero ab soluetur sine satisfactioe. j. de ver. signi. ex parte. j. satisfaciatur, autem intrando monasterium. vt 34. di. fraternitatis. & sic redigetur in seruitutem monasterij, vt in calle. eos. Et hoc tradit, vt dicit, ad doctrinam, ne dicta iura sic per alios dubie posita contradicant tamen cum diuersæ sint pœnæ traditæ, per doctores, totum hoc committit arbitrio iudicantis. vt s. de of. fic. deleg. de causis. ita dicit hic. Et idem in effectu not. in summa. eod. tit. S. quam pœnam, & credo q. bene. Et de ista materia no. Asten. li. 6. de pudicitia. S. quam pœnam, & de ista materia distinctioe præcedentis no. ibi in prin.

¶ Si quis qualiter clericus in sacris existens fornicarius puniatur distingue. In Host. in summa. eod. tit. S. qualiter. Aut est suspectus tantum, aut est notorius: aut est penitus occultus. Si est suspectus & merito, quia suspicio ex certo auctore, & scientia procedit, de conse. di. 4. sanctum. Subdistingue, vtrum ex suspitione oriatur scandalum, & tunc potest sibi iudici purgatio, quam si non præstiterit vel defecerit in præstando, puniatur tanquam conuictus. vt j. eo. tua nos. in fin. Aut non oritur scandalum, & tunc monendus est ne aliquatenus conuersetur, cum suspecta quod si post trina monitionem inueniatur cum ea fabulari, vel aliquo modo conuersari, factus est notorius iuris & de iure, & ideo excommunicandus. suspecta vero canonicè iudicanda vt hic. Et videtur quod in hoc casu degradari, possit tanquam conuictus, & etiam curiæ seculari tradi, vt in auth. de san. episcopis. S. præbyteris autem & diaconibus. Sic & maritus potest interficere sine pœna suspectum, & vxor, in casu simili. vt C. de adul. si qui adulterij. & in auth. ibi signata. Et no. In eum, quod clericus inuenitur cum muliere, potest per 20. horas detineri, vt testes vocentur per quos potest probari. arg. ff. de adul. l. capite. quod verum per maritum, vel fratrem, vel filium, alij excommunicationem incurrunt. j. de sent. excom. si vero alicuius. S. vlti. & c. nuper. Si est notorius facti, quia nulla tergiversatione celari potest, vel iuris quia confessus est in iudicio, vel etiam condemnatus est, tunc ipso facto patitur pœnam, quia incontinenti suspensus est ab officio, vt 32. dist. nullus. & c. præter hæc. j. eo. vlti. & c. tua & c. vlti. & per consequens & a beneficio In quosdam, vt 8. 1. dist. si quis a modo. & c. si quis sacerdotum. Alij dicunt quod suspensus est ipso iure ab officio sed quantum ad beneficia monendus est notorius facti forte de gratia, nam notorius iure debet condemnari si accusatus sit, & si non dimittat fornicariam. si is qui de gratia monetur eam decetero contempturus, potest episcopus ipsum priuare beneficio j. eod. si autem. vel si vult facere gratiam potest primitus suspendere a beneficio, & contumacia crescent e ei auferre. vt j. eo. sicut ad extirpandas. hoc ne in futuris fiat. Si quantum ad præteritam eadem pœna cogitur, ad pœnitentiam peragendam, & si conuincatur deponendus est 38. dist. presbyter. Vbi vero crassatur crimen exemplo opus est, & ideo si ad dimissam redit, vel aliam accipit, potest perpetuo excommunicari. deponi. vt j. eo. c. proximo. Si vero sit penitus occultus, patitur pœnam quantum ad se: quia incontinenti suspensus est. Nam quilibet in mortali peccato constitutus suspensus est, vt s. de tempo. ordi. c. fi. 6. q. j. testamentum, j. q. j. sacerdotes. in fine, tamen quandiu per ecclesiam toleratur licite possunt ab eo percipi & audiri ecclesiastica sacramenta, vt j. eod. vlti. & c. vlti. Sed nonne fornicatio est peccatum mortale & capitale. 2. 5. dist. c. vnum orarium. S. alias. cuius pœna est depositio. 2. 7. di. c. fi. 8. 1. dist. si quis clericus. & cap. Romana. & c. si quis episcopus. & c. si qui sunt præbyteri. & c. mini stri. Vbi etiam dicit q. talis nec sacrarij partitor fiat, nec altare

contingat. nec ab offerentibus locatisti oblationes suscipiat nec ad dominici corporis portionem accedat, nec etiam sine maioris natu auctoritate minor officia gerat. Ad hoc dicunt quidam q. prædicti canones rigorem obtinent, alius vero con tinet æquitatem. 3. 4. dist. fraternitatis. & hæc æquitas merito, rigori præferenda est. 4. 5. dist. licet 50. dist. ponderet. in fin. C. de iudi. l. placuit. Melius est enim de misericordia, quam de crudelitate reddere rationem. 8. 6. dist. non satis. 2. 6. q. vlti. alligant. 3. 5. q. 9. veniam. 9. dist. in. sana. 50. dist. eos. Ideo etiam mi tius est agendum in crimine fornicationis, quia hodie pauci inueniuntur immunes, vt innuit dictum c. fraternitatis. & 50. dist. in. quia tua. Multitudini autem parcendum est. j. de cleri. excom. mu. mi. latores. s. de tempo. ordi. c. 2. Gof. vero no ta. quod de iure communi seruari potest, rigor: sed æquitas est ex dispensatione. Nec ob. calle. fraternitatis, quod enim dicit defectus nostri temporis distictionis illius non patitur manere censuram, subaudi rigidam, & indispensabilem. secundum Gof. Fornicatio enim, pirurium, furtum, & homicidium, equi parantur. 8. 1. dist. in. presbyter. Sed propter pirurium amittit quis beneficium. s. de iure iuran. quærelam, & propter homicidium. j. de accu. inquisitionis, & propter latrocinium. j. de pœnis. tua. & propter fornicationem. s. de tempo. ordina. ca. fina. Nec obstat q. commune est vitium: immo tanto magis exemplo opus est, puto dicit Hosti. quod ex causa potest iudex rigorem seruare, & ex causa remittere, & dispensare. s. de transac. c. fi. quod intelligas nisi in modum acculationis couin ceretur, tunc enim standum dicto rigori secundum eum, qui ponit totam istam distinctionem in s. alleg. & qualiter. Sed q. pro simplici fornicatione quis possit deponi videtur. vt 8. 1. dist. in. fin. Maximianus. vbi de hoc. & 2. q. 7. lator, vt hoc notat, Archid. 2. q. 1. notum. Sed in c. alleg. lator. dicit Io. quod pro adulterio, vel incestu deponitur, non pro simplici fornicatione, nisi de rigore. Et idem Ber. & Laur. ibi. & idem Gof. s. tit. j. vt clericorum. & plene no. de cohabitatione clericorum. & mulierum. j. j. & vide quod leg. & notat. j. q. 7. si quis omnem. vers. & si in fornicatione vt recitat Archid. in c. alleg. lator. in hoc probabiliter teneri potest. Et licet. Et licet. Et Philo. 2. Ethic. difficile sit reluctari passionibus, tu tamen iuuenis & specialiter clericus & scholaris qui es in sortem Dei electus 2. 1. dist. in. c. c. cleros, relucta ad instar apostoli dicentis ad Roman. 7. & 6. dist. c. sed pensandum. video aliã legem in membris, meis repugnantem legi mentis mee, & captiuum me ducentem in legem peccati, quæ est in mēbris meis. Et quia in aīam maliuo lam non introibit sapientia: nec habitabit in corpore subdito peccatis. Sapien. j. c. in princ. De ista materia no. Asten. li. 6. tit. de pudicitia. S. In pœnam.

- 1 *Crimina extraordinaria ter in anno punienda.*
- 2 *Crimina ordinaria sæpius punienda.*

Lericos. Hic habes, q. delictum sæpius com miffum sæpius punitur, circa quod distingue. Aut quæris de criminibus extraordinarijs in quibus multa pro motu iudicis imponitur, aut criminibus ordinarijs, in & pro quibus pœna legalis, seu cano nica imponitur. Si de extraordinarijs, tunc ter in anno tm & non pluries multari debet, & iuxta formam legis eos. C. de modo multarum. & hoc In Dy. quando est tale crimen qd non redundat in damnus alterius: vt quando quis punitur ppter malos mores. Aut est tale crimen quod redundat in dam num, vel iniuriam alterius, & tunc sequitur In Dy. in l. quicū que. C. de ser. fugi & idem recitat ibi Ci. si millesies committa tur, millesies debet puniri & ita intelligit. l. alleg. quicunque. & ff. de priua. delict. l. nunquam. Si quæris de ordinarijs, tunc dic, quod quoties quis delinquit, toties puniri debet, ita possit intelligi. allegat. quicunque. ita intellige istud capitalum. & 6. quæstione j. imitare. cum ik. no. Et adde quod dicam. j. de pe. & remissio. cap. j.

- 1 *Fama quid & quotuplex. 6.*
- 2 *Manifestum, quid. 8.*
- 3 *Notorium quid, & quotuplex. 7. & 9.*
- 4 *Rumor quid.*
- 5 *Occultum quid. & 10.*

Esra. Ad pleniorē euidentiā materiæ no tate per Ber. hic in glo. ad intelligentiam. Nota q. aliud est fama, aliud est manifestum, aliud notorium, aliud rumor, aliud occultum omnino, & aliud

aliud pœnæ occultum. ¶ Fama vero duplex est: quia alia est fama que habetur de homine, alia est fama, quæ habetur inter homines, quamuis hæc de proxima prædicare possit. Fama q. habetur de homine sic describitur. Fama est ille facta dignitatis status, vita, & moribus comprobatus. vt ff. de var. & extraordi na. cogn. l. cognitionum. & qui talem famam negligit crude lis est. 1. 2. q. j. nolo. vn de Apostolus. iad Corinth. 9. expedit mi hi magis mori q. vt gloriam meam quis euacuet, & recitatur. j. q. j. sacerdos. Ideo debet laborare homo vt assumat nomen ho nesti hominis. ff. ad rebel. l. facta. S. si in danda. maxime in pue ris. s. de præsumpti. ex studijs. & c. mandata. Et hæc fama præ sumptionem solum inducit vt ibi, & de hoc si dubitetur re currendum est ad locum vbi is de quo quæritur conuersatus, est. vt s. de elect. postquam. Fama autem quæ habetur inter ho mines sic describitur. Fama est publica seu famosa insinuatio, vel proclamatio communis, ex sola suspitione & incerto au thore proueniens, vt de conse. dist. 4. sanctum est. hæc per se ni hil probat, vnde dicitur fama volat, quæ ex dicto vnus sæpe infurgit: ideo non est ei credendum de facili. 8. 6. dist. si quid de quocunq. j. de purg. c. cum in iuuentute. Inducit tamen pur gationem si nimis frequens sit, & scandalum inducat, vt j. e. tua. in fine. & de accu. c. qualiter & quod. 2. & 2. q. 5. præbyter. Item impedit matrimonium contrahendum, ne deterius in de contingat. vt j. eo. de confang. & affi. super eo. & forte probationem facit, vbi non paratur alij præiudicium. arg. j. de cle. per saltum promo. c. vnico. Item fama cõfentiens. i. cum alijs sentiens aliquando probat in aliquibus, vt arg. s. de testi. præ terea. & 4. q. 3. c. si testes. veritem. sæpe. & ff. de testi. 3. S. ite di nus. adeo q. & propter talem famam diuortium celebratur. vt 3. q. 6. ff. de iud. Item quælibet fama præsumptionem inducit, vt ff. de quæstionibus. l. de minore. in fine. ¶ Manifestum vero, est publica seu famosa insinuatio, vel proclamatio communis ex certa scientia, & certis authoribus paucis tamen proueniens Et ita id quod manifestum est probari potest & debet, ante q. aliquis condemnatur, ad hoc. j. de confangui. & affi. super eo. 1. 1. q. 3. eorum qui accusantur. ¶ Notorium autem triplex est, iuris, facti, & præsumptionis. Notoriū iuris est spontanea con fessio. vt s. de confes. c. j. clara probatio. 5. q. 6. epiphanius. C. de proba. scient. & irrefragabilis diffinitio. ff. de reg. iur. res iu dicata. Notorium facti, dicitur publica seu famosa insinuatio, vel proclamatio communis ex euidencia rei proueniens, que nulla potest tergiversatione celari, puta quis tenet concubinã, in domum, lectum, & ad mensam, & liberi vlulant circa igne. C. de nuptijs. si vicinis, & in tali notorio non requiritur accusa tor vel testis. vt j. cap. proximo. j. de accu. euidencia. Sed & quæ que ponitur manifestum pro notorio, vt 2. q. 1. de manifesta. & c. scelus. j. de verb. signi. ex parte. j. ad. si. Potest tam esse no torium in vna terra, & non in alia, & ideo coram iudice extra neo requiritur probatio. Sic potest intelligi. calle. eorum qui, accusantur. 1. 1. q. 3. 2. 4. q. j. pudenda. 7. q. j. præsentium. Si negetur in remotis partibus dantur, 8. dies ad probandum, vt j. de sent. excom. mu. c. folet. s. 3. prima die propositionis nõ cõ pu tata. j. de excep. c. pia. li. 6. Notorium præsumptionis est eui dentia iuris vehementer præsumpta, cui creditur facultate p bationis deficienti, vt paternitas, & filiatio, ad hoc. ff. de cond. & demonst. l. Lucius. ff. de in ius vocan. l. quia semper. de his, qui sunt sui vel alieni iuris. l. filium. & ex hoc dicitur confan guinitas notoria, de diuor. porro. Item notoriū præsumptio nis potest dici crimen infamatum in purgatione deficientis. j. c. proximi. in fine. ¶ Rumor est particularis insinuatio, seu proclama tio ex sola suspitione, & incerto auctore proueniens, cui minus, quam fama credi debeat: quia minor est, vt patet ex p miffis, de hoc. j. de eo qui cogno. confang. vx. sue. super eo. s. de lec. otus. ¶ Occultum omnino est, quod nulla ratione p bari potest, & de quo nullus loquitur, quia nescitur quod vin dictam non habet in hoc seculo, sed iudicio Dei, tantum modo referuatur. 1. 2. q. 5. Christiana. 6. q. j. si omnia. Suspedit tamẽ hominem quantum ad se, & quantum ad Deum, vt 3. 3. dist. ha buisse. & j. q. j. sacerdotes. & j. c. vlti. & 6. dist. testamentum. Pœ ne occultum est quod scitur ab aliquibus, puta duobus, vel tribus. vnde est singularis & priuata insinuatio ex scientia, & ex certo auctore proueniens. Et tale occultum probatur. vt C. de appella. l. eos qui. S. si quis autem. sed quouisque probatum fue rit non præiudicat, vt hic in s. ceterum. Vnde etiam secretum dicitur illi a quod quinq. homines sciunt. vt legit. & not. de pœn. di. j. c. quis aliquando. s. e contra. vers. filiam nanque. & no. G. & Io. And. post eum. j. de hæretic. vlti. lib. 6. Vt aut præ gressum utilitatem in summa recolligas famosus peccator,

& manifestus rumor prædicatus pœnæ occultus nunquam de bet vitari quandiu ab ecclesia toleratur, vt 5. q. vlti. c. vlti. & hic. Nisi forte ad hoc vt rubore confusus retrahatur a peccato, & ceteri terreantur. vt 3. 2. dist. j. prætor hoc. s. verum. & j. de he reti. c. vlti. & tunc in occulto non in publico. j. de sent. excom. cum non ab homine. Sic intellige hic omnino occultus nõ po test vitari, quia non possumus diuinare. j. vt eccle. bene. vt no strum. s. de tempo. ord. c. vlti. Sed hi, omnes alios tenentur vi tare cum sint suspensi quo ad se, & ideo non vitare maius peri culum est eis quam non vitari, vt j. de cle. excom. mi. c. illud. ¶ Notorius vero indistincte. i. siue sit notorius iuris siue facti, vitandus est, & vitare debet, & ita suspensus est quo ad se, & quo ad alios, vt 3. 2. di. nullus. & c. præter hæc. & hic. & j. eo. ca. fin. Quod verum est nisi post longam pœnitentiam, & vitam laudabilem dispensetur cum eo per episcopum suum, vt j. tit. j. sane, sacerdotes, & s. de iudi. at si clerici. Tunc. n. nouus homo fa ctus est, vnde non potest ei obijci, id quod fuit quia incipit ef se, quod non fuit. 50. dist. ferrum. In Host. Et q. cum tali no torio possit episcopus dispensare no. Inno. s. de cle. peregr. c. j. no. r. in probatione, & Spec. Rubrica de legato. S. iuxta. versic. vt aut in hac materia in fine. ibi hinc etiam est, & Archid. 50. di. sacer dotes. Et ratio quare notorius fornicator & simoniacus etiam occultus in ordine sunt ipso iure suspensi, vt leg. & not. j. c. fi. est quia facilius prælati labuntur in ista duo peccata. f. fornicationis & simoniæ, vt notatur Lau. & Archi. 3. 2. di. c. præter hoc in s. verum. Et quamuis post pœnitentiam solam accusari pos sit, vt 3. 3. q. 2. admonere. post pœnitentiam tamen & dispensa tionem non potest vt j. de schisma. fraternitatis. ¶ Et no. q. q. quid est notorium, est manifestum, & quicquid est manifestum, est famosum, sed non conuertitur In Hof. qui totam istam di stinctionem ponit hic in effectu, & in summa. e. tit. S. vlti. & cla rius Spec. tertio parte de notorijs criminibus per totum & Asten. li. 4. tit. de auditione missæ. q. 3. vsque in finem. Et de hoc per Inno. j. c. proximi. in glo. fama procedit & c. vbi Holt. dicit q. quamuis ex illa glo. aliqua possint vitia elici compendiosius, tamen tractatur hæc materia hic. Et vide quod not. Archid. 2. q. j. de manifesta. glo. 2. vbi dicit q. cum iudex sciet crimen ef se notorium per facti euidentiã, vel si per duos testes proba tum fuerit factum esse notorium, vel cum omnes de munici pio vel maior pars clamauit crimen esse commissum. 2. q. 1. q. lotharius. & c. scelus. In Tanc. & Gof. hic. ¶ Et est notorium crimen cuius testis est populus, & dissimulationi nõ est locus, hæc diffinitio probatur. In Laur. & Ray. ff. de insti. l. sed & pu pillus. S. pro scribere de ritu nup. l. palam. Populum intelligo, vel maiorem partem populi, arg. ff. ad municip. l. quod maior testis. dico non solum fama sed rei notitia, dissimulationi, dico, quæ iudicem mouere possit. Illud etiam appello notoriū, quod fit in conspectu iudicis pro tribunali sedentis, vt notat. Io. 2. q. j. c. si peccaverit. S. quando autem. In Archi. ibi. & 6. 1. dist. in sacerdotibus. super verbo teste. & j. de appel. c. Roma na. S. si autem. in glo. facti euidencia. lib. 6. Et scias q. Io. in calle ga. manifesta. ponit totam glo. Ber. hic. & exinde assumptit eã Ber. Nota tamen q. licet crimen fornicationis possit esse no torium, vt hic. & j. c. proximi. Tamen crimen Sodomorum, seu sodomæ non potest esse notorium: quia in conuersatione ho minis cum homine non est operis euidencia: sicut in conuersa tione hominis cum concubina, vt notat Laur. & Archi. 2. q. j. Deus omnipotens. Et not. q. virtus clericorum est continẽ tia. vnde eis dicitur in Luca. Sint lumbi vestri præcincti. Et de virtute Christi & omnium hominum cuiuslibet status, vide per Archid. 30. dist. c. hoc autem scripsimus. super verbo hu militate. Et cum his quæ dicta sunt. s. in versic. vt autem con cordat Inno. quali cum contemptu, dicens generale quod om nium suspensorum a iure tm, & sine sententia hominis si cri mina pro quibus eos ius suspendit ab officijs, vel quocunq. alio actu sunt notoria per facti euidentiã, quod cuique licet eos vitare in his quæ eis interdita sunt, licet adhuc iidem sus pensi tolerentur a suis prælati. Et idem dicendum videtur in irregularibus, quia & ipsi a iure suspensi dici possunt. ¶ Sed si cri mina pro quibus a iure suspenduntur sunt occulta, quantum cumque sint graua, vt simonia, & homicidium, & huiusmodi tamen vitari non debent in his quæ ab eis recipi debent de iure, arg. hic, & 2. 3. q. 4. non potest pro hoc de consec. dist. 2. non prohibeat, & in hoc concordat Archi. 2. q. 7. sacerdotes. gl. fi. Et vide de hoc quod notat Ioan. & Archid. 50. dist. de his glo. j. in fi. & Archid. 1. 1. q. 3. rogo. Et quæ sacramenta possint reci pi a simoniaco, suspensio, excommunicato, deposito, hæretico, schismatico, vel fornicatore, vide per Ber. hic in glo. se. & s. de præter.

præscrip. cum non liceat glo. i. de consue. glo. fi. Et per Inno. ibi in glo. vnde versus. Simon, suspenfus, anathema, depositusque, Non celebrant, heresis, schismaticusque, mechus. Quin que lauant, simon mechus abluet atq; cibabit.

- 1 Notorij diuisio.
2 Notorium an litis contestationem requirat.
3 Notorium an probationem requirat.
4 Certus nos certiorandus.
5 Filius presumitur natus ex nuptijs.
6 Condemnatus de crimine notorio, an a condemnatione appellat.
7
8 Appellatio iniquitatis non est præsidium.
10 Appellari an possit a purgatione indicta.

Va nos. Ad declarationem glo. Inno. hic quæ incipit fama procedit &c. Si quæris, vtrum in notorio de necessitate litis cõtestatio, vel probatio requiratur, t Distigue triplex notorium, vnum est notorium facti, aliud notorium iuris, aliud est notorium præsumptionis. Notorium facti triplex est, quia quodam est notorium facti actu transeuntis, quod ita habet euidẽtiam rei, quod probabiliter negari non potest, vt si episcopus, de ecclesia ad ecclesiam transeat, & incipiat bona ecclesiæ administrare s. de translatione, episcopi quanto s. ne autem, j. de cl. non resi. c. j. Vel si in platea communi, & in conspectu populi, alium aliquis occidat. quo casu licet sit occultum iudici, tamẽ occasio siue petitio poterit sic formari. Cum talis episcopus, transtulerit se ad talem episcopum sine Papæ licentia peto ipsum amoueri, vel cum talis talem in præsentia multorum occiderit, ita quod non est locus inficiationi, peto ipsum puniri. Aliud est notorium interpolatum, aliud est notorium continuum, distigue ergo. Aut quæris vtrum in notorio procedat tanquam in notorio lite non contestata, aut vtrum procedat absque probatione. In primo casu, dicunt quidam, qd aut accusatus est absens, & contumax; & tunc non requiritur litis contestatio, vt 2. q. j. manifesta. & c. de manifesta. & c. scelus. j. de accu. euidencia. s. de iureiur. ad nostram. 3. Aut accusatus est præsens, & tunc requiritur litis contestatio s. m. eos, vt recitat hic Inno. in ver. & dicunt quidam. Sed tu dic quod dato qd sit pns q non est necessaria litis contestatio, vt non expresse Inno. in glo. puta quia. ver. item dicimus, quod licet in notorio &c. In secundo casu. si quæris vtrum procedatur, absque probatione, tunc refert, aut quæris de notorio facti, aut de notorio iuris, aut de notorio præsumptionis. Si de primo, tunc refert, aut quæris de notorio facti actu transeuntis, aut de notorio facti interpolati, aut de notorio facti continui. In primo casu refert, aut quæris de expediendi, aut de necessitate. Si de expediendi refert, quia aliquando factum est notorium, sed iudex ignorat. supra de elec. c. bonæ memoriæ maguntino. & tunc si iudex vult recipere testas cautela m, vt sibi sit probatum, aut factum sit notorium, illos potest recipere absente parte, & reliquo ordine non seruato, vt hic. r. q. 3. c. eorum, qui accusantur. 2. q. j. manifesta. & c. quæ lotharius. s. in manifestis. s. de iureiur. ad nostram. 3. & in calleg. bonæ vbi sic intelligit Io. Vin. Goff. & Inno. Aut factum est notorium iudici, vt iudici, & tunc secus crederem quia qui certus est certiorari nõ debet. ff. de act. empt. & vendi. l. j. & infra de reg. iur. c. cum qs, certus est. l. 6. cum ibi not. Si quæris de necessitate, tunc sunt contrariæ opiniones: nam Vin. notat j. de appel. consuluit. qd vbi est notorium facti transeuntis actu, de quo habetur supra de appel. peruenit. Et vbi est notorium facti psumpti. de quo no. 2. q. j. manifesta. ibi non exiguntur probationes de actu, vt j. de accusa. euidencia. 2. q. j. de manifesta. Ex habundanti autẽ bene probatur, vt in calleg. bonæ memoriæ maguntino. Notorium autem facti psumpti bene probatur si negetur, vt j. qui filij sint legit. c. ex transmissa. s. m. Vin. in calleg. consuluit. Sed Inno. dicit hic, quod in notorio facti actu transeuntis oportebit probare duo. s. qd delictum fecerit, item qd publice factum sit. Sed hoc dictum verum potest intelligi, qd iudex procedit ad probationem notorij ad petitionem alicuius, sententia vero Vin. vera est vbi iudex ex officio suo inquirat in crimen sit notorium, vt sic no. G. in specu. Rubrica de criminib. in modum excep. & c. s. iam de notorio. veric. testes. & Arch. in calleg. eorum qui accusantur glo. fi. r. q. 3. In secundo casu scilicet quando est notorium interpolatum, tunc s. m. Innocẽ. & Ho. hic femiplene probatio requiritur, vt j. de vsur. cum in dio cesi. cum ibi not. per Ber. Inno. & Ho. In tertio casu. si quæris notorium continuum, nullus ordo requiritur nec pbatio,

vt si clericus in carcere teneatur. s. de app. dilectis. vel si in domo publice teneat concubinam, vt 2. q. j. de manifesta. vel contra iuramentum dñm suum continue profouitur. s. de elect. c. venerabile. s. eos igitur. ver. sunt enim notoria. & ver. cõtra proprium iuramentum. vt j. de excel. præla. c. graues Sequitur de notorio iuris, puta per sententiam. ff. de statu ho. l. ingenuum. s. eod. c. proxij. cod. c. fin. & in tali si negetur sententia requiritur probatio. s. de re iudi. ficat. ¶ Sequitur de notorio præsumptionis, per quod præsumitur quis filius qui natus est ex nuptijs. ff. de in ius vo. l. quia semper. Habes etiam alia exempla 23. q. j. c. 1. 2. q. j. de manifesta. & c. quæ lotharius j. de emp. & vend. c. ad nostram. de pigno. illos. s. de præsump. tertio. Et in tali non est necessarius ordo iuris, sed sufficit probare circũstantias, & præsumptiones, etiam si non probetur factum, argu. in prædicto c. tertio. & 3. q. j. c. j. s. m. Innoc. hic & Hostiẽ. post eum. Et per istam distinctionem supple illam, quam posui s. de iureiur. ad nostram. 3. & istam per illam. ¶ Si quæris vtrum condemnatus de & super crimine notorio possit appellare, distigue. Aut quæris vtrum possit appellare a condemnatione, aut ab indicta purgatione. ¶ Si a condemnatione, tunc sunt opiniones, nam Phi. & Goff. hic. & Lau. 2. q. 5. præbyter si a plebe. & Ber. s. de appel. cum sit Romana. s. vlti. dicitur q non potest, per calleg. cum sit Romana. s. vlti. & eo. tit. c. peruenit ad nos. & c. consuluit. Alij dicunt q si est notorium facti, appellare nõ potest, secus si est notorium iuris, sed hoc reprobat. s. de appella. c. cum speciali. s. porro. Alij dicit quod semper potest appellare, nisi tria concurrant. s. qd fuerit, confessus, & testibus conuictus, & argumentis superatus 2. q. 6. c. ei qui appellat. s. sunt etiam quorum. ver. nullus. etiam ho micidarum. Sed G. in spec. tit. de appel. s. in quibus autem casibus ver. decimo in delictis & c. notat quod aut aliquid est notorium per rei euidentiam, & tunc non admittitur appellatio vt in calleg. cum sit Romana & c. peruenit ad nos. c. consuluit, & c. reprehensibilis. j. de spon. ex literis. in fi. de vsur. quia pernitiosum. C. de appel. constitutionis. quorum appella. non recipi. l. 2. ¶ Nam appellatio non debet esse præsidium iniquitatis, vt in iuribus alleg. & s. de appel. ad nostram. & c. reprehensibilis. Aut aliquid est notorium per famam publicam, & tunc admittitur appellatio, vt in d. c. cum sit Romana. in fine. Aut est notorium iuris, vt qd aliquid probatur, vel qd aliquis confitetur in iudicio, & tunc admittitur appellatio nisi conuincatur, & confiteatur. C. quorum appel. non recipi. l. obseruare, nisi in casu in quo confessus non potest appellare. vt not. Accur. ff. de appel. l. vlti. super verbo auxilium. Aut est notorium facti psumpti, & tunc cum recipiunt probationes, recipiunt & appellatio. j. qui filij sint legit. c. transmissa. ita no. in s. alleg. in quibus. ¶ Ego vero crederem saluo meliori iudicio sic dicendum quia aut quæris vtrum condemnatus possit appellare, aut vtrum iudex a quo est appellatum teneatur appellatiõni deferre, aut vtrum iudex appellatiõnis debeat recipere suam appellatiõnem. Si vtrum condemnatus possit appellare, tunc dic, qd sic semper, & indistincte, vt infra de appel. c. Romana. s. si aut, li. 6. vbi hoc notant Ho. Car. G. & Io. And. Si vtrum iudex, a quo est appellatum teneatur appellatiõni deferre tunc dic, qd non, vt in iuribus alleg. Et ad idem. s. de appella. pastoralis. nisi appellans in appellatiõne emissa cam rationabilem exprimat, puta quia asserit se confessum terrore tormentorum, vel se errasse in facto. ff. ad l. Aquil. l. inde Neratius. s. vlti. l. sequi. seu confessiõnem suam se velle declarare. j. de accu. cum dile. seu aliud rationabile proponit. ff. de confess. l. penulti. Si vtrum iudex appellatiõnis debeat suam appellatiõnem recipere, tunc dic idem quod in casu immediate præcedenti & eadem rone. Nec obstat si dicatur quod non teneatur quis cam exprimere, qd a diffinitiuã appellat, vt le. & no. j. de appella. cordi. li. 6. & ff. de appell. l. 3. Quia verum est quod non teneatur iudex deferre appellatiõni, nisi cam exprimat in hoc casu, expedit ergo ei, qd exprimat cam quam uis non teneatur. Nam si non expresserit, & sententia mandata sit executioni ante inhibitionem superioris ad quem est appellatum factũ tenet, pot tñ superior inhibere ne fiat, vt in s. alleg. si autem. Et si j. 8. dies possit probari, cã notorij, & pp hoc lata erat snia excõtationis non relaxabitur, nisi præmissa congrua satisfactiõne, vt j. snia exc. solet. s. in prima. Vnde dicas quod non aliter iudex hic appellans cam, exprimere quin teneat appellat, vt in iuribus alleg. tenetur tñ exprimere quo ad leuiorẽ receptionẽ appellatiõnis, & inhibitionẽ faciendã s. m. Ho. Car. G. & Io. An. in d. c. Romana. s. si aut. ¶ Si quæris de secundo membro principali, s. vtrum possit appellari cum purgatio indicitur, tunc dic quod sic licet publica liboret infamia.

infamia. j. de purg. ca. c. nos inter. s. m. Goff. & Phi. hic. & Laur. & Archi. 2. q. 5. presbyter si a plebe.

De clericis coniugatis. Rubrica.

Ane & infra. Si quæris vtrum contrahẽs scienter, vel ignoranter cum corrupta, bigamus efficiatur. distigue vt dixi s. de bigamis super eo.

- 1 Monasterium exiens, cuius ingressus non tenuit bona sua recipere.
2 Monasterium exiens, intra professionis annum bona sua recipere.
3 Monasterium exiens post professionis annum bona sua non recipere.
4 Clericus ab ecclesia sequestratus an bona sua recuperet.
5 Pactum in ingressu ecclesie factum seruandum.
6 Clericis castitas indicta octo de causis.

Vod a te. Si quæris vtrum clericus sequestratus ab ecclesia bona sua recuperare debeat, distigue. Aut quæris de illo qui intravit religionẽ, aut de clerico seculari. In primo casu, refert, tunc nõ tenet ingressus, & tunc nõ habet locum distinctiõnem ponit Ber. hic. s. quod si expresse res donata sunt tempore ingressus, tunc nunquam sunt restituentur, nisi de gratia. Secus si tacite, quia eo casu cũ alias daturus, non esset, vtroq; casu restituentur bona s. m. Bar. Brix. qui sic tenet in q. d. finali. r. 8. quidam inuita vxore. alieg. ff. de don. l. 2. s. vlti. 17. q. 2. c. si quis incognitus. Accur. vt hoc intelligere, verum qd bona veniunt tacite, qui hoc no. C. de sacros. eccles. in auth. ingressi. Et idem. Spec. de statu mo. ver. 44. & de hoc. q. 2. dist. c. penglo. 2. & in c. h. Lau. dixit quod simpliciter facta donatio nunquam reuocatur. C. de vsuca. pro donat. l. irritam. de reuoca. do. l. si donatiõnem. de condi. ob causam. l. si rependi.

Primum credo verius. Aut tenet ingressus de se, & tunc aut talis ingre ssus religionẽ infra annum professionis exiuit, & tunc omnia recuperat. j. de reg. cap. statumuis. & eo. tit. c. is qui li. 6. & s. de renuntia. ex transmissa. Vbi Host. intelligit quod ibi ille. Præbeus renuntiauit beneficio canonice libere, & abbas & canonicus eius resignationem receperunt & bona sua sibi dimiserunt, alias si in monasterio fuerit per annum, exire non pot. Si exiuit infra annum ad priorem statum libere redire potest, vt ibi & in calleg. statumuis. & idem no. Host. & Io. And. post eum hic. & G. & Io. An. j. de regula. c. beneficij. gl. 3. li. 6. Aut talis ingressus religionem post annum exiuit post annum professionis, & tunc aut cum licentia superioris, & tunc recuperat bona sua, ne sit sermo quod intrare necesse est monasterio onerosus. 27. q. 1. si quis rapuerit. ¶ Aut sine licentia, & tunc sibi imputet qui recesserit, & que uim recipit: quia non debuit fieri, vt j. de regula. licet & ideo bona sua sibi non redduntur, vt in auth. de monachis. s. si vero relinquens. colla. j. ¶ Si quæris de clerico seculari tunc refert, aut nullum pactum fuit super hoc interpositum, & tunc aut ipsum bona tacite sequuta fuerant, iuxta auth. ingressi. C. de sacros. eccles. & tunc etiam ipsum semper tacite sequi debet, ita quod ea recuperabit, arg. C. de rei vxor. ac. l. vnica. j. de dona. inter virum & vxor. c. nuper. & c. donatio. Aut expresse consulti bona sua, & tunc refert, aut nõ habet alias vnde viuat, & tunc bona sua recuperat de iuris canonici, equitate 17. q. 4. c. vlt. & sic loquitur hic vbi loquitur de in integr. resti. non nob hoc est in culpa quia vitur. licentia ab apostolo concessa. 28. dist. de his. in fiergo est accusatus. C. de adult. l. Gracchus. Non ergo debet ecclesia bona sua retinere, in prædictum filiorum, qui n. vult filios suos exheredare alium quærat non Augustinum. Aut erat diues, & tunc non recuperat, 17. q. 4. c. sunt qui opes. ¶ Aut pactum fuit super hoc interpositum & illud est seruandum. j. de cond. appo. c. verum. Istam distinctionem totam ponit Host. hic in summa sua eo. tit. s. & in quo. & Archi. 17. q. 4. in summa. Et in hoc concord. frater Io. in summa confessi. tit. de transitu clericorum. q. 25. vbi vide & Alten. li. 6. tit. de regula. artic. 9. q. nunquid quis hic. Hanc decr. inducit Bar. Brix. ad q. d. n. quidam, quidam impetravit & c. qua quæritur an impetrans rescriptum a papa de prima præbe da vacatura, qui antequam vacaret contraxit cum virgine, ea demõ mortua possit hẽ pbendã vacantẽ, & soluit q nõ, quia pro directo habuit rescriptũ & oẽ beneficium ecclesiasticum. Idem Io. An. j. c. vnico. super verbo clericali. li. 6. & Io. And.

& Gen. extra de rescr. gratiæ. in cle. Et idem dicit Bar. ibi in q. seq. quidam clericus cum esset & c. & Io. An. Gen. in d. c. gratiæ de clerico qui contraxit matrimonium, quod postea dissoluit vel per confessionem sponsæ non cognitæ, vel quia reperitur consanguinea. de quo etiam per Io. An. s. e. c. r. vbi idem tenet quia contrahendo renuntiauit. arg. s. de renuntia. ex transmissa. Et idem in q. d. de dissolutione matrimonij per confessionem sponsæ non cognitæ. Vinc. & spec. eo. tit. in fi. & in illa de consanguinea tenet idem Dam. in q. j. eod. tit. ¶ Et octo casus, propter quas clericis castitas est indicta, plene videas in summa de virtutibus ver. de temperantia. circa medium, sub Rubrica de castitate ministrorum ecclesiæ quæ hic tanguntur, & j. eo. diuersis. ¶ Prima, quia Deum placare debent, quod non possunt nisi placeant, nec placeant si carnaliter viuant. ¶ Secunda, quia cum Deus sit spiritus, eius ministri spiritualiter non carnaliter viuere debent. ¶ Tertia, quia sodales sunt angelorũ seruendo cui illi seruiunt, ergo debent habere puritatem angelicam. ¶ Quarta, quia intendunt spirituali gnationi q est munda, cessent ergo a carnali immunda. ¶ Quinta, quia contrahunt sancta, & sic sancti esse debent, saltem quo ad carnis mudiã. ¶ Sexta, quia cum alios mundam debent esse mundi. ¶ Septima, quia nobilissimam sponfam habent. s. sapientiam. ¶ Octa ua, quia debent esse proprij Dei cui seruiunt non alterius, vel diuini s. m. Io. An. hic.

- 1 Coniugatus continentiam vouens beneficium tenet.
2 Coniugatus pensionem super beneficio habere potest.
3 Coniugatus ad beneficium obtinendum potest dispensari.
4 Graui sacerdotes sunt coniugati.
5 Delegatus matrimonium contrahens, an de causa spirituali cognoscat.
6 Delegatus matrimonium contrahens, de causa ciuili cognoscat.
7 Delegatus factus monachus, an de causa cognoscat.
8 Clericus matrimonium contrahens, qua perdat privilegia.
9 Deposito non eximit a voto continentie.
10 Matrimonium non tenet deficiente consensu.
11 Clericus coniugatus an teneatur ad habitum & tonsuram.

† Aut reus cõtra quem agitur habet causam ab agente: & tunc aut agens agit ex eo contractu, seu ex ea causa: ex quo vel ex qua reus conuentus habet causam ab eo: aut agit ex alio contractu seu ex alia causa quã illo vel illa, ex quo vel ex qua reus conuentus habet causam ab eo. In primo casu non potest reus conuentus agenti opponere quæstionem dominij seu proprietatis. Et ideo dicit lex qd si locauit tibi domum, seu alia rem, & finito tpe seu vsu locationis agam contra te actione ex locato ad repetendũ rem locatam, nõ potes mihi opponere quæstionem dominij. C. de loca. & conducl. l. si quis cõductionis titulo. Dicit etiam alia lex, qd si rem alienam pignori tibi dedi, & postea soluto debito pro quo eam pignoraui, agam cõtra te pignoratitia actione ad rem ipsam, non poteris mihi opponere vel referre quæstionem proprietatis, vt. ff. de pig. act. l. si rem. s. is quoq. Nec credo verum quod not. Hosti. in sum. tit. de deposito. S. cui datur. sub. s. est em. ver. 4. & s. seq. & qñ. in prin. dicens qd vbi rem meam penes me deponis, nõ tenet depositum, nec agitur depositi. Quia nec comodatum, nec depositum, nec precarium, nec cõductio tenet in re mea ppria, nisi scienter hoc faciam: vt. ff. de positi. l. qui rem. de reg. iur. l. neq. pignus. de contrahen. emp. & ven. l. suã rei. & l. si in emptione. S. rei suã. de precario. l. certe. s. vlti. & C. loc. & conducl. l. qui rem. sñm eum. Et idem Abb. & Io. An. j. de depo. bona fides. nam cõtra hoc est expresse. C. de positi. l. pe. ibi vel in rem & c. vbi contrariũ no. Cy. Imò plus videtur, qd emptio de dominio postea quæstio nõ possit excipi: vt. ff. de positi. l. plane. Nec sequitur nõ valet depositum: ergo nõ potest agi depositi. vel dic sñm Host. Abb. & Io. Andr. hñe locum in casu notorij. Et ita potest intelligi. l. allegata qui rem. ff. de positi. alias non. ar. not. per Inno. s. de h. presby. cõstitutus. gl. fi. Vel posset intelligi lex illa qui rem, quæ dicit qd qui rem suam deponi apud se patitur, vel vtendam rogat, nec depositi nec comodati actione tenetur. l. quo ad fructus, vel interesse, si sit deteriorata: sed bene tenetur ad rem quam recepit restituendam. In scdo casu potest, vnde si locauit vel comodauit tibi domum, vel aliam rem, & finito vel nõdũ finito tẽpore seu vsu locationis vel comodati agam cõtra te rei venditione, poteris contra me excipere de dominio seu proprietate, & mihi opponere vel referre quæstio-

nem dominij vel proprietatis, vt probatur. C. de loca. & cõdu. l. ad pbationem. & hoc not. gl. in eo. tit. l. si quis cõducti onis titulo. Sed fallit in casu vbi reo conuento rei venditione, & neganti mendaciter se possidere in pgnam mendacij auocatur possessio. ff. de rei vendi. l. fin. & C. qui po. in pig. habeatur. in aut. item possessor. Si queris de agente possessorio tunc refert, aut de agente possessorio recuperanda possessio: aut de agente possessorio retinenda: aut de agente possessorio adipiscende.

† Si de agente possessorio recuperandẽ, tunc aut agitur de rebus temporalibus, & tunc excipiens de dominio non auditur nisi primo possessionem restituat, cũ spoliatus ante oia restitui oporteat. C. de agri. & censu. l. si coloni. C. de don. int. virum & vxor. l. si maritus quondã. de præscr. 30. vel 40. anno. l. si quis emptionis titu. s. pen. si per vim vel alio modo. l. 1. ad l. Iuliam de vi pu. vel priua. l. si quis ad se fundum. 3. q. 1. c. Deus. s. patet. & per totũ. Absurdum. n. videretur, quod is qui possessorem spoliavit posset opponere de dominio, quod spoliando amittere debuit. C. vnde vi. l. si quis in tantam. & hoc tenet glo. ff. de vsucap. sequitur. s. si dñs. de vi & ar. l. 1. s. 1. & de verb. sig. l. mulieris. s. 1. & idem tenet Dy. j. de reg. iur. qui ad agendum. lib. 6. Et in hoc errauit gl. quæ est. ff. de iud. l. si de vi & possessione. Nisi velles sustinere eam. f. quod intelligatur vbi permittente eo qui agit possessorio recuperandẽ, excipitur de proprietate, vt. s. de resti. spol. c. 1. alias secus etiam si velit incõtinente de iure suo docere, vt no. Inno. s. de causa pos. & proprie. ca. 2. quod intelligit Hosti. ibi. & Io. Andr. post eum, nisi ius rei esset notorium per sñm vel alio modo. ff. de positi. l. bona fides. s. de causa pos. cum dilectus. Et si dicatur quomodo potest esse notorium ex quo dicit sibi ius, cõtra. l. si quis in tantam. C. vnde vi. dicit vt no. s. de resti. spol. in literis. per Hosti. Aut agitur de rebus spiritualibus, vt beneficijs, & tunc videtur quod possit opponi de proprietate & ad hoc facit quod no. Bona. Arct. scilicet, quod qui agit possessorio, & petit ecclesiam sibi restitui, debet & tenetur pbare de sua canonica institutione & proprietate rei: alias nõ debet restitui. Ita etiã tenebat dñs Inno. & sic seruat curia romana sñm eum. & hoc probat per ca. j. de eo qui mit. in pos. causa rei seruãde c. eum qui. lib. 6. & 3. q. 1. c. Deus. s. patet. ver. si. sed obijciatur. & ad hoc ar. 3. q. 2. quod vero. de conse. dist. 4. qui in matris. Et ideo forte ipse Inno. s. de resti. spol. in literis. in gl. C. de rei ven. & c. circa finem, quod ad hoc vt quis possit petere restitutionẽ possessionis, oportet qd superioris autoritate eius. f. ad quẽ pertinet ex officio habuerit possessionem installatione, vel etiã per sñm. Pro ista præmissa sñm facit quod not. Hosti. in summa de resti. spol. s. qñ faciendã sit. sub. s. in casibus autem. ver. quid ergo. vbi videtur sequi istam sñm. & in calle. eum qui. Sed Archi. ibi in gl. sed qñ dicitur agi. ad finem. ver. circa hoc potest dici & c. dicit qd si is cuius electio non tenuit fuit tñ confirmatio subsecuta spoliatur obtenta possessione debet restitui, vt patet in eo qd legitur & not. s. de causa pos. & proprie. cum super. in gl. j. quæ fuit Tan. Idem tenet Inno. s. de h. presby. c. constitutus. gl. 2. in prin. vbi dicit qd si ibi ageretur possessorio ad beneficium, non requirerentur probationes super personam, vel vicaria patris. Et qd agens possessorio vnde vi ad recuperandã possessionem beneficij, nõ teneatur de aliquo parte proprietatis docere, notat expresse Inno. s. de resti. spol. ex iure. de app. bonæ. in gl. probabilem. de postul. præla. c. bonæ. 2. in gl. & ideo. & ad hoc facit extra de causa pos. & pro. c. vnico. in clem. vbi hoc idem tenet Gen. super verbo possessorium. Et hanc sñm credo veriorẽ rem: vnde saluo meliori iudicio credo sic dicendũ. † Aut queris vtrũ agens possessorio recuperandã teneatur & debeat de necessitate ad hoc vt obtineat in possessorio de dño seu proprietate docere: & credo qd non per immediatẽ præmissa. Aut nunquid cõtra ipsum agentẽ possessorio excipiens de proprietate vel dño admittatur & audiat: & tunc dic vt no. Inno. in c. alleg. cõstitutus. s. de h. presby. Quia aut iam cõstat, vel per confessionẽ eius, vel per pbationes admissas, qd petens restitui est talis quod ei de iure nõ est faciendã restitutio, puta quia est illegitimus, vel quia eandẽ possessionẽ occupauit vi nec habet super hoc dispensationẽ, & tunc denegatur sibi restitutio, arg. j. de diuor. significasti. cum ipsi beneficiũ sine peccato hñe vel tenere nõ possit. Aut nõ constat adhuc, sed est res dubia, & tunc nõ pot reus de proprietate excipere: imò spoliatus agens pot dicere nõ respõdebo nisi de possessione mea vel de iure n. eo: sed tu nõ es audiendus nisi primo facta restitutio: vt. s. de resti. spol. c. sollicitẽ. c. in literis. & c. ex conuentione. & de ordi. cog. c. cum dilectus. & c. vlt. de causa pos. & pro. cum super. 3. q. 5. quia suspecti. secundũ Inno. ibi. & idem no. Archi.

14. q. 1. in summa in glo. adde fuerunt quidam dicentes & c. Sed hoc fallit in casu quando quis agit iudicio possessorio pro iure sepeliendi, quo casu corpus defuncti, non est restituendũ, quousq; plene constet de proprietate, quia sic etiam postea esset tertio dandum priori ecclesie quæ obtineret in proprietate. Corpus autem defuncti non est tractandum. ff. de relig. & fump. fu. l. nec corpora. & l. diu. & l. e. sñm Inno. j. de sepult. l. cum liberum, quæ iura non probant id ad quod inducuntur, Et quamuis ex quadam æquitate humanitatis firmetur quod dicit, de rigore tamen iuris videtur contrarium, ridiculosum, etiam esset posse agere & nihil ex sua consequi actione secundum Hosti. ibi. Si queris de agente possessorio retinenda possessionis, tunc dic qd tali non potest referri qd proprietatis, vt notat hic Ber. Inn. & Host. dicentes qd vbi quicq; agit possessorio retinenda possessionis, qd exceptio abiurationis non est admittenda contra agentem, & sñm hoc intellige hoc c. qd interlocutoria fuit hic lata ex officio iudicis implorato, vt lite pendente possessor vtatur sua possessione. s. vt lit. pendens. c. j. & 2. v. si dicas qd Archidiaconus agebat pos. vt possi. vt dicit Ber. s. super verbo interlocuti. dic qd Archiepiscopus opponere ista non excipiendo, sed agendo petitorio. Et primum intelligitur ponit Innoc. in j. glo. in prin. sñm in ver. potest et dicit, alias nisi ita intelligeres istud. c. esset contra. Sed contra hoc not. Host. s. de renun. super hoc iuxta glo. Ber. quæ incipit allegatam. in fi. vbi dicit quod ibi non agebatur de spoliatioe, sed quia non permittebatur agens pacifice possidere, & tamen ibi auditur excipiens de spontanea abiuratione, vt eodem tit. c. 2. Sed primum credo verius, licet quidam legitime distinguunt in isto interdico prout statim distinguitur in interdico adipiscenda possessionis. † Si queris de agente possessorio adipiscenda possessionis, tunc refert aut obijciatur exceptio proprietatis, puta renuntiationis, vel abiurationis, vel similis contra petentem possessionem ex casu & vt consecutiuam institutionis de se facta, vel ex cã & vt executoriam sñm pro se lata. Et ex eo casu præsumitur quod ad morandam possessionem vel executionem sñm hoc proponatur, cum possessio sit quasi consecutiuam institutionem & executionem ad sñm. Et ideo in tali casu excipiens de facili nõ auditur, vt patet in eo quod legi. & no. s. de causa pos. & pro. cum olim. de re iudic. de ce. tero. de appellatio. constitutus. 2. pro hoc videtur text. j. de cõcessio. præbend. post electionem. in fi. vbi hoc not. Inn. in gl. sua fi. ver. si. si autem obijciatur. & Host. post eum. Et hoc verũ saltem in casu vbi excipiens non probaret, vel non offerret, sed probaturum incontinenti suam exceptionem, alias secus vt ibi notat subsequenter Inn. in ver. & dicimus. & Host. post eũ qui versus videtur referri ad illum ver. præcedentem. Si autem obijciatur aut obijciatur exceptio proprietatis, seu dominij cõtra petentem possessionem ex alia cã quã ex cã institutionis, vel sententia. Et tunc dic qd contra talem potest excipi de dominio, & sibi referri, quæstio dominij seu proprietatis. vt ff. de carbo. edic. l. 3. s. causa. vt in pos. leg. l. si is a qua. ad exhibe. l. 3. s. ibidem. & hic in fi. cum notatis hic in glo. fi. Quod verũ, si incontinenti probetur exceptio, vt in s. alleg. causa. & in gl. alleg. Inn. & Host. alias si excipiens nollit nec offerret incontinenti probare non obstaret illa exceptio dominij. † Et in hoc differunt petitorium & possessorium, quia vbi agitur petitorio semper locus est illi regulæ dolo facit, sine statim siue non statim velit probare. Vbi vero agitur possessorio adipiscenda, distinguitur, aut reus non vult statim probare, & tunc nõ habet locum dicta regula nec potest excipi, vt patet de possessorio adipiscenda possessionis. C. de edic. diu. adri. tollen. l. quãuis. Et est rõ quia iudicium possessorium est momentaneum, vt in l. momentanea. C. vnde vi. & ideo non debet retardari, vt in sñm allegato ibidem. Aut vult statim probare, & tunc admittitur exceptio & probatio super ea, vt in d. s. causat. Sed sñm hoc his visis, quæ est ratio diuersitatis inter iudicium retinenda possessionis, & iudicium adipiscende, rõ est in promptu. Nam interdica adipiscenda possessionis competunt, & intentantur regulariter in vi, & rõne iuris realis seu petitorij, & in relatione ad ipsum, vt patet in interdicitis quorum bonorum, & quorum legatorum, quæ dantur hæredi de iure pretorio, vt patet. ff. quorum bo. & quorum lega. per totum, & in interdico saluiano, quod competit locatori fundi rustici cõtra colonum & eius hæredem pro adipiscenda possessione illarũ rerum in illo fundo inuectarum quæ tacite sunt obligatæ, illi locati, vt ff. de saluiano interdico per totum, & sic de alijs. Et nõ mirum si contra agentem tali possessione possit excipi de defectu illius iuris realis, seu petitorij super quo fun-

datur, quia exceptio est actionis exclusio. ff. de except. l. 2. Sed interdica retinenda intentantur & competunt regulariter nõ vi alicuius iuris realis seu in relatione ad illud, sed in relatione ad possessionem vel quasi, quam agens habet non vi non clam non præcario, vt patet in interdicitis vt possideris & vtrobi. ff. vt poss. & vtrobi. per totum. Et in interdico de itinere actu que priuato, ex primo capite. ff. de iur. actu; priua. l. in princ. Et sic de alijs interdicitis retinenda per singula discurrendo, vnde eo casu nihil habent commune proprietatis cum possessione. ff. de acqui. pos. l. naturaliter. s. nihil. Et possessor agens possessionis retinenda quantumcunque aliter sit dominus rei, vel habeat ius in ea, debet donec de iure proprietatis appareat legitime quod est per viam actionis, seu petitorij & non excipientis, vt s. de or. cog. cum dilectus. in sua possessione manere & tueri, vt in iuribus alleg. & s. vt lite pen. c. j. & 2. de cã pos. & proprie. cum ecclesia Sutrina. de elec. quærelam. in fi. j. de cã pellis. mo. c. 2. † Sed quæ est ratio diuersitatis supradictæ inter res temporales ad quas spoliatus indistincte debet restitui nõ obstante aliqua exceptione dominij seu proprietatis, & res spirituales vt beneficia, in quibus distinguitur sñm Inn. & Archi. vbi s. Ratio est in promptu, quia in rebus temporalibus quæ spoliatus reus est dñs, vel quando tertius est dñs sed non currit cum spoliante in petitione rei oblatæ, spoliato quantumcunque non dño quantumcunque prædoni debet fieri restitutio, vt est dictum. Sed quñ tertius quõ est dñs concurrat in petitione cum ipso spoliato prædone non ipsi prædoni, sed vero dño debet fieri restitutio, vt probatur. ff. de positi. l. bona fides. Modo vbi quicq; agit possessorio recuperandẽ in beneficalibus semper tertius versus dñs seu factem representans verum dominum. i. Christum crucifixum, puta prælatus seu est iudex, in illa causa est presens. j. de verb. sig. c. forus. s. in omni. & ad quem pertinet proprietatis iuris conferendi. j. titu. j. nulla. de præben. licet episcopus. l. 6. Et ideo licet reus spoliatus nõ possit de proprietate excipere, sicut nec in temporalibus, ipse tñ iudex potest eum, quod plus est ex officio ad ipsum beneficium contra ipsum spoliatum ius non habentem si possideret agere posset vt amoueretur ab eo, vt patet. j. de offi. ordi. c. ordinarij. l. 6. Et cui damus actionem & c. ff. de superfl. l. j. s. quod ait. j. de reg. iur. qui ad agendum. l. 6. Et sic bene intelligenti idem iuris videtur in spiritualibus, quod in temporalibus.

¶ De concessione præbendæ. Rubrica.

- 1 Beneficium iniuste depositi habens, illi renuntiet si conscientia re mordet.
- 2 Beneficium iniuste depositi habens, illi renuntiet si particeps sit fraudis.
- 3 Beneficium iniuste depositi habens, illi renuntiet si contra ius fuit processum.
- 4 Beneficium habens institutione vitiosa, id non retineat.

¶ Vi in viuorum. Ad declarationẽ glo. Ber. hic. Si queris quõ aliquis est iniuste per sententiam a beneficio suo, depositus vel remotus, & postea alij scienti ab initio vel ex postfacto sñm iniuste latam beneficiũ illud confertur, vtrum ille cui confertur eidem beneficio renuntiare teneatur, & primo iniuste deposito restituere teneatur, distingue. † Aut conscientia ipsum remordet, & tunc quãuis etiam sit erronea tenetur eam sequi, nisi possit eam depone. s. de simo. c. per tuas. 2. quia qui agit contra conscientiam ædificat ad gehennam. s. de resti. spo. c. literas. s. porro. secundum Host. hic. & s. de rescrip. vigilantia. Aut non remordet eũ, conscientia, & tunc aut fuit conscius fraudis seu iniustæ depositionis, aut non. † Si sic, tunc tenetur saltem in foro conscientia resignare, ar. ff. de adul. l. pen. 34. q. 2. in lectum. & j. de eo qui duxit in mat. c. fi. de diuor. c. j. & in eo quod no. s. de præben. c. dilectus. 2. Si non, tunc refert, aut sententia lata fuit contra ius litigatoris, & tunc licet hoc nouerit non tenetur renuntiare nisi fuerit appellatum, sic enim transiit in rem iudicatã, etiam in epalibus s. de elec. cum dilecti. s. fi. vbi de hoc. & arg. s. de rescrip. pastoralis. & de offi. dele. pastoralis. s. quia vero. de re iudi. cum inter vos. in fi. † Aut nouit qd sñm lata fuit contra ius scriptum, puta per falsa instrumenta vel falsos testes, & tunc renuntiare debet. ff. de re iudi. l. diuus. j. de crimine falsi. super eo. vel quia venalis fuit. s. de vi. & ho. cle. cum ab omni. s. fin. vel non fuit seruatus ordo iuris. 2. q. 6. cap. ei. qui. s. diffinitiu. ver. si sententia. Theologi tamen dicunt qd semper teneor restitueret ex quo audio quod iniuste collata est, quod fateor. Io. si conscientia

conscientia me remoret vt est dictum. Sed in casu pmissio scilicet, vbi noui eam latam contra ius litigatis nunquam habeo aliena rei conscientiam, sed conscientiam mihi iuste benefici assignati. Vbi vero hoc audio qd expresse contra ius lata fuit ita qd in rem nunquam transeat iudicatum, non video qualiter conscientiam meam valeam informare. Nam & si ipse depositus nequiter vel noluerit agere, tamen semper habeo rei conscientiam aliena, ergo semper ad restitutionem teneor. arg. s. de rescrip. c. si. de consue. c. si. de restitu. spoliat. sepe contingit. Et hanc sunt vera sm Host. qn. sententia priuationis pcesisset collationem secundo factam. Sed si duo agunt de beneficio, & adiudicabitur illi cui secundo collatum fuerat, & qui in veritate ius non habebat, talis non potest cum bona conscientia beneficium retinere, ex quo fuit sua institutio vitiosa: quia in talibus initium spectatur, vt patet in eo quod legitur & not. s. de elec. c. dudum. j. & 2. de p. b. dilecto. s. si. & de instit. c. 3. sm eum. Cum quo concordat Io. And. dicens etiam qd non obstat taciturnitas appellantis, quia & si expresse vellet no potest illi concedere titulum suum, vel ius in illo, ergo nec tacite, per ea quae no. Ber. Inno. & Host. s. de p. b. dilecto. super verbo. ad osculum.

- 1 Beneficia vacantia idoneis conferantur.
- 2 Papa de potestate absoluta, beneficium non vacans confert.
- 3 Papa, de potestate ordinata non confert beneficium, non vacans.
- 4 Episcopus non confert praebendam non vacantem.
- 5 Episcopus non confert beneficia non vacantia.
- 6 Beneficia an promitti possint.
- 7 Beneficia conferuntur infra 6. menses. 2.
- 8 Electio fit infra tres menses.
- 9 Consecratio petitur infra tres menses.
- 10 Pallium petitur infra tres menses.
- 11 Deuolutio fit de episcopo ad capitulum in non prouidendo per negligentiam intra sex menses.
- 12 Deuolutio non fit, de episcopo ad capitulum cum tempus currit, non culpa ipsius, in non prouidendo, intra tempus iuris.
- 13 Deuolutio institutionis non fit de prelato ad collegium.
- 14 Prelatus negligens, in non prouidendo, punitur semel, tantum.
- 15 Mora significationes.
- 16 Mora descriptio.
- 17 Mora qualiter purgetur. c. 19.
- 18 Obligatio noua non oritur in obligationibus dandi a tempore morae.
- 20 Mora effectus.
- 21 Tempus deuolutionis currit a die notitia.

Vlla. Si queris vtrum beneficia ecclesiastica no vacantia seu antequam vacant possint conferri, vel promitti, distingue. Ad cuius euidentiā sciendum est, qd beneficia aut vacant de iure, & de facto, aut non vacant nec de iure, nec de facto, aut vacant de facto, sed non de iure, vt cum quis spoliatus est beneficio suo, vt s. de his quae vi metus causa fiunt. c. ad audientiam. & cabbas. & de resti. spo. c. item cum quis. aut econtra vacat de iure, sed non de facto. In primo casu planum est qd sunt conferenda, per sonis idoneis, vt s. tit. proxi. c. 2. & c. ad decorem. & de p. b. super inordinata. & c. graue. & c. extirpande. & c. de multa. & statim dicam. In secundo & tertio casibus dicit Host. & Ioan. And. post eum & j. eo. literas. qd conferri prohibentur, adeo qd qui scienter recipit hoc ipso expellendus est. s. c. proxi. Sive ro ignoranter tenetur conferens ad consimile beneficiū secū dum distinctionem quam feci. s. de p. b. inter cetera. Tu vero dic in secundo & in tertio casibus refert, aut queris nunquid possint promitti vel conferri vt proprietates, & dic quod sic ita bene sicut vacantia, vt s. de restitu. spoli. cum venissent. & j. de don. c. consulationib. & legitur & not. extra de rebus eccl. non alic. c. si vna ecclesia. in clem. & hoc tenet Io. An. hic. Aut vt beneficia, & tunc refert, aut queris de collationibus, vel prouisionibus beneficiorum quae fiunt per Papam, aut de collationibus vel prouisionibus quae fiunt per praelatos inferiores. In primo casu refert aut queris nunquid possint promittere vel conferre beneficia nondum vacantia de sua plenitudine potestatis, seu de sua potestate absoluta, & de illa non audeo disputare prout no. Ho. in simili. s. de biga. super co. vnde

plena dispositio beneficiorum est in potestate sua. vt j. de p. b. c. licet ecclesiarum. li. 6. Et sicut potest dare beneficia ad tempus quod est contra naturam collationis beneficiorum, quae simpliciter & ad vitam conferri debent. vt not. Ber. & Host. C. de fi. p. b. terorum. c. veniens. & Archi. & Io. An. j. de rescri. si gratiose. li. 6. & Io. An. j. de reg. iur. c. actus legitimi. e. li. Ita vt videtur potest ea non vacante conferre, vel vt statim tribuat ius in re si hoc intendat, & sic videatur omnia fecisse sine quibus huiusmodi collationem facere non posset arg. s. de offic. deleg. c. praeterea. & c. significasti. Et sic obtinentem priuasse, alias priuare, & isti breui manu contulisse, arg. ff. de iure do. l. licet. s. quoties. hoc etiam potest sic confirmari. Nam imperator rem temporalem alienam potest maxime ex causa alteri donare, vt ff. de euic. l. Lucius. C. de quadri. praescri. l. bene. a. zeno. Ergo multo magis videtur quod Papa possit rem spiritua lem vnus alteri donare, maxime ex causa, cum non minorem potestatem habeat Papa in spiritualibus, quam imperator in temporalibus, vt s. de maio. & obe. c. solite. s. praeterea. Et qd Papa possit alicui beneficium suum auferre, notat expresse Io. 9. q. 3. per principalem. super hoc tñ vide quod notatur p. Ioā. & Archi. 10. di. c. j. 22. di. c. j. & 23. q. 8. c. tributum. s. quamuis. Vel si non intendat statim tribuere ius in re, quod collatio sortiatu suum effectum, & tribuat ius in re demum cum beneficium vacauerit, quia Papa ad tempus & in diem beneficia dare potest, arg. ff. de manu. vind. l. apud eum. s. imperator. Et ita intelligi quod no. Host. in summa huius tit. s. & vtrum. ver. vbi autem. dicens quod si promissio beneficii non vacantis fiat alicui, & auctoritas Papae interueniat rata est: quia potest de iure supra ius dispensare, vt j. eo. proposuit. ver. licet autem. Sed hoc tñ non est trahendum ad consequentiam, vt j. eo. constitutus. & c. post electionem. Idem not. Ho. in collatio. j. de his quae fia ma. par. ca. c. ex ore. f. Aut queris de potestate ordinata, & tunc aut queris nunquid possit ea conferre de praesenti, & sic dare ius in re in instanti, vel cum vacauerit, & dic, quod non, arg. hic. & C. de leg. l. digna vox. 2. q. 7. nos si incompetenter. vnde omnis indecentia in principem est impossibilis s. fakte. moris, vt not. Card. j. de haereti. c. super eo. li. 6. Aut nunquid possit dare ius ad rem, hoc est quod cum beneficia vacauerint conferantur illis quibus disponit ea conferri & non alij, & dic quod sic, vt j. eo. proposuit. & j. de offi. deleg. c. si super gratia & de concess. p. b. c. ne captanda. li. 6. ¶ Si queris de collationibus seu prouisionibus, quae fiunt per praelatos inferiores refert sm G. de Montelau. & Gen. f. Aut queris de canonicatu, & talis potest conferri antequam vacet. s. de p. b. relatum. de consli. cum M. Et est ratio quia est ius incorporale spiritua le nullis alijs praediuiciale immo vtile, quia in diuinis officijs, est oneris aliorū releuatiuum, vel saltem coadiutiuum. Secus, in praebenda, cum in temporalitatis perceptione consistat, arg. j. de concess. p. b. c. si. li. 6. vt hoc no. G. de Montelau. extra de p. b. c. si. in glo. 2. in cle. & Gen. ibi in glo. 3. quod non credo verum intelligendo quod canonicatus, qui nondum vacat possit auferri obtinere, & alteri conferri. Sed bene ille ad quem pertinet collatio canonicatum ecclesiae, potest aliquem recipere in canonicum, & sic canonicatum de nouo creare, vt in cal leg. cum martinus. & s. de p. b. pro illorum. & c. dilectus. j. & de rescrip. c. eam te. Qui canonicatus definit esse cum illi receptus in canonicum assequitur praebendam aliquam per canonicum possessam: quia tunc habet canonicam illam cui est illa praebenda annexa, vt no. in c. alle. dilectus. j. & per G. de Montelau. in c. si. alleg. f. Aut queris de alijs beneficijs, & tunc, aut queris nunquid possint beneficia nondum vacantia conferre & dic quod non vt hic, & j. c. proxi. & c. post electionem. etiā de consensu illorum quorum sunt beneficia, cum tales no sint domini sed procuratores, vt j. de dona. c. 2. vt no. Host. in s. alle. & vtrum. ver. sic. sed & si. licet quidam contra per l. C. de pact. l. vlt. Aut nunquid possint ea promittere, & dic quod non, nec in specie vt hic, nec in genere, siue fiat promissio sub his verbis cum beneficium vacabit, siue sub his verbis cum facultas, se otulerit, siue alias quouismodo, vt j. eo. ex tenore. Melius eo. tit. c. detestanda. li. 6. per quam decr. corrigitur decr. accedens. j. eo. vt no. ibi. & dicuntur promitti si ipsorum collatio, vel praesentatio ponatur in manibus alienis, quod dic vt j. eo. constitutus. & c. si. ¶ Sequitur de quarto. I. qn beneficia fiunt vacantia de iure & non de facto, & tunc dic vt dicam. j. eo. lite ras. ¶ Supra dixi quod beneficia vacatia de iure & de facto conferri possunt & debent, vt probatur. j. s. prox. sed nunquid possunt promitti dico quod sic, & promissio obligat promittentem, non tamen adeo qd collatio facta alteri per promittentem non

non valeat. promissio. non afficit beneficium, quod dic, vt plene per Card. & alios in c. alleg. praestanda. & e. si. foli. 6. Et ad hoc facit quod no. Host. j. c. vlti. vbi dicit qd si promissio illa facta per comitissam de beneficijs vacaturis quae nulla est, pendente alium praesentauerit, praesentatus per eam obtinebit. j. ti. j. illam. & de iure pa. c. illud. Credo etiam quod beneficium re vera vacans potest conferri per illum ad quem spectat collatio, etiam si ignoret eum vacare, per not. per Car. j. de p. b. si tibi absent. li. 6. ¶ In s. cum vero. Si queris, quae tempora seruari debeant, in expeditionibus ecclesiarum vacantium, distingue. f. Aut queris de tempore ad conferendum beneficia, seu prouidendum de beneficijs, per viam collationis, & tunc datur 6. menses. ¶ vt hic. f. Aut queris de tempore ad eligendum & tunc datur. j. menses. vt s. de elec. ne pro defectu. Aut queris, de tempore ad electionem factam praesentandi, & tunc datur tempus quae citius fieri poterit & adhuc 8. dies, vt j. de elec. c. quam sit. & c. cupientes. in princ. & s. ceterum. li. 6. Aut de tempore ad consentiendum electioni, & tunc datur vnus mensis electio. si libertatem habet consentiendi, alias quantum iudex arbitrabitur, vt in c. alleg. quam sit. ¶ Aut queris de tempore ad petendum confirmationem, & tunc datur tres menses computati post consensum electioni de se factae praesentum, vt in c. alleg. quam sit. s. ceterum. j. de ele. lib. 6. ¶ Aut queris de tempore ad petendum consecrationem, & tunc datur alij tres menses computandi post confirmationem obtentam, centesima distin. qm. & 75. dist. c. qm. & administrationem bonorum ecclesiasticorum habitam. s. de ele. cum in cunctis. s. j. ¶ Aut queris de tempore ad petendum pallium, & tunc datur tres menses computandi a tempore consecrationis, centesima dic. j. In causis autem cathedralium, vel regularium ecclesiarum, quae ex immediata subiectione vel appellatione deuoluuntur ad Papam, serua decre. Nicolai. j. de ele. cupientes. li. 6. Ita no. Io. And. in c. alleg. quam sit. in glo. pen. j. de elect. li. 6. Et istud tempus 6. mensium de quo loquitur, hic currit a tempore scientiae, sm Ber. Inn. & Host. hic. Et quae tempora sint continua, & quae vbi lia, vide per Arch. 2. q. 6. anteriorum. in glo. adde circa hac materia. Et scripsi. s. de sup. negl. praeb. c. licet. dist. j. Et adde qd no. Inn. s. de p. b. de multa. super verbo, sex menses. ¶ Et eo. s. Si queris, vtrum quando ad praelatum solum, vel ad capitulum seu conuentum solum spectat collatio praebendarū seu aliorum beneficiorum, vtrum & qn per negligentiam illius ad quem spectat collatio in non conferendo infra tempus, iuris s. sex mensium ad alterum eorum collatio deuoluatur, distingue. Aut queris de episcopis, & de capitulis cathedralium ecclesiarum aut de praelatis collegiatarum vel conuentualium ecclesiarum, & ipsis collegijs, vel conuentibus. ¶ In primo casu refert, aut episcopus vel capitulum ad quem, seu quod spectat collatio differt infra 6. menses culpa vel negligentia sua conferre, & tunc per talem culpam vel negligentiam vnus eorum ad alterum collatio deuoluatur, vt hic in versu. si autem episcopus. & ver. se. qd si ad capitulum. & j. eo. quia diuersitate. ¶ ¶ Aut differt conferre per impotentiam iuris, vel facti etiā culpa sua contingentem, & tunc non currit sibi tempus pro tempore impedimenti, nec habet locum deuolutio ex quo no est in mora petendi a motionem impedimenti, vt in c. allega. quia diuersitate. s. si tamen. & s. de consli. cum M. ferra. sm Inn. & Host. hic. Et ad hoc concordat quod no. Io. 6. 1. dist. bene no. nit. dicens quod tempus concilij generalis ne pro defectu. s. de ele. vel istius lateran. concilij nulla. non currit illis qui non inueniunt aliquem idoneum quem eligant, vel cui conferant. Ad hoc etiam concordat quod no. Inn. in c. alleg. quia diuersitate. in glo. f. Papam. ver. melius videtur. & Ho. post eum dicentes, quod nec capitulum nec superior potest supplere defectum alterius, nisi vbi hoc in iure inuenitur expressum, vel nisi necessitas immineret, arg. j. e. cum nostris. in fi. & j. ti. j. illa, sed vbi hoc in iure expressum est potest facere etiam superioris auctoritate non petita, vt hic. & 60. di. si forte. Et hoc idē no. Host. Car. Archi. & Io. An. j. de sup. negl. praeb. c. Romana. li. 6. & Arch. 89. di. c. 2. in glo. pen. & fi. & 9. q. 3. cum simus. super verbo in monasterijs. & j. de cens. c. Romana. super verbo de huiusmodi. li. 6. ¶ In secundo casu. I. qn queritur de praelatis collegiatarum, vel conuentualium ecclesiarum, & ipsis collegijs, vel conuentibus dic, quod per negligentiam vel culpam talis praelati ad quem spectat collatio, vel praesentatio non fit deuolutio ad collegium vel conuentum. Nec vice versa de collegio, vel conuentu ad quem spectat collatio, vel praesentatio ad praebendam, vt extra de sup. negl. praeb. c. quia regulares. in clem. vbi

hoc tenet G. de Mon. lau. super verbo lateranensis. super verbo quorum praelati huiusmodi negligentes. & c. Et hoc per text. ibi, dioecesanorum locorum. & c. per quem videtur quod in omni casu deuoluitur ad Episcopum immediate, maxime cum istud, c. nulla. & s. de elec. cum in cunctis. s. vlti. tantum loquantur in episcopis & capitulis suis. Item non est tanta communio inter alias ecclesias, quanta inter episcopum & capitulum. j. de rella. requisi. & multa disconuenientiae sunt inter cathedrales, ecclesias & alias inferiores. vt j. de ele. quinquam. li. 6. hoc idē tenet ipse G. de Mon. lau. extra de sta. regu. ne in agro s. abba te. in cle. Sed hoc fallit in casu illius s. vbi abba te vel priore, a collatione beneficiorum suspenso ad priorem claustralem cum consilio & assensu conuentus vel maioris partis ipsius eorumdem beneficiorum collatio deuoluitur. Vnde ibi cōtinet specialia prouisionem, nec est alia extendenda. ar. j. de priuile. fa. ne. nec est simile de suspensione ad negligentiam. vt j. eo. quia diuersitate. sicut nec de morte ciuili ad naturalem. 16. q. j. pla cuit enim. ¶ Et no. sm Host. hic quod in omnibus, in quibus per negligentiam fit deuolutio, negligens punitur semel & ea vice tñ, vt s. de sup. negl. praeb. c. 2. Et vide quod no. Archi. in c. alleg. bene nouit. in glo. adde ex praedictis satis patet. & c. vbi querit quid si archiepiscopus de suo semestri tempore, de quo loquitur hic duos menses daret episcopo vel capitulo. qui fuit negligens in conferendo, nunquid episcopus eligat canonicū, suo iure vel iure archiepiscopi. Et distinguit cum Vin. si semestris tempus episcopi non est lapsus tempore huiusmodi dationis duorum mensium suo iure eligit episcopus, quia fit ei prorogatio, vnde potestatem habet ipse & ius eligendi. s. de of. fic. deleg. c. de causis. & vbi fit prorogatio termini manet idem arbitrium. Vbi vero post terminum eligitur idem arbiter sup eadem causa est nouum arbitrium. ff. de arbi. si cum dies. de p. cario, sed si manente. Si vero iam elapsus erat semestris tempus suo iure non eligit, quia suo iure nihil habet. arg. ff. de iurisd. omni. iud. l. solet. sm Vin. qui ita no. s. de elec. cum vintoni. Et ita no. Archi. in c. alle. bene nouit. ¶ Et eo. s. Quia ista s. tangit de mora que purgari non potest gratia huius quae primo quot modis accipitur mora. Secundo quid est mora prout hic sumitur. Tertio qualiter constituitur. Quarto qualiter purgetur. Quinto quot sunt mora effectus. ¶ De primo dic, quod mora sumitur varijs modis, nā aliquando accipitur pro habitatione, vt C. de incolis. l. 2. li. 10. & j. de tempo. ordi. c. cum nullus. s. si. li. 6. Quandoq; accipitur p quacunque dilacione, vt si dicamus magna mora est hinc vsq; ad festum Natiuitatis D O M I N I, vt C. de temp. ap. authen. sed cum lis. Et ita intelligitur. ff. de iudi. si debitor. vbi dicitur quod non est magnum damnū in mora modici temporis. Quandoque sumitur mora strictius, non pro qualibet dilacione, nam sm hoc omnis qui differret soluere esset in mora, sed sumitur pro dilacione tali que meretur poenam legalem, & in hac significatione accipitur mora pro delicto. Cuius mora plures sunt species, nam alia est mora communis, alia mora specialis. Mora communis est quae cōmuniter & regulariter contrahitur. Mora specialis est quae singulariter constituitur, quae fauore personae, quandoq; fauore actionis, quādoq; odio delinquentium, vt solet tractari in magna glo. ff. de vsur. l. mo. ra. inter quas species est mora quae contrahitur ratione tardae solutionis, siue communis siue specialis. ¶ De secundo dic fecundum Ia. de Ra. & Pe. de Bel. perti. omnia diffinitione quae ponit Azo. ff. de vsur. l. mora. ¶ Mora est, cum quis legitime interpellatus, vel pro interpellato habitus, cum intelligit vel intelligere debet se debere, nec est omissa debiti repetenti instātia, sine causa solutionem vel restitutionem vel receptionem distulit. Hae descriptio importat omnia essentialia mora, nā cum dicit legitime interpellatus respicit omnem personam, etiam minorem quamuis qui potest interpellari cum auctoritate tutoris. ff. de verbo. obli. l. sed si ex stipulatu. & omnem locum & tempus idoneum. vt ff. de solu. l. si soluturus. Item cū dicit pro interpellato habitus, respicit interpellationem re ipsa, vt C. in quibus cau. cessat in inte. restitu. l. in minorum. & de contrahen. & commit. stipul. magnam. & hic. Item cum dicit solutionem, respicit eum qui est obligatus, vt in personalibus, quia solutio praesupponit obligationem, vt ff. de verb. oblig. l. si duo rei. Item cum dicit restitutionem, respicit eum qui tenetur reali, vbi non est proprie solutio, sed restitutio, quia no est ibi obligatio, vt in sti. de acti. s. j. Item cum dicit receptionem respicit creditorem qui recusat recipere, & sic moram recusando contrahit. Vnde mora constituitur & contrahitur nequidum in debitore, & per debitorem, sed etiam in creditore, &

per creditorem, vt ff. de periculo & commodo rei vendi. l. illud & sic habes diffinitionem seu descriptionem more. ¶ De tertio. qualiter mora constituitur patet præmissa. ¶ Circa quartum. qualiter mora purgetur, distinguo. Aut per commisionem more ius alteri est quæsitum, in eo in quo seu circa quod mora est commissa, & tunc nunquam potest purgari mora in eo in quo ius alteri est quæsitum vt hic, vbi habes quod per negligentiam episcopi in non conferendo infra sex menses acquiritur ius conferendi capitulo, & contra. & per secundam negligentiam acquiritur ius archiepiscopo, ideo mora purgari non potest. Ad idem 12. q. 2. longinquitate. 20. q. 2. puella. j. de regul. iur. c. mora. lib. 6. cum ibi no. per Io. An. & s. de sup. neg. prela. c. licet. & c. si quod dic vt ibi dixi. Aut per commisionem more non est alteri ius quæsitum in eo in quo, seu circa quod mora est commissa, & tunc refert. Ad cuius euidenciam nota quod quatuor sunt effectus more, vt statim dicam, & quandoque mora purgatur quantum ad omnes effectus, quæque quantum ad quosdam tm, refert ergo. Aut post moram sequitur stipulatio animo nouandi legitime facta, & in casibus in quibus nouatio potest cadere, & habere locum, & tunc mora purgatur, quantum ad omnes eius effectus vt ff. de condi. furti. l. parui, refert. de soluti. l. qui decem. §. cum mihi sicutum. & de nouatio. l. nouatione. Aut post moram non sequitur stipulatio animo nouandi legitime facta, & tunc aut sequitur obligatio, & depositio in rebus seu obligationibus, in quibus obligatio, consignatio, & depositio cadere possunt, & tunc purgatur etiã quod ad omnes eius effectus, vt C. de vsur. l. accepta. quod dic vt ibi, in quantum tangit istud membrum. Aut non sequitur obligatio, consignatio, & depositio, & tunc quæris de purgatione more, vt morosus post moram habeat actionem, aut queritur de purgatione more vt morosus post moram non teneatur. In primo casu, refert, aut alius contractus inter creditorem & debitorem alius ab eo super quo mora contrahitur, & de illa re super qua mora contrahitur præcessit, & tunc potest mora purgari, vt non obstantem mora possit agere. duobus tm interuenientibus. §. j. modicum tempus, & si non interest aduersarij, vt p. batur. ff. de verb. oblig. l. si ita quis promiserit. §. Seia cauit. vbi Seia pcuratrix erat ante obligata Lucio Titio madori actio ne mandati præcedente, & sic alia ab illa obligatione ex stipulatione, super qua mora contrahitur ad restitutionem illorum, hortorum de quibus ibi loquitur. Aut nullus alius contractus, ab illo super quo mora contrahitur, & de illo super quo mora contrahitur inter creditorem & debitorem præcessit, & tunc non potest purgari, vt habeat actionem. v. g. Ego promisi tibi hoc modo, si dederis mihi. 10. j. Pascha dabo tibi fundum, demum tu non das j. Pascha, sed vis dare in crastino, nunquid teneor tibi dare fundum, dico quod non, quia cõditio deficit, & non potest impleri alio tempore, nec eram tibi obligatus, ex alio præcedenti contractu, seu ex alia actioe ad fundum tibi dandum, vt no. Iac. de Ra. in d. c. Seia cauit. Et pro hoc bene facit. ff. de fideicom. l. l. thais ancilla. §. intra & de sta. libe. l. si intra quinquennium. ad trebell. nam quod ad ius, §. qui compulsi. In secundo casu refert, aut ex mora non introducit, nec succedit noua obligatio, & tunc purgabilis est mora vsque ad snam diffinitiuam, vt in obligationibus dandi non oritur noua obligatio a tempore more ad interesse, vt ff. de verbor. oblig. l. si feruum. §. sequitur. & §. vlti. Vnde si non oriatur noua obligatio potest purgari mora ante snam, quia omnia iudicia sunt absolutoria in sti. de pepe. & temp. ac. §. si. ff. de verbo. obli. l. interdum. in fi. Aut ex mora introducit vel succedit, noua obligatio, & tunc refert, quia quandoque succedit seu introducit obligatio propter culpam, vt puta quidam vendidit mihi rem aliquam dedit fideiussorem nomine euictionis, hic non succedit interesse in obligatione propter moram, sed propter culpam, quia alienam rem vendidit, & eo casu potest quis purgare moram post snam vsq; ad executionem, vt ff. de excep. doli. l. fideiussor. §. m. Iaco. de Ra. & Pe. de bel. perti. ibi, quandoque introducit obligatio propter moram non propter culpam. & tunc refert §. m. Iaco. de Ra. licet Pe. de bel. p. ti. non approbet. ¶ Aut obligatio introducit, per legem, seu ex dispositione legis, vt si promissisti mihi facere domum, & es in mora faciendi, & tunc potest purgari mora tribus concurrentibus. s. lite non contestata infra modicum tempus, & si non interest aduersarij, vel si interest interesse refusio alias non potest moram purgare, vt ff. de verb. obliga. l. si iustulam. & l. si ita quis promiserit. §. Seia cauit. Aut obligatio introducit factio hominis seu per dispositionem hominis, vt si promissisti mihi librum, & nisi dederis promissisti mihi decem & tunc aut

illud quod succedit, vel venit ex mora vna cum principali debito potest peti, aut non. Si potest vna cum principali debito peti tunc non potest purgari. v. g. Generator mutat pecuniam, & stipulatur quolibet mense. 10. si debitor in mora est non potest moram purgare, vt ff. de verb. oblig. l. qui Romæ. §. calimacus. & lita stipulatus. in fi. & de acti. & obli. l. traiecitia. §. de illo. §. m. Pet. de Bel. pertica ibi. & in l. alleg. magnam, quod etiã Cin. ibi approbare videtur. Si non potest peti vna cum principali, illud quod deductum est in pœnali. v. g. promissisti stare in iudicio certa die sub pœna, non stetit, & sic obligatio contracta est ad pœnam. §. cum principali peti non potest. ff. de exce. doli. l. apud Celsum. §. Labeo. Et isto casu potest purgari, tribus concurrentibus, vt ff. si quis caut. l. & si post tres. de arbi. l. si cum dies. §. si. de penu. leg. l. j. de verbo. obli. l. qui Romæ. §. flauius. & l. si ita quis. §. seia. Fallit in casu vbi non purgatur. ff. de arbi. l. cellus. & est ratio quia durius agitur cum ministro legis quam cum lege. Item fallit in alio casu, vbi purgatur post litem contesta. & ante diffinitiuam snam. ff. de iudi. soluti. l. 3. §. vlti. & l. seq. Et est ratio quia illa stipulatio iudic. sol. citius committitur, quam alias confueuerit regulariter committi stipulatio. Et ideo diutius seu tardius purgatur, iuxta illud, qui i vno grauat. & c. ff. de iur. iuran. l. eum qui. nam qui iudicium solui, p mittit factum promittit. Et quando factum promittitur, non committitur stipulatio quouque tm tempus præterierit, qd poterit fieri, vt ff. de verb. oblig. l. si ita stipulatus sum abs te. sed ibi statim cum est in mora committitur stipulatio iudici. sol. vt in dicta. l. 3. §. in hac. & l. conquebatur. & ff. si quis cau. l. si duo. §. j. & ideo non releuatur vt possit purgari post litem contesta. §. m. doct. in d. l. 3. & §. m. Pe. de bella per. & Cin. in d. l. allegata magnam. Sed quæ est ratio diuersitatis inter obligationem, quæ introducit propter culpam vt in l. alleg. fideiussor. & illam quæ introducit propter moram? Ratio est, nam mora dolum habet, ideo magis puniri debet quam culpa, vt ff. de le. aqu. litem si obstru. ad fi. §. m. Pe. in d. l. fideiussor. Et hæc sufficiant de purgatione more.

¶ Sequitur de quinto. quod sunt effectus more constitutæ ad quod respondeo, quod sunt quatuor. Primus est circa intentionem, de quo tenetur morosus. Secundus est circa rei æstimationem, quam facit considerari quanti plurimi sunt a tempore ipsius more constitutæ. Tertius est circa vsuras. Quartus, est circa fructus de quibus tenetur morosus. Redeo ad primu dixi, quod primus effectus est circa interitum rei, quæ morosi periculo peperit, quod verum dicit Martinus doctor iuris civilis antiquus, nisi eodem modo peritura fuisset penes creditorem, quia tunc non tenetur de interitu, vt ff. de rei ven. l. item si verberatum. §. si. & quod me. causa. l. si cum exceptione. §. si homo. Sed Io. & alij doctores iuris civilis, communiter reprehendunt Mar. dicentes quod imo indistincte de interitu tenetur morosus, vt ff. de leg. j. l. cum res. §. vlti. de vi & vi ar. l. j. §. rectissime. & si cer. pet. l. quod te. vbi est glo. ipsorum quæ potissime hoc dicit. Pet. vero de bel. per. & Cin. post eum sic distinguunt. Et credo, quod bene, cum quæritur nunquid mora faciat morosum de interitu teneri, refert, aut mora commissa est in faciendo quod fieri non debuit, aut est commissa in non faciendo quod fieri debuit. In primo casu verum est indistincte, quod morosus de interitu tenetur, & sic loquitur dictus. §. rectissime. & C. de fur. l. sub tracto. Fallit in casu, vt dicta l. si cum exceptione. §. quod si homo. Et est ratio, quia metum inferens grauat ibi in vno. l. q. condemnatur in quadruplum, ergo, & c. vt in l. eum qui. ff. de iur. iuran. In secundo casu, quandoque contracta est mora in non faciendo quod fieri debuit, subdistingue. Aut qui non fecit quod debuit facere contempserit solummodo partis interpellationem, & tunc vera est snia Mart. per ill. quas alleg. Aut contempserit partis interpellationem & iudicis decretum, & tunc in odium sic delinquentis periculum transit ad eum, vt ff. de eden. l. vbi §. is autem. Secundus effectus est circa æstimationem rei quam facit præitari sub æstimatione, quati plurimi a tempore obligatio more, vt ff. si cer. pe. l. vinum, quod dic vt ibi. Tertius effectus est circa vsuras, de quo dic secundum leges, vt C. de condi. indebi. l. j. de quo effectu non debet curare canonista, cum vsura de iure diuino, & canonico, sint prohibita, vt j. de vsur. super eo. & capi. quia in omnibus. Imo etiam de iure civilis nouo. l. authenticorum approbant quatuor concilia. l. Nicenum, Constantinum, Ephesinum, & Calcedonium, & volente sicut sacras Scripturas obseruari, in aurb. de elect. tit. in prin. colla. 9. Et in Niceno concilio vsuræ sunt reprobata. 47. dist. qm. Et hoc not. glo. C. de vsur. in aurb. ibi posita ad hæc. & Card. j. de vsur. in Rubrica. lib. 6. Quartus, & vlti-

& vltimus effectus est circa fructus, de quibus tenetur morosus. Et in hoc articulo distingue. vt ff. de vsur. l. videamus. ¶ Et nota quod isti 6. menses qui dantur ad conferendum, non currunt, nisi a tempore notitiæ veræ vel præsumptæ ipsius vacationis: quod debet determinari per iudicem, considerata beneficij, qualitate, & quantitate, & locorum remotione, & fama, arg. ff. de vsur. l. mora. vt no. Host. j. eo. ex parte Alten. & Gen. in extra uag. Io. 2. 2. ex ecriabilis. super verbo contrariæ.

- 1 Papa an dispenset contra ius diuinum.
- 2 Papa an dispensat super iure naturali.
- 3 Papa non dispensat contra ius ciuile.
- 4 Papa super lege canonica dispensat.
- 5 Dispensatio sit ratione id postulantem.



Reposuit. Ad declarationem gl. Ber. super verbo dispensare. Si quæris in & super quibus Papa possit dispensare. Distingue. Aut quæris de lege diuina seu euangelica, aut quæris de lege ciuili, aut quæris de lege naturali, aut de lege canonica. ¶ In primo casu hoc solum tene quod in omnibus potest dispensare, dummodo sua dispensatio non sit contra fidem. §. m. Vincæ. nec nutriat peccatum mortale, nec inducat subuersionem fidei, nec periculum animarum. Nam in talibus nullam habet contra Deum potestatem, sic intellige. 2. 5. q. j. sunt quidam. 16. dist. sancti. §. m. Host. hic. Et conuoc. quod ipse Host. no. j. de spons. si qui fidem. in magna glo. ver. pone igitur. dicens, quod si vir in casu illius. c. nullo modo consentit cum prima muliere, sed cum secunda tantum, Papa licet sit supra ius nunquam tm, potest consensum hominis voluerad voluntatem suam, & dare sibi intelligere quod consentiat in eam in quam non consentit, & quod non consentiat in eo in quo consentit. Et sic potest vera matrimonia lege diuina firmata sua constitutione canonica irritare, & cogere hominem conscientiam propriam relinquere, & suo motui adherere. vt patet in his quæ leguntur & not. hic. & s. de præsump. c. si. & j. de conuer. coniug. c. ex parte 2. quod reprehendit talia euidenter, & no. j. de spon. c. si inter. ad fi. & de spon. duorum. c. j. & si. vbi idem no. ipse Ho. & j. de consangu. & affi. c. quod super his super verbo prohibito.

¶ Dicit hic Hostiensis argum. huius literæ, canonicus videtur. & c. quod Archiepiscopus in hoc casu non poterat de alio, extraneo providere, s. m. ea quæ no. s. de elec. ne pro defectu. vbi idem notat. Sed Ber. Inno. & Comp. ibi tenent contra quos & pro hoc faciunt quæ leguntur & no. j. de præb. cum singula. s. prohibemus. li. 6. extra de suppl. negl. prælat. c. quia regularis. ver. alia vero. in clem. Sed circa hoc si queris vtrum is ad quem per negligentiam, vel delictum alterius, vel aliorum, deuoluitur eligendi seu prouidendi potestas, teneatur eligere, vel providere de collegio seu gremio ecclesiæ ad quam, vel in qua electio, vel prouisio est faciendâ, distingue. Aut queris, de Papa, & constat quod non, immo potest vnde cuncte voluerit prouidere. vt s. de ele. bonæ memoriæ magun. in fin. vers. quinetiam. Nam plena dispositio beneficiorum ad ipsum pertinet. vt j. de præb. c. 2. li. 6. & quia nullum concilium, nulla constitutio canonica ligat ipsum, vt s. de elec. significasti. & c. inno. tit. s. quamuis. ff. de leg. 3. l. si quis in prin. testamenti. bene. facit. j. de consue. c. cum in tua. s. in præbendis. li. 6. Aut queris de alijs prælati, & tunc aut in illa ecclesia in qua imminet deuolutio, non reperitur aliquis idoneus ad eligendum seu prouidendum ad huiusmodi dignitatem, & tunc poterit de extraneo providere, vt in calle. ne pro defectu. in fi. & j. de verb. sign. abbate sane. in fia. contrario. Et pro hoc eo. tit. indemnitate. in fi. li. 6. hoc no. per Io. An. in c. alleg. cum singula. s. prohibemus. & per ipsum & alios in calle. quia regulares. Aut in illa ecclesia reperitur idoneus, & tunc aut queris in ecclesijs secularibus, aut in regularibus. In primo casu poterit de extraneo, prouidere sicut potuissent illi a quibus deuoluta est potestas qui poterant de extraneo prouidere, vt le. & no. s. de elec. cum inter canonicos. Ita intelligo opi. prædictam Ber. Inn. & Cōp. in calle. ne pro defectu. Fallit vbi de consuetudine vel statuto, ecclesiæ non posset de extraneo prouideri, vt v. g. quasi omnibus ecclesijs Franciæ ita est de consuetudine præscripta, qd dignitates vel personatus non possunt nec debent conferri nisi canonicis illarum ecclesiarum vbi sunt ipse dignitates vel personatus. De qua consuetudine not. Inn. j. de his quæ sunt a prælati. c. tua. in glo. nota. quod & Host. post eum. & Archid. 60. dist. c. j. glo. pen. Quo casu sicut illi a quibus deuoluitur potestas nō possent de extraneo prouidere, ita nec iste superior ad quem deuoluitur ptas, non posset de extraneo prouidere, cum non maior ptas ad eum deuoluatur quam fuerit penes illos a quibus deuoluitur, cum res subrogata & c. ff. si quis cau. l. si eū. s. qui iniuriarum. In secundo casu tunc, aut imminet electio, collatio, seu prouisio prioratū, seu aliorum officiorum regularium inferiorum abbatij faciendâ, & tunc non poterit, nisi de illis personis de illa ecclesia prouideri iuxta ea quæ leguntur & no. in calle. cum singula. s. prohibemus, & in c. quia regulares. ver. alia vero. & quæ dicam. j. de reb. eccl. non alie. c. possessiones di. 2. in fi. Aut imminet abbatum electio seu prouisio faciendâ, & tunc poterit de extraneo religioso, dummodo sit eiusdem religionis & habitus prouidere. Nam ita poterant illi a quibus deuoluta est potestas, iuxta ea quæ le. & no. extra. de elec. c. cum rationi. in cle. specialiter super verbo eligatur. p. Io. An. & Gen. Aut imminet electio epi faciendâ, & illum poterit eligere vnde cunctis dummodo alias idoneum. ar. calle. cū rōni. s. vti. ibi. vel cuiuslibet regularis. ecclesiæ. & c. & hæc sūt vera supposita opinione Ber. Inn. & Cōp. in calle. ne pro dese

ctu. qd seruatur de facto, licet Io. An. dicat ibi qd opi. Ho. vt vtrius in scholis. Et hæc vera intellige nisi collegij vacatis ecclesiæ seu monasterij de consuetudine legitime præscripta, vel priuilegio, vel fundatione de alio certo monasterio eligere tenerentur, tunc. n. distingue vt dicā in calle. abbate sane. di. vlti. Et cū glo. Inn. hic loquente de dispensatione facta cum patiente defectum natalium super dignitati ecclesiasticis, non est extendenda ad episcopatus, archiepiscopatus, & superiores. concordant Host. Abb. & Io. An. hic. ad hoc. j. de sen. exc. quia periculum Josum li. 6. Et de his in Spe. tit. 2. s. si ver. quid si dispensatus est. cum duobus ver. sequentibus. Item facit hæc pro his quæ sunt hodie terminata. de elec. quamquam. li. 6.

Instituendus de primo vacatur, si duo vacent ad quod admittendus.

Accedens Per hæc decretalem, & decretalem cum adeo. s. de rescr. t. determinat Bar. Brix. quæstionem suam dñicalem, quæ incipit. epi, quidam promissit. De epi, qui promissit auctoritate Papæ, cuidam clerico primum beneficium vacans, duo simul, vacant, epi vult ei dare dēterius, clericus petit melius beneficium. Soluendo credit qd clericus iste contentus esse debeat, si competens ei beneficium assignet per iura ista. Sed hæc qd satis potest determinari per c. di. pluribus. j. de præben. li. 6. & no. per Archi. & Io. An. ibi

Collatio per negligentiam, non facta, ad quem deuoluatur.

Postulastis. Si queris ad quem deuoluatur electio, vel collatio beneficiorum per negligentiam vel delictum eorum ad quos collatio vel electio spectabat. Distingue vt dixi s. de elect. cum in cunctis. s. si. & super glo. si. Ber. hic. Dicit Io. An. concordando opiniones Io. Tan. Vin. Phi. & Host. ex vna parte, & Ber. ex alia, quod dici potest qd si propter dolum episcopi canonici non eligunt, nec eligere possunt, vera sit prima opinio. & ad hoc. s. eo. quia. Si vero dolo episcopi eligere negligunt, vera sit secunda opi. s. m. Ber. & pro ea. s. de his quæ vti metus. ve causa fiunt. cum dilecti. De primo patet exemplum quādo episcopus hoc respectu illos excommunicauit, vel suspendit, vel per alium hoc fieri procurauit, vel singulariter coegit se abstinere, vel aliud simile. in his. n. aut non curret tempus, aut restituatur eisdem.

- 1. Presentatio de beneficio non vacante an valeat.
- 2. Delegatus committere potest.
- 3. Excommunicatus non constituit procuratorem.
- 4. Patronus procuratorem ad presentandum constituit.

Vm dilecta. Io. An. dicit hic quod per hæc decre. satis vti, quod patronus non potest antequam vacet ecclesia alteri committere actum presentationis faciendæ, vel ad illam procuratorem dare, quasi illud exercitium non demandet nisi ex quo illo vti poterit, & sic habet potestatem ligatam. s. de rescr. pastoralis. Nam nec hmoi pot. elector. s. de ele. quia propter. nec collator. s. eo. constitutus. bene facit. j. de offi. dele. c. pe. 2. rñ. li. 6. Et optime. c. li. de offi. ord. Romana. s. j. ad id. s. de electi. bone. 2. ad fi. ff. de off. procon. l. obseruare. in fi. sit vera rō fraus vacaturarum, ad petitionem. n. meam committere nunc patronus actum presentationis faciendæ, tunc cum vacaret ecclesia consanguineo, vel intimo amico meo de quo bene considerem. Et sic bene responderet ad id quod no. in præcedenti decre. pastoralis. in vlti. glo. quod delegatus datus cum clauis generalibus committere potest, nam ibi cessat iste timor fraudis. Item licet generaliter iurisdictionem quam per rescriptum habet demandet, non tamen posset specialiter demandare super rem vel personam nondum expressam. Sic vides qd excommunicatus non dat procuratorem ad exercitium actionis suæ tempore excommunicationis quo illud per se exercere non potest. supra de procu. cap. fin. & tamen potest cedendo in alterum transferre, vt not. s. de iure pa. cap. vno. li. 6. Sic patronus exercitium presentationis non demandat tempore quo id exercere non potest scilicet, quia non vacat. potest tamen patronatum in alterum transferre his modis qui no. infra de iure patro. cum secundum. Et ad quod dicitur, Papam suum executorem, vel legatum qui referuauit dare, vel committere alteri potestatem, circa conferendum beneficium nondum vacans, responderet illud speciale, quia in illis casibus

casibus non reprobat via ad vacaturas. Guido terminauit, hoc verum cum sit specialis commissio, vel datur specialis procurator ad presentandum in certo beneficio. Si vero patronus det generalem procuratorem ad presentandum in omnibus ecclesijs in quibus habet patronatum putat valere, per no. s. e. constitutus. & per decr. vlt. j. de offi. vica. li. 6. Dicam autem hoc dictum esse verum maxime, quando habet constitutus iustam cām constituendi, puta quia se ad studium vel longā peregrinationem absentat, & ad hoc minus præsumetur fraus, si illum omnium negotiorum suorum procuratorem constitueret cui ista committit, & his concurrentibus videretur valere, dato quod vnica presentationem haberet, secundum Ioann. Andre.

¶ Ne sede vacante aliquid innouetur. Rubrica

Lla. Si queris vtrum capitulum sede vacante fungatur vice episcopi in collationibus præbendarum, distingue vt legitur & notatur, infra eodem, cap. vnico. li. 6. Et vide quod notat Archid. 24. dist. c. i. cap. presbyteri in gl. adde quod intelligo esse verum. & c.

¶ De his quæ fiunt a prelo sine consensu capituli. Rubrica.

- 1. Ecclesiæ cathedralis in bonorum alienatione requiritur consensus clericorum ipsius.
- 2. Ecclesiæ bona qualiter alienanda.
- 3. Episcopi iurant non alienare bona ecclesiæ.

Rrita. Si queris quorum clericorum consensu requiritur in alienationibus rerum ecclesiasticarum per episcopum faciendis, distingue. Aut agitur de bonis episcopalibus, siue ad ipsam ecclesiam cathedralem immediate pertinentibus, & tunc requiritur consensus clericorum ecclesiæ cathedralis j. e. tua. de dona. pastoralis. Et dic clericorum presentium, absentes. n. de necessitate requirendi non sunt. vt 10. q. 2. hoc ius porrectum. Quod fallit in donatione centesimæ, vel quinquagesimæ partis, quam potest facere episcopus iuxta formam illius c. apostolica. j. de dona. in qua non requiritur consensus, capituli. vt no. Io. 1. 2. q. 2. c. bona rei. & Ber. j. eod. pastoralis & Host. in d. c. apostolica. & G. de mon. lau. & Gen. extra de reb. eccl. non alie. c. si vna. in cle. quod tamen intellige vt dicam, in d. c. apostolica. Aut agitur de alienatione rerum inferiorum ecclesiarum, & tunc requiritur consensus clericorum maioris, ecclesiæ qui sufficit, licet non subscribant se, ar. j. eo. nouit. & c. pastoralis. Clericorum autem ecclesiæ cuius bona alienantur requiritur nedum consensus, sed etiam subscriptio. 12. q. 2. placuit. s. m. Inno. & Ho. hic. Et de hoc no. j. eo. ea no. scitur. & rebus. eccl. non alie. c. j. Item dicit hic Inn. qd in talibus alienationibus non requiritur consensus Papæ, vel archiepiscopi, cum hic non sit iure cautum. Alij tamen dicunt eius consentum ne cessarium, ar. 10. q. 2. castellas. Et hoc vltimum verius videtur quæ tum ad epos qui iurant nihil alienare. sine Papæ vel metro politani licentia, vt j. de rebus eccl. vt super. & j. de dona. per tuas. Et nos. s. de iure iur. c. ego enim s. m. Host. Et in hoc concordat quod no. Archid. 12. q. 2. c. sine exceptione. in glo. non est necessaria. quantum vero ad bona ecclesiarum inferiorum potest esse vera opinio. Inno. supradicta. Et vide quod no. Archid. j. de rebus eccl. non alien. cap. dudum. super verbo tractatus. libro 6.

- 1. Donatio nulla tempore non confirmatur.
- 2. Decima magna in donatione superioris auctoritas requiritur.
- 3. Decima parua donatio tractu temporis confirmatur.
- 4. Clerici omnes consentiant in alienatione decime.

Ontinebatur. Si queris, vtrum donatio facta per Abbatem vel abbatissam de decimis, seu alijs rebus ecclesiæ possit per consensum expressum vel tacitum confirmari, distingue. Aut donatio seu collatio est nulla & irrita ipso iure, & tunc non obest lapsus temporis, nec potest per lapsum temporis confirmari, vt s. de præb. dilecto. s. m. Host. hic. Aut non est nulla vel irrita ipso iure & tunc aut queris de magna decima, & tunc necessarius esset non solum consensus conuētus, vt 10. q. 2. hoc ius porrectum. sed etiam superioris auctoritas vt 16. q. 4. in venditionibus s. m. Inn. & Ho. hic. Aut queris,

de modica decima, & tunc aut tuis donatio non est in perpetuum, sed ad tempus personaliter pro beneficio assignata, & tunc ratificatur si conuentus scit, & diu stetit qd non contraxit. ar. j. de spon. ad id quod. de frig. & male. c. j. Et hoc verum quo ad conuentum qui hoc potest ratificare etiam tacite. vt j. de his quæ fiunt a ma. par. c. ex ore. Quod intellige si per 6. menses stat a tempore scientie numerandos. ar. s. de conce. præb. quia diuersitatem. in fi. vt lit. non contesta. c. qm. frequenter, s. si vero. s. m. Host. Sed Io. An. non putat hodie tñ tempus dari contempto, imo post confirmationem non auditur, ex quo propositum fuit editum s. m. formam decret. vlti. de elect. lib. 6. Saluo quod dicit decre. cum in tua. qui ma. ac. post. vt scripti post Inno. de elec. cum dilecti. in glo. no. quod. & c. nihil est in glo. dicebat. & de causa possess. cum olim. in gl. magna. in collatione vero vbi non fit necessario editum, vt ibi nota. posset dictum Host. locum habere. s. m. eum. Aut donatio perpetua facta est alicui monasterio, & tunc si præscripta, esset legitimo tempore similiter tutum esset monasterium. Nam & erroneus titulus dat cām prescribendi dummodo verus. j. de iure pat. c. cura. & ff. pro emptore. l. quod vulgo. secū dum Host. hic. Alias si non esset prædicta legitime, & tunc necessarius esset consensus expressus, & subscriptio, per quam appareret de consensu s. m. Ber. & Host. hic. Idem Archi. 16. q. 3. c. si sacerdotes. in glo. adde tu dic qd alienatio. & c. Ad hoc j. eo. quanto. vbi patet qd in talibus non sufficit qd dicatur, totum capitulum consentit. imo est necesse omnia nomina canonicorum exprimi in huiusmodi consensu, vt ibi a contrario sensu. ad quod legitur. & no. s. de procu. c. si. quod dic vt plene disputat Bar. Brix. in q. dominicali, quæ incipit, epi, quidam fecit. Et idem Archi. 12. q. 2. c. sine exceptione. in gl. si. Vnde ista decre. intelligitur, cum concessio facta est cā pietatis, vel de re minima, vel ad certum factum, vel ad certum tempus secundum Archi. in call. si sacerdotes. Inam in temporalis donatione non est necessaria forma illorum. c. sine exceptione. 12. q. 2. & si sacerdotes. 16. q. 3. s. m. Ber. hic. in glo. si. & s. c. proxi. in gl. 1. & Inno. j. vt eccl. bene. c. vnico. in glo. vlti. & Archid. in c. al. sine exceptione. in glo. 2. & j. de reb. eccl. non alie. c. i. super verbo defensore. & in gl. pe. li. 6. & Gen. extra de reb. eccl. non alie. c. j. super verbo conuentus sui. in clem.

Vm vos. Si queris vtrum ratihabitio retrotrahitur & mandato comparatur, & distinguit hic Host. & de hoc vide quod dicam. j. de sent. excom. c. mulieres. s. vlti.

- 1. Præbendarum collatio fit secundum consuetudinem.
- 2. Præbendarum collatio fit secundum privilegium super hoc concessum.
- 3. Beneficij collatio fit secundum formam in fundatione datam.
- 4. Prælati ecclesiæ cathedralis a capitulo conferuntur.
- 5. Ecclesiæ presentatio ad patronum, & institutio ad prælatum spectat.
- 7. Consuetudine non inducitur quod prælati donet laico sine capituli consensu.
- 8. Consuetudine queritur quod prælati donet ecclesijs sine capituli consensu.

Quit. Si queris vtrum ad Episcopum & capitulum in simul, vel alterum eorum, solummodo spectet collatio præbendarum, & aliorum beneficiorum, distingue. Aut loquimur de collationibus personalibus, aut de realibus. Si de personalibus, tunc. Aut queris inter illos inter quos est consuetudo legitime præscripta, & tunc illa est seruanda siue ipsa consuetudo ipsam collationem det prælato. vt j. eo. c. ca. noscitur in fi. siue cam det capitulo. vt s. de ele. c. cum ecclesia Vultera. in fi. Quod intellige dummodo præscripta sit legitime, alias fecus. vt s. de consue. cum dilectus. de ele. Cumana. Aut queris inter illos inter quos non est consuetudo præscripta, & tunc aut alter eorum hēt privilegium competens per quod solus sine altero possit cōferre, & tunc ad illū solū ius cōferendi pertinet, vt j. c. ea noscitur. in fi. & no. ibi Ber. in gl. si. Et in hoc conc. Io. An. j. de rescr. c. si. p. te. in gl. si. Et i hoc cōcor. Io. An. j. de rescr. c. si. p. te. in gl. ad quos de iure & de capel. mo. c. vnico. gl. 2. li. 6. p. quo facit. j. ne sede vacante. c. vnico. de re. iur. c. vlt. li. 6. Aut neuter hēt consuetudinē præscriptam, vel privilegium cōpetens, p. se, & sic queris de iure cōi, & tunc aut ex fundatiōe ecclesiæ, vel beneficij appareret ad quē spectare debeat electio vel collatio, & ad illū spectabit. 18. q. 2. Hen. Boich super Decret. DD 2 Eleuthe-

4 Eleutherius. & s. de consue. cum dilectus. Aut non apparet & tunc aut queritur de prelatura cathedrali seu collegiata vel collegium, vel consuetudinem, vt s. de elect. c. j. vbi de hoc dixi. Aut qris de alio beneficio inferiori, vt ecclesia parochialis, archidiaconatu, prebenda, & similibus, tunc aut est ibi patronus, & tunc ad eum spectat presentatio, institutio, ad prelatum, s. de elect. sacro iuncta. de concess. preb. c. vlti. Et idem si illa ecclesia esset sita in parochiali alterius ecclesie matricis, vt dixi plenius in d. c. j. & s. de ele. Aut ista oia cessant, & tunc sunt opinioniones, nam Io. 70. di. in summa. & c. j. & s. 7. di. c. f. & Io. Lau. Vin. Gof. & Ber. & Io. An. & idem Card. j. de elec. sciati cuncti. glo. 4. super verbo spectat. in fin. & c. ibi gloss. j. de concessio. preb. quia cunctis. super verbo potuit. idem Io. An. de rescri. si pro te. in glo. ad quos. lib. 6. s. de elect. c. cum ecclesia Vulterrana. & Ber. s. de consue. c. fin. super verbo ronabilis. tenet qd de iure communi simul ad epm & capitulum pertinet collatio beneficiorum, per illud. c. & j. c. proxi. de concess. preb. c. postulatist. ad idem. j. de rescri. si pro te. li. 6. & de appella. collatio ne eo. lib. Compo. vero. in c. alleg. cum ecclesia. & Lau. Vin. & Go. Ber. s. de inlli. ex frequentibus. & Io. 60. dist. c. j. glo. ergo, collatio & c. dicunt quod ad epm pertinet collatio, vt in c. alle. ex frequentibus. & c. tit. ad decorem. 16. q. 7. nullus. ad hoc. j. de rescri. gratia. & de preb. si tibi concessio. li. 6. 2. dist. in nouo. j. q. 3. si quis eps. vbi dicit hoc expressum. Hanc tñ collatione, seu institutionem debet eps cum consensu sui capituli facere, alias non valeret, & hanc opin. tenet Arch. 21. di. in summa dicens quod hoc tutius est sentire & verius Ho. vero dicit, qd mero iure spectat ad prelatum institutio, & definitio, vt in c. alleg. nullus & s. de offi. Archi. cum satis. & c. fe. Et expressum fm eum. j. de hereti. cum ex iniuncto. in fi. & de capel. mo. c. j. Sed ipsam debet facere cum consilio sui capituli, vt hic. hoc dicit in c. alleg. cum ecclesia. & de concess. preb. postulatist. & in summa tit. de elec. s. quis possit eligere. Sed Inn. dicit in c. alle. cum in ecclesia quod in electionibus & beneficiorum collationibus consuetudo spectatur. vt ibi. & j. eod. ea noscitur. Primam opi. credo veriore, & eam tenet Card. j. de concess. preb. c. j. in prin. super verbo potuit. li. 6. & Gen. extra de rescrip. c. j. super verbo alij religiosi. & vt lit. pen. c. j. super verbo extra curiam. in de. Ex de hoc no. G. in d. c. a collatione. gl. 2. li. 6. sed nihil eligit. dicit tñ quod instituendi autoritas semper est penes epm, licet capitulum eligat, debet tamen eps de consensu capituli instituere, vt no. Vinc. Lau. Gof. & Ber. in c. alle. ex frequentibus. Et quid iuris si eps confert vni, & capitulum confert alteri. Et quid si eps habet vnum vel duos de canonicis, vide per Comp. in d. c. cum ecclesia Vulterrana. & plenius per Io. An. in d. c. pastoralis. & in d. c. a collatione, vbi reprobatur opinionem Ho. in c. pastoralis. Et quod dicitur est de collationibus, idem intellige de presentationibus. s. quod ad prelatum & capitulum insimul spectant de iure communi, consuetudine, & privilegio cessantibus. vt no. Io. An. in c. alle. vnicio. de capel. no. li. 6. Et in receptionibus. canonicorum, vt no. ipse Io. An. in calle. si pro te. in gl. ad quos de iure. Si queris de secundo membro principali. s. de collationibus. non psonalibus. qd sunt, ad vitam hominis. de quibus. s. de concess. preb. c. j. Si de realibus. tunc aut privilegium competens dat alteri quod possit conferre solus sine altero. & illud est seruandum, vt j. eo. ea noscitur. & de priuileg. porro. Aut non datur, & tunc aut queris quid iuris, de iure communi, & tunc dicit quod spectat ad prelatum & capitulum insimul per iura. s. in casu isto alle. Aut queris de consuetudine, & tunc Ho. in c. alle. ea noscitur subdistinguit. Aut que ris vtrū prelatum possit p consuetudinem acquirere quod laicis sine capto donare possit, & dicit quod non, vñ talis donatio facta p platum laicis no valet, nisi consensu capti habeatur, vt s. e. c. j. & 12. q. 2. sine exceptione de re. ec. nulli. & c. si quis prefbyterorum. nec ad hoc pdeset consuetudo contraria. Quod n. platus sine consensu capti alienare possit, hoc esset periculum ecclesie, ergo talis consuetudo et si de ipsa loqueret esset remittenda, vt patet in eo quod le. & no. s. de consue. c. j. Aut vtrū possit p consuetudinem acquirere qd ecclesie sine capto donare possit, & tunc aut qris de concessione sine ca sca ecclesie qd congrua hnt sustentatione, & tunc idem quod dictum est de laicis, arg. j. q. 2. pastor. Aut de concessione seu alienatione sca ecclesie ad edificacione, vel ministrorum necessaria sustentatione, & tunc pot dicit qd platus talē collatione pot facere sine consensu collegij, vt i. c. ea noscitur. j. c. 12. q. 2. bonae rei. & caur. & j. de don. c. consuetudinibus. R. d. diuersitatis quare aliud in alienatione sca, laico, & aliud i sca ecclesia, hęc qd qn alienatio fit laico, oino

alienatur res a dño ecclesie. Sed qn vna ecclesia dat alij. semper alienata res sub dño ecclesie retinet, io in prima consensu collegij requirit, n in sca j. c. apostolica. Sca, e qd qd semel deo dedicatu e. & c. j. de re. pmu. c. 3. Tertia e, quia laici nobis oppido sunt infesti. 2. q. 7. laici. nec oblit. j. e. tua. & c. pastoral. j. de dona. pastoral. qd illa iura & oia similia loquunt de iure coi. fm Ho. in calle. ea noscitur. Et quatuor ad concessiones factas ecclesie, idē tenet G. & Ge. extra de reb. ecclesie. c. si vna. super verbo consensu in cle. sed Io. An. ibi dicit quod non credit hic, prescriptibile, quod etiam in casu licito alienet prelatum sine consensu capituli, pro quo facit finis illius. c. sed pro prima opi. facit. j. de consuetu. cap. non est. li. 6.

- 1 Prælatum capituli consensum præscribit. 2.
- 2 Capitulum episcopi consensum præscribit.
- 3 Capituli consensum episcopo necessarij casus.

Noscitur. Hic in fi. dicit Ho. qd licet eps scribere possit consensu capituli. i. q. i. casib. in quibus de iure coi. tenet require, & hęc consensum ipsius capli. qd no tenet ipsum require, vel hęc, vt hic. Non tñ possit scribere qd n regeter consiliū, ex quo est tale negotiū, qd sine consilio expediri no debet vt s. de concess. preb. c. 2. quia talis consuetudo est qd honestatei Collegij aut bene possit acquirere p consuetudine nedū consensum sed quod et nec consiliū requiret a plato. s. de ele. cū ecclesia Vultera. Et est rō diuersitatis, quia platus vnus solus est, vñ necesse hēt requirere consiliū in talib. s. de ele. ne p defectu. ad fi. & vt foli. j. de statu mona. c. monachi. ergo honestius est quod recurrat ad fratres suos qd ad extraneos. s. e. nouit. Collegij vero plures sunt, & io plenius inter se deliberare pnt. 20. di. de qbus. & s. de offi. dele. c. prudentia. in prin. hęc Host. idē recitat Arch. 21. di. in sum. gl. adde hęc sua. s. sed tu dic hodie, quod vterq; seps contra capm, & contra capm qd epm pot vtrum que scribere & p consuetudine acquirere, quod nedū consensum hęc, sed nec et consiliū requirere tenetur. ar. j. de consue. c. no est. li. 6. Vbi hęc quod platus pot prescribere qd suum capitulum maiora. s. quod in inquirēdis, puniēdis, & corrigēdis, subditorū excessibus consilium sui capli requirere minime, teneatur qd sunt maiora, vt ibi patet. Ergo poterit multo fortius scribere ea qd sunt minora. ar. j. de decimis ex parte 3. cū conc. ibi alle. in gl. j. Na gñale est cui licet maius, & minus, nisi ab illo minori phibeatur ex ca. vt leg. & no. j. de torneamētis. c. j. in gl. sic fit. j. e. & c. vt no. Arch. 9. i. di. c. submititur. & in d. c. no est in gl. fi. & Io. An. ibi in gl. j. Et casus in quibus platus, tenetur hęc consensum capli no. Arch. 86. di. c. si quid vero. su per verbo seniorib. Et no. qd Go. hic exponebat s. verbū illud, in tex. vacuari. i. vacuas renunciari, dices qd scit institutioes, factae a platis sine collegiorū assensu robor firmitatis. non hnt vt s. e. nouit. sic nec pntationes vt hic. Sed tu dic cum Ho. hic quod euacuabuntur per snam non ipso iure, nam euacuabuntur ratione cōtempus, vt innuit hic Ber. super verbo euacuari, nisi ratificentur. vt s. e. c. cum vos. & s. de ele. c. quod scit. s. si autem. Et istam opinionem tenet Archi. 16. q. 2. c. sane, quia super verbo committatur.

- 1 Decima ad laicos spectabant ante decretum Vrbanum.
- 2 Decimarum incapaces sunt laici Vrbanum decreto.
- 3 Decima laicis quare prohibeantur occupari.
- 4 Decima in feudum conceduntur.

Vn apostolica. Si queris vtrū laici decimas quas antiquitus habuerūt in feudū, licet detinere possint, distingue. Aut qris de illis, quas habuerūt ante decretū Vrbanum Papæ secūdi, quod fuit factū anno dñi. 1196. vt no. Go. j. d. deci. statuto. s. illas aut. li. 6. & dicit qd sic, vt hic, & j. de deci. no per. Aut de illis quas receperūt post illud decretum, & a tpe illius decreti, & tunc secus, vt in li. feu. epm, vel Abbatem. c. r. alias est. s. Item si eps vel Abbas sub titu. qui. mo. feu. amir. fe. cundum Holl. hic. Sed G. in c. alle. statuto. intelligit de prohibitione a tempore prohibitionis factae per Alex. 3. in concilio Lateran. j. de priuileg. cū. & plantare, & de deci. prohibemus, qd fuit factū anno dñi 1179. quod dicit vt dica. eod. tit. c. quamuis. Aut est dubium vtrum eas receperint ante, vel post, & tunc cogentur præcis ad eas reddendas, nisi probauerint quod eas receperint ante, fm Host. hic qui hoc probat. s. rationibus. 3. Prima, est quia ecclesia fundat intentionem suam de iure communi; obtinebit ergo, nisi alius probet titulum. j. de prescrip. c. j.

e. j. li. 6. Secunda, quia vertitur periculum anime, & ideo sequendum est quod est tutius. j. de spon. iuuenis. cum suis concor. Tertia quia possessio talis est odiosa, cum regulariter non cadat in laicum. s. de prescrip. c. am. Quarta, quia de facili reuertitur res ad id quod ius & natura sibi ab initio concessit. ff. de pa. l. si vnus. s. pactus. ver. quod si non s. de testi. cum venerabilib. circa medium. Quinta, quia summa est ratio quæ pro religione, facit. ff. de relig. & sump. funerum. l. sunt persone. idem G. & Card. in c. alleg. statuto. j. de deci. li. 6. Et de hoc vide quod no. 16. q. 7. c. j. de deci. c. quamuis. vbi idē not. Host. Sed Io. An. dicit hic quod d. satis videtur contrarium tenendum per prædictam decre. j. de prescrip. li. 6. per quam respondetur ad primam rationem. Ad alias dicit quod illa procederent vbi non possidisset vt valallus. Et hoc intelligit quando communis opinio fundatur super antiquitate fundi, quam communem opinionem in tali prescripatione probari necesse est. vt ibi not. in fin. Idem tenet Roff. dicens quod si ex tempore de quo non stat memoria; laicus huiusmodi & antecessores, eius pacificē tenuerunt eas, recognoscetes eas ab ecclesia mediate, vel immediate & reddentes debitum obsequium eidem, præsumendum est quod sint de antiquis, arg. 12. dist. illa. alias non est presumendum quod eas teneat iuste. Et de ista materia plene no. frater Io. in suin. confit. de deci. q. 2. & q. 3. & seq. & frater Alten. li. 6. tit. de deci. artic. 9.

- 1 Episcopus quando donat suo capitulo superioris auctoritas requiritur.
- 2 Communis res dupliciter dicitur.
- 3 Electio capitulariter facienda.
- 4 Negotia communia an capitulariter expedienda.
- 5 Alienatio rei communis an capitulariter facienda.
- 6 Alienatio necessaria nomine ecclesie facta tenet.
- 7 Alienatio non necessaria nomine ecclesie facta non tenet.

Va nuper. Hic vide quod not. Gen. extra, de reb. ecclesie non alie. capituli vna in clem. super verbo mensæ suæ. Vbi dicit, quod ista decre. habet locum quando Episcopus donat alteri ecclesie, quam capitulo suo, s. sed quando donat capitulo suo requiritur consensu & auctoritas superioris. Licet Host. videatur notare contrarium. s. e. nouit. Et idem cum Gen. innuit Io. An. in calle. si vna. ¶ In glo. sed qualiter fiet. Si queris vtrum in his in quibus capitulum, collegium, vel conuentus debent consentire, sufficiat quod tanquam singuli segregatim consentiant, vel vtrum teneantur & debeant vt capitulum, vel vt collegium consentire insimul in communi. Dixit Lau. s. c. prox. quod in facto alienationis rerum ecclesie non valet consensus nisi in communi habitu. Nec obstat. ff. de serui. rustic. prædi. l. per fundum. quia loquitur in iure communi pluribus vt singulis, que res communis & cuiuslibet esse intelligitur. ff. pro socio. l. merito. ff. de rit. nup. l. illud. Secus in re vniuersitatis, que nullus est. ff. quod cuiusq; vniuersitatis. l. sicut municipium. idem Hosti. hic. Idē tenet Ber. Inno. & Host. s. de consti. ca. cum omnes. Et hoc approbare videntur Inno. & Comp. s. de consuetu. c. cum consuetudinis. Quod Gof. non placet: quia & si hoc inueniatur in electione, vt s. de elec. in Genesi. non tamen in alienationibus. immo contrarium potius, cum per subsequētem consensum conualecat, vt s. eo. cum vos. & 12. q. 2. si qua de reb. sed in electione secus. s. de elec. auditis. fm Goff. s. c. proxi. & in summa sua de his que fiunt a prela. circa prin. Sed Host. dicit hic, quod immo idem est in electione, vt s. de ele. c. quod licet. s. si autem. & cauditis. & ibi respondet ad c. in Genesi. & etiam in alienatione ipse inuenit vt dicit quod in communi simul veniunt. s. de proba. c. 3. Et ideo dicit tenendum opinionem prædictam Laur. Et istam eandem opinionem videtur approbare Vin. in calle. in Genesi. dicens quod si quilibet canonicorum, dicit, ego alieno rem illam, nihil agit. Si vero consentiant omnes, & mandent alienari, tenet alienatio. 10. q. 2. hoc ius. Circa quod sic distingue. f. Aut queris de negotio electionis, & in illo requiritur nedum quod tractent insimul in communi iuxta formam concilij generalis, quia propter. Sed et qd in eligendum consentiant in coi, ita quod non valet consensus nisi in coi habiti, vt in calle. in Genesi. Ita tñ qd per verba singularis numeri, & per vñ verba electionis proferri debent, qd est speciale in facto electionis, vt j. de re iud. c. cum ab vno. li. 6. ¶ Aut queris de alijs negocijs, puta alienationis rerū ecclesie, de qua in §. alleg. hoc ius porrectū. & j. de reb. eccl. no alie. p. totū. & rece-

ptionis alicuius in c. de qua. s. de rescri. c. cap. S. Crucis. 2. & j. de cōces. præben. c. si cap. li. 6. & consimilium, quæ debent per capitulum vt collegium expediri. Et tunc aut queris, nunquid debent de necessitate simul, & semel, & in eodem instanti consentire. & dic qd no. Na hoc est spale in facto electionis vt est dictū, ergo in contrariū est ius cōces. ad municipales. l. j. Aut qris nunquid debent in capitulo consentire, ita quod consensus extra capitulum præstitus non sufficiat, & tunc. Aut queris in & de his negotijs, quæ debent de facto in capitulo expediri, & compleri, & dic qd debent in capitulo consentire, & talia negotia expedire, & non extra, vt patet in facto receptionis alicuius in capitulo, quod debet in capitulo expediri. Sed tamen sufficit qd singuli ipsū recipiant, ex quo sunt in capitulo. Ita intellige quod not. Archi. in c. alle. si cap. in gl. 2. & quod no. Ber. Inno. & expressius Comp. in calle. eam te. & Inno. s. de postu. præ. bonæ. 2. in glo. quia vero. & Archi. 63. dist. c. j. gl. pen. in fi. licet Inno. innuat contrarium. j. de sent. excom. R. omana. in fi. lib. 7. ¶ Aut queris de illis negotijs, quæ non debent de necessitate in capitulo expediri, & compleri, vt est negotium alienationis rerū ecclesiasticarum, & tunc aut tractatus debitus non præcessit in capitulo de & super hmōi alienatione iuxta. c. dudum. j. de reb. eccl. non alie. lib. 6. & tunc valet consensus canonicorum, vel monachorum non habiti in communi. Et ita intellige opinionem prædictam Lau. & sequacium suorum. Aut tractatus debitus præcessit in capitulo, & deliberauerunt alicinare, & tunc licet singulariter consentiant valet consensus, & ita intellige opi. prædictam Gof. & suorum sequacium. Et ista duo membra ponit Io. An. in c. alleg. dudum. super verbo tractatus. li. 6. & Alten. post eum. li. 6. tit. de alienatione & precario ecclesie. arti. 3. q. sed nunquid valent. ¶ Super eo. c. ad declarationē glo. Ber. super verbo dubiū. Si queris vtrum venditum, vel donatum, vel alias gestum per prelatum & capitulum noie, & vt putabat ad utilitatem ecclesie stare debeat, licet postea exitum contrarium hēat. Io. & Laur. dicunt quod non. 2. q. 2. sine exceptione. Sed Ber. hic cōtra & Vin. & Goff. idem Ber. s. c. proxi. idem fenuit Inno. hic. Circa, quod pot sic distingui, quia aut geritur res necessaria, & tunc qualemcunq; exitum habuerit quod gestum est, stabit, dummodo vtiliter sit receptum, vt ff. de neg. gest. l. sed an vltro. §. j. & de solut. in pupillo. §. plane. Et ita potest intelligi vtri. opi. ¶ Aut geritur res vtilis, & tunc locum habet prima opinio. arg. ff. de neg. gest. l. si pupilli. in prin. fm Io. de Fa. & Archi. in calle. ga. sine exceptione.

- 1 Episcopus non donat quinquagesimum ecclesie extra suam diocesis edificata.
- 2 Episcopus non donat bona ecclesie sibi subiecta monasterio, de nouo edificando.
- 3 Episcopus an donet monasterio de nouo edificando bona ecclesie cathedralis.
- 4 Ratio pro religione faciens summa.

Pastoralis. Ad declarationē glo. Ber. super verbo consue. canonica. Si queris vtrū eps possit donare monasterio de nouo fundando quinquagesimam, vel iam fundato magnificādo centesimam partem rerū ecclesie sine consensu capituli, distingue. ¶ Aut queris vtrū hęc donatione facere possit eps monasterio qd extra suā diocesis, vult construere, vel magnificare, & dic qd n vt patet. j. de dona. apostolice. in prin. ibi i parochia sua. & c. Per qd tacite denegat in aliena. s. de psum. c. nōne. cū cōc. ibi alle. fm Io. An. in d. c. apostoli. & j. de eccl. edi. ad audien. 2. Aut monasterio, qd vult, construere vel magnificare in sua diocesi, tñ tūc aut vult dare, de bonis ecclesiarū sibi subiectarū, & n de bonis ecclesie cathedralis, & n pot fm Inn. hic. Licet Pet. de Samp. hic cōtra, dices quod ad hoc vt congrua fit hic exceptio Papæ, oportet intelligi qd et de bonis subiectarū ecclesiarū dare possit, & sic progatur hic canō. 12. q. 2. c. bonæ rei. Et Abb. refert qd sic et cōsulit ipse P. magist. suus in q. qd fuit Aquinione inter predicatores & parochiales ecclesias. Sed Egid. dicit qd hoc valde vñ sibi extraneū, put refert Io. An. hic volēs tenere opi. Inn. pot videri qd hic n ē exceptio, s. saluatio. i. pte. tario. vt s. de ap. vt debet. i. fi. Et no. G. a Io. An. j. de ele. quis i prin. li. 6. ¶ Aut vult dare de bonis ecclesie cathedralis & tūc aut qris vtrū vnus eps ias duas donatōes. i. quinquagesimæ & centesimæ facere possit; & dic qd n, vt i calle. apostolice. ver. ea qd. vt no. ibi Ho. & Io. An. Aut alterā earū tm, & tūc aut hoc facit cū graui dāno eccle sue, & tunc

tunc n̄ pot, q̄ dicit leg. & no. j. de don. capostolice. Aut sine dā no ecclesie, & tunc lo. tenet q̄ sic, p̄ istā c. & p. c. 12. q. 2. bonæ rei. vbi de hoc. & Ber. hic. & Ho. in d. capostoli. Et G. de mō. Lau. & Gen. extra de reb. eccl. non alie. c. si vna. in de. Sed Lau. Tan. & Hug. contra, dicentes non tenere alienationem, nisi in vita epi alienantis, nisi accesserit voluntas capituli per c. line ex ceptione. 12. q. 2. vt no. j. de dona. apostolice. vbi plene de hoc Sed Gofibi not. donationem ex tali causa factam reuocari nō posse, ne iuris autoritate donatarij recipiantur. C. de his qui ve. a. imp. l. 3. & j. de dona. per tuas. Inno. concordat, cum primis, dicens quod eps redditus quos habet ab ecclesia, vel possessiones antiquas non pōt donare sine consensu capituli, vt 12. q. 2. si Episcopus vnam. Multo minus ergo sine consensu capituli, potest dare redditus ecclesie sibi subiecta. j. de do. n. pastoralis. in f. autem bonæ rei. loquitur in rebus epalib? tūc fm eum. Sed tu potes dicere secundum Host. hic qd̄ multum refert vtrum velit eps hanc portionem dare de prouentibus capituli ab eo separati, & tunc non pōt facere sine consensu capituli, vt dixerunt Lau. Tan. & Hug. An de rebus epalib. mensē vel sibi & capitulo communibus, vtrum q. n. pōt vt in iurisdictione decre. apostolice & in his duobus casibus, pōt hoc fieri sine consensu capituli. Et ita pōt intelligi opi p̄ dī cta Io. cum suis sequacib. ad hoc. ff. pro socio. l. merito sed nec debet hoc fieri sine consensu vt dicebat Tan. in consilio. ar. 5. eo. nouit. & c. quanto. fm Host. hic. & in calleg. apostolice. idē Archi. in calleg. bonæ rei. gl pen. Sed P. de Samp. & Abb. dicit, quod eps de nouo edificando ecclesiam, vel erigendo constructam in monasterium debet requirere consensum capituli. vt in c. alleg. bonæ rei. & melius in c. p̄cedenti. Sed postquā ecclesiam eorum consensu erexit, vel monasterium construxerit sine eorum consensu, quinquagesimam vel centesimam dare poterit, vt hic. si tamen sine enormi damno ecclesie cathedralis fieri possit, vt in c. alle. bonæ rei. Et est rō, quia iā est obligatus ad dotandum. j. de consecratio. eccl. c. cum sicut. & hoc fauore religionis, quia summa est ratio quæ pro religione facit. ff. de relig. & sum. fu. l. sunt persone. Et sic possunt opiniones, ad concordiam reuocari, secundum eos, & hoc placet Ioann. And.

¶ De his quæ sunt a maiori parte capituli. Rub.

- 1 Consuetudo peccatum continens impræscriptibilis.
- 2 Consuetudo triplex.
- 3 Consuetudini iurata a contraveniatur.
- 4 Consuetudo iurata an tolli possit. 6.
- 5 Iuramentum de obediendo prelato, illo remoto non obligat.
- 7 Capitulari in constitutione an duas partes adesse debeat. 9.
- 8 Capitulari in constitutione an maior pars sufficiat. 10.
- 11 Absentes ad electionem vocandi.

Vm in cunctis. Si quæris vtrum & quādo maiori parte standū, sit, dicit vt dixi s. de consti. cum omnes. ¶ Si quæris vtrum appellanti ex cā legitima sufficiat quo ad reuocationem attentatorum, & translationem iurisdictionis, & legitimationem appellationis probare, quod ex cā, huiusmodi legitima appellauit. Distingue vt dixi s. de appellationi. inter posita. & de hoc no. hic Inn. in glo. 3. & 5. & penul. & G. j. de appella. concertationi. gloss. 2. & cap. ordi. super verbo causam. lib. 6.

¶ Super eo. c. ver. nec constitutionem. Io. And. dicit hic quod Dama. in a. r. huius tituli quærebat, an aliquo temporis cursu firmari possit, hæc consuetudo, quod non valet factum a maiori parte capituli nisi totum capitulum consentiret, allegabat quod non per hanc decre. Item cum peccent vntes tali cōsuetudine, cursu temporis firmari non poterit, de simo. nō satis. inducentes etiam illam habuerunt malam fidem, est ergo impræscriptibilis. de præscrip. c. vlt. In contrarium adducit, qd̄ contra canones præscribitur, de elect. cum eccl. Vultana. & c. cum ana. de cā possum ecclesia futrina. de iudic. nouit s. tit. 2. proxima noscitur. in fi. ¶ Soluendo distinguebat triplicem consuetudinem, scilicet contra ius naturale, vt contra præcepta legis, & euangelij, & hæc nullo cursu temporis confirmatur, de consue. c. in de simo. non satis. de his loquitur in auth. vt nulli iudic. s. quia vero. Secunda, contra ius posituum inductum tantum in fauorem ventium, & hæc præscribitur cum possit suo renuntiare fauori, de regu. ad apostolicam. & c. Itatimus. Tertia, quando ius inductum est in fauorem ecclesiarum, & contra illud non præscribitur consuetudo, nisi per

Papam, vel ius aliud approbetur, & hoc propter malam fidem & peccatum connexum. de pra. scr. c. si. Io. An. ¶ Super eo. c. Per hanc decre. simpliciter no. Io. r. r. dist. in his; ¶ q̄ canonici communi consensu possunt venire contra cōsuetudinem, etiam iurata, si cā subest. Et idem no. Io. s. de consueti. cum omnes. ibi tamen non distinguit an cā subest, & dixit, poterat immutari consuetudo iurata per saniores partem capituli. Archi. in decre. vnica de cle. non res. h. 6. notat tollerabilem consuetudinem iurata non posse per capitulum in melius reformari autoritate propria alleg. de iureiur. si vero. de elec. venerabilem. & quod ibi no. Inn. Host. & Comp. Dicit tñ quod forte secus, vbi cā subest alleg. prædictam glo. Io. r. c. 6. munitur tenetur quod iuramentum quo singulares de collegio vel de corpore iuratur seruare constitutiones, vel statuta, non impedit quo minus illa collegialiter per eos ad quos pertinet tolli possunt. Arctat. n. iuramentum singulares ad illa seruanda quando sunt statuta, & sic seruat totus orbis. Alias vero omnes studentes essent perituri, cum singulariter iurent seruare statuta vniuersitatis, quæ ipsi constituunt, quæ per eos, postmodum correctæ vel sublata non seruant. Idem in rētoribus, officialibus locorum, vel corporum. Et minime mutanda & c. ff. de legi. l. minime. ¶ Sicut ergo iuramentum de obediendo prelato non obligat iuramentum illo remoto, de hoc. de elec. venerabilem. in vlti. glo. sic nec iuramentum de obediendo statuto, obligat illo sublato. Aliqui tamen statuendo de hoc faciunt speciale statutum, & cautē. s. quod iuramentum super his statutis præstandum non impedit illa tolli, vel mutari, etiam nuda voluntate, & sine cā. Hi vero qui volunt fortius iuramentum ligari non iurant generaliter statuta, vel speciale statutum, sed iurant etiam expressum id quod continetur in statuto, puta, quod non recipiant aliquem apofatam & similia. ¶ Et in eo casu procederet no. per Inno. & alios in decret. venerabilem. & decret. si vero. cum simili s. q̄ aliquid principaliter iuratur. Qui busdam videtur quod sit alius modus perpetuandi statutum, scilicet q̄ vniuersitas, vel corpus per syndicum ad id specialiter constitutum, iurat illud non immutari, sed hoc non placet per ea quæ dixi s. de iureiur. veritatis. & de sent. exc. Romana super glo. si. li. 6. hæc Io. And.

- 1 Canonici interdiceri non possent.
- 2 Excommunicandi non sunt non subditi.
- 3 Reuensis ecclesie consuetudo.

Quæritur.



Veniit. Si quæris vtrum p̄ delicto vnus, alter puniatur, dicit vt dicam. j. de p̄cis. c. in quibusdam.

¶ Super eo. c. Ad declarationem glo. secundē Inn. hic. Si quæris vtrum canonicus possit ecclesia interdiceri, seu in ea ponere cessum a diuinis, distingue. ¶ Aut q̄ ris de iure communi & dic quod non vt hic, & j. de offi. ordi. c. si canonici. & c. quamuis. lib. 6. Aut quæris de consuetudine, & tunc aut quæris de canonico simplici nō habente iurisdictionē, & talis non potest iuari per consuetudinem vt possit interdiceri aliquam ecclesiam, vt no. Inn. hic in prin. & Host. & Ioan. And. post eum. Aut quæris de canonico iurisdictionem spirituales habente, prout habent canonici beluacenses, de quibus s. de foro comp. c. cum contingat, & tunc. Aut quæris vtrum, possit de consuetudine interdiceri ecclesiam non illam cathedralē vel collegiatam, vnde est canonicus, sed aliam parochia sibi subditam, vt si canonicus habet iurisdictionem spirituales, sine prælatione super aliquos homines, etiam rōne præbendæ suæ, & tunc si consuetudo hoc habet, non solum hoies iurisdictionis, suæ potest excommunicare vel interdiceri, sed etiam terram. Aut quæris nunquid possit consuetudine introduci, quod profectis communibus ecclesiæ cathedralis, vel collegiatæ possit quilibet canonicus excommunicare, vel interdiceri homines ecclesiæ, & dic quod non, in n. n. possit non subditos ligari, vel solui, vt patet. s. de maio. & obe. cum inferior. Hoc autē constat, quod singuli de capitulo non sunt domini hominum vel rerum capituli, sed capitulum tm̄, vt 12. q. 2. que manumittitur. fm Inn. hic. Idem Host. & Io. An. Hoc saluo quod inteligit hoc c. loqui solum de cathedrali ecclesia. Dicens et quod hic tangitur consuetudo specialis ecclesiæ quæ est in quibusdā ecclesijs, sicut in Lugdun. & Vienen. & Claremoten. de qua hic loquitur, & in multis alijs regni Franciæ, vbi eo ipso quod non soluitur p̄fio capitulo vel vni ex canonicis debita celsat, a diuinis, & hanc cessationem appellationem hic consules interdicitum sed errat. ¶ Quæ consuetudo hic reprobat, quia non debet hoc fieri indistincte, nisi ex cā rōnabili, quod dicit, vt le. & no. s. de offi. ordi. irrefragabili. s. ceterum. Sed si in aliqua parte diocesis aliquis canonicus tenet ecclesiam præbendæ suæ annexam, in qua habet, & exercet ius spirituales, sicut est in ecclesia Carnoten. & ipsam ex causa interdicit, vt quod hoc interdicitum sit seruandum, arg. calleg. cum contingat. s. de foro. comp. & de app. dilectis. fm Host. Et hoc vltimum a ver. sed si in aliqua parte. vq; hic no. G. j. de priui. Episcoporum, sup verbo ab ordinarijs lib. 6. Inno. verō tenet quod hoc capi. loquatur in interdicio, quod consonat magis textui decretalis.

- 1 Consensus tacitus iuri priuato non repugnans, non ei præiudicat.
- 2 Consensus tacitus iuri priuati repugnans ei præiudicat.
- 3 Consensus tacitus prelati de iure publico contententis ei non nocet.
- 4 Consensus beneficiati an sufficiat ad electionem de eius beneficio faciendam. 6.
- 5 Renuntiatio in manu alicuius iudicis nulla.



Xore. Super glo. si. Si quæris vtrum tacitus, consensus quo ad acquisitionem, vel amissionem beneficii aliquid operetur, distingue. ¶ Aut quæris de tacito consensu inferioris, ius in beneficio contententis, aut de consensu tacito prælati superioris. ¶ In primo casu refert, aut tacitus consensus est talis qui non est repugnans, vel contrarius iuri suo, vt quia facit obedientiam prelato suo. s. de maio. & obe. legebatur. & c. cum in ecclesijs, & c. his quæ. vel eum recipit ad visitationē. Et tunc sibi non præiudicat, immo potius quandoque quo ad præsumptionem ius suum roborat, vt not. Inno. s. de fi. præf. c. veniens. & pro hoc facit s. de elect. in Genesi. versic. ne præmissi. ¶ Aut tacitus consensus est talis, qui est repugnans & contrarius iuri suo, & tunc sibi præiudicat vt hic, vbi iste. B. obediendo & reuerentiam exhibendo illi secum in discordia electo, ad præposituram vt præposito, de iure suo priuato illato in illa præpositura non potest ei de cetero questionem mouere, arg. s. de re iudic. c. quamuis. 3. 2. q. 5. horredus cum conc. hic in prin. huius glo. alleg. Ad hoc facit quod no. Bar. Brix. in q. dñi. cali. quæ incipit aliquis fuit electus. de electo ad dignitatē, cuius præbendam eps eo p̄nte & non contradicente cōtulit alij quæ eius electione cassata repetere non pōt, quia v̄ eam hie, pro derelicta, quia potuit contradicere & nō contradixit. fm

eum. & Tan. ibi. ¶ In secundo casu. s. q̄ ris de tacito consensu prelati de iure publico. i. peccati correctione, contententis, dicit, quod non præiudicat plato, nec prodest beneficiatio, quo ad acquirendum ius in beneficio, cū constet de vitioso ingressu cui per talia quo ad petitorium nullum præiudicium generatur, vt s. de præb. dilecto. Et hæc distinctio comprobatur. s. d̄ insti. cum venissent. s. si. vbi non auditur archidiaconus de iure priuato certās, sed auditur ecclesia vel iudex ex officio suo, subueniens propter fauorem reipublicæ. Host. Et in hoc satis concordat hic Io. An. dicens quod quo ad quærendum ius in beneficio tacitus consensus, prelati non sufficit, vt in callegat. dilecto. sed in renuntiatione iuris proprii tacitus consensus, renuntians sufficit.

¶ Si quæris vtrum solus consensus beneficiati, absque alia renuntiatione sufficiat, ad hoc vt illi ad quem seu ad quos spectat electio vel collatio ius prouiso valeant ad illud beneficium eligere, seu beneficium illud conferre, aut de illo beneficio prouidere. ¶ Distingue fm mentem Ho. hic in glo. quia is qui. Aut quæris de beneficio ad quod quis assumitur per viam electionis, & tunc nō sufficit consensus ipsius beneficiati. Vnde si iste præpositus Augustinensis electus in ep̄m Brixien. veniat ad capitulum antequam fluxerit tps de ep̄is consecrandis, & dicat ei placet mihi quod eligatis præpositum & capitulum eligit, talis electio non est confirmanda, quia non est facta de præpositura vacante, quia nec iste videtur modus renuntiandi. ¶ Et si expressē renuntiaasset, renuntiatio facta in manu non sui iudicis nulla esset, vt euidenter probatur in eo quod le. & no. s. & de renun. c. pe. & si. fm Ho. hic. Idem Io. And. s. de concess. præb. post electionem. licet Ber. ibi contra in glo. j. Aut quæris de beneficio, ad quod qui assumitur per viam simplicis collationis seu prouisionis, vt si talis beneficiatus electus ep̄m dicat prelato a quo tenet illud beneficium ante idem tps, dñe placet mihi quod beneficium conferatis, & prelatus, confert. Et tunc potest dici quod talis collatio valet, quia pro hoc. Et electus v̄ tacite renuntiaasset, & prelatus renuntiationem tacite recepisse, arg. in eo quod leg. & no. j. e. c. s. quia vero. ibi quæ nec etiam si cassata fuisset & c. fm Host. ¶ Et sic intelligo decret. j. de regularibus. c. beneficium. li. 6. vt loquatur in collatore, non in electore, quod probat litera in conferendo. fm Io. An. Tutius tñ est quod electus ante collationem expressē renuntiet, & prelatus expressē recipiat cessionem, arg. s. de concess. præb. c. j. Et adde quod not. circa hoc. s. de elec. cum in cunctis. s. cum vero electus. fm Ho. & Io. An.

¶ Ut beneficia ecclesiastica, sine diminutione conferantur. Rubrica.

- 1 Actore non probante an reus absolueudus. 3.
- 2 Presumptio transfert probandi onus in aduersarium.
- 4 Delictum rei in eum transfert onus probandi.
- 5 Beneficium non dandum consanguineo indigno.
- 6 Beneficio dari potest consanguineo indigno.
- 7 Prelati non promoueat parentes diuites.
- 8 Episcopus, an retineat fructus beneficiorum vacantium. 10. & 12.
- 9 Quinquennium, tempus modicum dicitur.
- 11 Simonia est de beneficio pacifici.
- 13 Ecclesia vacantis custodia ad quem spectet.



¶ Quae fit primo de contractu ad contractum, vt hic. & j. de pign. c. illo vos. ff. de dona. inter virum & vxor. l. si sponfus. §. circa. Secundo de persona ad personam. ff. de dona. inter viru & vxor. l. 3. §. non tantum. §. de concess. preben. constitutus. & c. fi. Tertio de re ad rem. C. ad maced. l. si. ff. ad macedo. l. sed iuli. §. mutui. & litem si filius. Quarto de contractu ad eundem contractum. ff. ad Velleianum. l. quamuis. §. si tamen esse. secundum Hosti. hic. Et de hoc no. plenius per eum in sum. eo. tit. §. fin. per Accur. ff. de legibus. l. contra legem. per Ioan. 14. q. 1. plerique. per Ber. j. de priuileg. quanto. glo. fin. per G. j. de immu. eccle. c. clericis. glo. pen. lib 6. f. Fit etiam fraus de nomine ad nomen, de loco ad locum, de tempore ad tempus, quod dicit per Card. j. de elec. cap. avaritia. lib. 6.

¶ Si quis queris quando aliquis emit predium ab alio ea conditio- ne seu pacto appposito, quod si venditor velit tantum pecuniae reddere vsque ad certum tempus, emptor teneatur ei reddere praedium, tandem recepta pecunia reddat agrum retentis omnibus fructibus interim perceptis, vtrum talis emptor committit vsuram, distingue. f. Aut hoc facit emptor in fraudem vsurarii, & tunc mortaliter peccat, nec a peccato vsurae defenditur, arg. j. de vsur. in ciuitate. & c. consulit. licet ab ecclesia non possit inde condemnari: quia non iudicat de occultis. j. de simo. sicut tuis in fin. & c. seq. cum concor. ibi allega. f. Aut hoc non facit in fraudem vsurarii, & tunc non peccat quia talis contractus est licitus. C. de pac. inter empto. & vendi. Comp. l. si fundum. ff. de in diem adiecl. quoties. fm Hug. Et hoc intellige quae fit conditio seu conuentio de toto pretio restituendo: si autem adijciatur conditio seu pactum, quod venditori terram restituere si ei redderet infra certum tempus certam quantitatem pecuniae, quae vixit in diem iusti pretij contingebat, talis contractus iudicabitur vsurarius, arg. ff. de transac. l. cum

hi. §. modus. & C. mand. l. per diuersas. fm Inno. hic. & Archi. 14. q. 1. plerique. in gl. sed pone iste. f. Sed Ray. de poena forti dicit quod talis contractus vsurarius praesumit ex his coniecturis. f. ex eo quod modicum est praetij respectu valoris rei. item ex eo quod aliquid perfoluitur vsura forte recepta: item ex eo quod emptor exercere consuevit vsuras, & haec probantur hic. & j. de pigno. c. illo vos. fm Ray. & recitat Archi. in c. allega. plerique.

- 1 L. 2. C. de rescin. vendi. remedium, habet locum in contractibus bonae fidei.
- 2 L. 2. C. de rescin. ven. locum habet in diuisione. & 4.
- 3 L. 2. C. de rescin. ven. remedium, habet locum in permutatione.
- 4 L. 2. C. de rescin. ven. an habeat locum in contractibus stricti iuris.
- 5 L. 2. C. de rescin. vendi. an extendatur ad transactionem.

Vm causa. ¶ Si quis queris in quibus contractibus locum habet beneficium illius. l. rem maioris pretij. C. de rescin. ven. & istius. c. refert. f. Aut quis nunquid habet locum in contractibus bonae fidei, & dic quod sic, vt patet. Primo in contractu emptionis & venditionis vt ibi, & hic & s. eo. cum dilecti. Et in contractu locationis & conductionis, vt no. Accur. C. de vsur. l. si ea pactione. & de loc. & conductionis olei. gl. fin. & quod habeat locum in locatione seu datione ad firmam notat expressis. Gul. de Monte Lau. extra. de reb. eccl. non alie. c. 1. super verbo venditiones. in ele. Idem no. Vin. & Io. Andr. post eum in d. c. cum dilecti, quia locatio proxima est venditioni & eisdem ferre regulis vtitur. ff. locati. l. 2. & litem si praetio. vlt. f. Idem not. Accur. in diuisione. C. comunia vtriusque. iudi. l. de maioribus. super verbo vel perperam. nam diuisio vicem emptionis obtinet. vt eo. tit. l. 1. Et eadem ratione que locum habet in diuisione eadem ratione videtur hunc locum in permutatione, cum diuisio sit similis permutationi, vt ff. de leg. 2. l. cu pater. §. hereditatem. & permutatio emptioni, vt ff. de rer. permu. l. 2. & de cotrahen. empt. l. j. ex quib. cau. in pos. ea. l. vlt. imo ipsa permutatio est species emptionis. ff. de adil. edic. l. sciendum. §. deinde.

¶ Et quod locum habeat in permutatione not. Vin. & Io. Andr. in d. c. cum dilecti. Et fm hoc in diuisione si deceptio enormis interueniat, datur alternatio ista quae hic conceditur, vt rem vel iustum pretium restituat: quia eadem videtur ratio, quae in emptione, vt in l. alleg. de maioribus. Cyn. in l. alleg. de maioribus. & in l. alleg. rem maioris pretij. tenet contra, dicens quod in diuisione non est eadem ratio quae in venditione: nam qui vendit, vult quod res apud emptorem remaneat. Sed qui diuidit haereditatem, vel aliam rem non vult eam alienare. vnde ego deceptus in diuisione agam contra aduersarium praesens & absolute quod rem restituat nam si rem vel pretium peterem alternatiue: tunc cogerer vendere rem mea quod esse non debet, vt ff. rerum amo. l. no enim. & C. de iudic. l. nullus. fm Cyn. Cuius opinionem credo vere quantum ad hoc quod dicit quod ego deceptus in diuisione possum agere praesens cotra aduersarium ad hoc quod rem restituat per rationem allegatam, sed non quantum ad hoc, quod si ego deceptus velim agere & recedere iuxta & fm beneficium illius. l. rem maioris. quin facere possim iuxta opi. Accur. in l. alleg. de maioribus. Nec sunt ista inter se contraria: maxime supposita opin. Accur. in d. l. rem maioris. in magna glo. ver. sed certe & c. vbi dicit quod res tantum est in obligatione & suppletio praetij in solutione, arg. ff. de re iudic. l. miles. §. decem: f. Sed supposita opinione illorum qui formant libellum in l. illa alternatiue. prout facit. G. de Blanofco in libellarijs suis, cui fauent Ber. Inno. Hosti. & Abb. quod non vs. contrarietas, seu inconueniens dicere quod ego deceptus in diuisione possim praesens agere ad rem restituendam, & quod possim agere alternatiue vel disunctiue ad rem, vel ad suppletionem praetij. Nam simile habes in venditione, vbi emptor potest praesens agere cotra venditorem hntem facultate rei tradende ad rem tradendam, fm opi. Mar. quam expressis approbat Inn. j. de sent. ex co. c. sacro. in magna gl. in fin. & Spec. titu. de fructibus & interesse. §. viso. ver. item dicimus. & Iac. de Ra. ff. de verb. obli. l. 2. contra aut. & ipse Iac. & Pe. de Bellaper. C. de act. empt. l. si traditio. & potest agere ad vtrumque disunctiue. f. quod rem tradat, alioquin nisi fecerit quod soluat interesse, vt dixi. s. de in integ. resti. constitutus. licet Inno. in c. alle. sacro. videatur dicere, quod quoniam res venditur, quod praesens sit agendum ad eam. f. Aut quis queris nunquid habeat locum in contractibus stricti iuris, & vs. quod non, nam haec iura loquuntur in contractibus bonae fidei, & qd de vno dicitur, & c. ff. de iud. cu praetor. C. de pecul. maritus. Praeterea lex dicit quod licitum est cotraherentibus seinuicem decipere. ff. de mil. in causa. 2. §. idem Paponius. sed hoc non potest intelligi adeo indistincte

indistincte nisi in contractibus bonae fidei vt hic, & in l. allega. rem maioris pretij. ergo non intelligitur in contractibus stricti iuris. E contra videtur quod sic, quia eadem ratio est in eis quae in contractibus bonae fidei, scilicet, vt enormi laesioni succurratur: ergo & c. ff. ad l. Aquil. l. illud. praeterea videtur casus. ff. de verb. oblig. l. si quis cum aliter. Quid dicendum? Iaco. de Ra. in l. alleg. si quis cum aliter. intelligit. l. illam quod in contractibus stricti iuris habeat locum allegato deceptionis vltra dimidium iusti pretij per modum exceptionis: licet quidam dicant cotra & intelligant: l. illam vbi stipulatio interponitur super contractu bonae fidei. Nam tunc stipulatio sequitur, naturam contractus super quo interponitur. ff. de act. emp. l. emptorem. in fin. ipse em intelligit vt prius: & licet stipulator ab initio non fuerit in dolo extorquendo promissionem, tunc nunc est in dolo dum petit ex tali stipulatione, vt ibi & ff. de excep. doli l. 2. §. circa. Sed si non possit consuli per exceptionem in contractibus stricti iuris, vt quod stipulator habeat rem penes se, tunc dicit quod consuleret decepto per actionem in factum. ff. de praeser. verbis. l. quoties. & idem concedunt Pet. de Bellaper. & Cyn. in l. allegata rem maioris pretij. Dicit etiam ibi. Cy. quod non videtur cur non daretur hic officium restitutorium, sicut in contractibus bonae fidei. Si vera est illa opinio, quod per officium iudicis illius legis officium implore quae fuit opinio Placentini de qua hic per Ber. in glo. vlt. habet ergo illius legis beneficium locum in contractibus stricti iuris, sed fallit in transactione, vt ff. ad Trebel. l. Lucius. §. vltimo. vbi de hoc. & est ratio vt hic not. per Ber.

- 1 Euictio fit duobus modis.
- 2 Euictionis duplex actio.
- 3 Euictio pro quibus rebus competat.
- 4 Euictio in quibus casibus cessat. & 6.
- 5 Emens scienter rem alienam non agit de euictione.
- 7 Denuntiatio in causa euictionis quando facienda. & 9.
- 8 Peremptoria opponenda ante litem contest. in Gallia.
- 10 Nouare nemo cogendus.
- 11 Venditor alore inuito comparsens animo nouandi non audiendus.
- 12 Venditor in causa euictionis coparsens, vt procurator audiendus.

Si quis queris re vendita euicta, vtrum & quando emptor contra venditorem de euictione agere possit, distingue. f. Et ad clariorem euidentiam dicendorum, debes scire quod res dicitur euicta altero de duobus modis. vno modo vere, quod est quoniam in veritate res est euicta, vel eius aestimatio soluta, vt ff. de euict. l. euicta. §. duple. Interpretatiue vbi emptor rei alienae succedit vero dno, vt ff. de euict. l. si vendideris.

¶ Debes etiam scire quod pro euictione duplex actio competere potest, vna ex empto: & alia ex stipulatione, vbi stipulatio intercessit: & istae actiones habent varios & diuersos effectus. Nam actio ex empto bene datur cu res euincitur vere vel interpretatiue, vt d. l. si vendideris. Sed actio ex stipulatione requirit rem vere euictam esse: quia in stipulatione non venit nisi id de quo actum est, vt veniat. ff. de verb. oblig. l. in conuentionalibus. & l. quicquid. Item est alia differentia, quia actio ex empto locum habet siue res vendita euincatur in totum siue pro parte, vt ff. de euict. l. 1. & hoc siue sit pars vera & integralis, siue subiecta, siue legalis, vt ff. de vsur. l. 4. de leg. 2. l. Meuius. §. pen. & de verb. signi. l. recte. Sed ad hoc vt ex stipulatione agatur, oportet tota rem euinci: nisi specialiter de partis euictione, fuerit promissum, vt ff. de euict. l. si dictum. 2. in stipulatione. & l. vacca. nec obstat. eo. tit. l. si mancipium. §. 1. quia ibi fuit actum expressis, vt ppter partem ferui venditi euictam committeretur stipulatio: alias fecus. Et hanc differentiam approbat Pet. de Bellaper. licet Ioan. contra in d. l. alleg. 1. ff. de euict. Et est ratio quare actio ex empto competit pro parte euicta: sed non actio ex stipulatione secundum ipsum Pet. quia quod pro parte euicta competit actio ex empto. natura contractus hoc inducit, vt sit idem iuris de parte quod de toto, vt in l. 1. iam allega. ff. de euict. sed actio ex stipulatione non datur pro parte euicta, quia hoc non est de natura ipsius contractus: nam per stipulationem de euictione noua forma adijcitur: quae forma adijcitur sub conditioe si res euincatur, vt dicit lex euicta. §. 1. ff. de euict. & ff. de sta. l. l. si quis ita libertatem. §. si duo ferui. Modo ita est quod vbi sub conditione est agendum, oportet integram conditionem impleri antequam possit agi, nec sufficit partem dari, vt ff. de codi. & demon. l. cui fundus. & sic est in proposito. & ita intelligitur. §. allegatus in stipulatione, di-

stingue ergo. Aut queris de & pro quibus rebus potest agi de euictione: aut rebus de & pro quibus de sui natura potest agi de euictione euictis, quando & in quibus casibus cessat euictio. f. In primo casu refert, aut res vendita euincitur per partem solum: aut euincitur in totum. Si per partem: tunc aut queris nunquid possit agi ex stipulatione, & dic quod non nisi contrarium sit actum, vt est dictum. Aut nunquid possit agi actione ex empto, & tunc aut res singularis est vendita, & tunc pro parte ipsius euicta agi potest actione ex empto, sed non ex stipulatione, vt ff. de euict. l. 1. aut res vniuersalis est vendita: & tunc aut vniuersitas iuris, aut vniuersitas facti. Si vniuersitas iuris vt hereditas, tunc re singulari hereditatis euicta non agitur de euictione, vt C. de euict. l. 1. Et est ratio, quia aut res illa euicta erat hereditaria, & tunc est facta ei iniuria: vnde venditor non tenetur, vt ff. de euict. l. si per imprudenciam. vbi de hoc. Aut non erat hereditaria, & tunc non videtur vendita, vt probatur haec distinctio. ff. de haeredi. & act. vendi. l. 2. in princ. & de euict. l. ferui venditor. & l. naue. Fallit in casu vbi conueniret inter partes quod pro singulis rebus praestetur euictio, vt in d. l. j. C. de euict. Et vbi venditor singulas res seu rem euicta de hereditate affirmat, vt ff. de euict. l. nisi de substantia. Item vbi sciebat rem illam euictam non esse hereditariam, vt ff. de heredit. & actio. vendi. l. hoc autem. Si est vniuersitas facti, tunc refert, nam aut illa vniuersitas facti est ex pluribus corporibus distantibus: aut ex pluribus corporibus adhaerentibus simul. Si res euicta est vniuersitatis, quae consistit ex pluribus corporibus distantibus: tunc aut per euictionem rei separatam non remanet vniuersitas facti: aut remanet. Si non remanet verbi gratia, Tu vendidisti mihi gregem. x. capitum, vnum caput est euictum, certe tunc agi de euictione. Si autem remanet vniuersitas facti, vt pote vendidisti gregem. xx. capitum, vnum caput vel duo sunt euicta, tunc non agam, vt ff. de rei vend. l. j. in fin. & l. seq. In alio casu, scilicet, quando est euicta res illius vniuersitatis quae constat ex pluribus corporibus adhaerentibus simul, vt quia vendis nauem, & vna tabula euincitur, tunc agitur quanti interest rem non esse euictam, vt ff. de euict. l. naue. Et si habes de quibus rebus potest agi de euictione. f. Si queris in secundo casu principali, scilicet, rebus pro quibus de sui natura potest agi de euictione euictis, quando & in quibus casibus cessat euictio, tunc refert. Aut emptor iniuria iudicis condemnatur tali, videlicet ex qua iudex litem suam facit, & tunc non habet de euictione recursum vt hic, & ff. de euict. l. si per imprudenciam. C. de euict. l. si non iniuria. & l. emptor. vnde sumptum est c. praesens. Et not. Accur. in d. l. si per imprudenciam quod quando iniuria iudicis procedit sine culpa emptoris, nihilominus agit contrarium no. ff. de fideiuss. l. emptione. & melius secundum Cyn. C. de euict. l. emptor fundi. & haec opi. communiter approbat per l. si feruus plurium. §. 1. ff. de lega. 1. & per l. si pro ea. C. mada. & ff. de bonis li. l. qui cum maior. §. si tamen fm Ioan. Andr. Et intelligit Innoc. & Ioan. Andr. post eum de tali iniuria ex qua iudex teneatur. C. de pena iudi. qui male iudic. l. 1. ff. de iudic. l. filius. Si autem talis esset casus quod iudex non teneretur, vel si non sufficientes probationes induxisset emptor sine dolo malo, tunc teneretur venditor qui de pbationibus illius rei debet esse sollicitus: venditori enim imputatur defectus probationum, vt hic patet: emptori vero culpa sua & iudicis iniuria. Aut non per iniuriam iudicis, sed ratione iuris condemnatur, f. tunc aut emptor scienter rem alienam emit, & tunc non potest agere de euictione, nisi de euictione sibi specialiter prospexerit, vt C. de euict. l. si fundum sciens vel aliquid casuale contingat, vt C. comunia de leg. l. vlt. & s. de reb. ecclie. non alie. ad audientiam. Aut emit ignoranter rem alienam, & tunc aut est aliquid culpabile quod sibi valeat imputari, vt quia voluntarie copromisit & succubuit, & tunc de euictione agere non potest, vt ff. de euict. l. si dictum. §. si compromisso. f. Idem si alio modo sit in culpa, vt quia culpa sua de possessione factus est petitor. ff. de euict. l. si rem quam. §. si duple. Idem si seruum per eum emptum manumiserit. ff. de euict. l. si seruum cuius. vel contra. l. venditionis ferui fecit per quam actum erat quod contra veniendo ad libertatem perueniret, vt in l. alleg. l. si mancipium. 1. respon. Idem si rem venditam pro derelicta habuit. ff. de euict. l. si. Idem si bonam causam suam vitiio suo per praescriptionem perdit. ff. de euict. l. Herennius. §. si. vel si venditor voluntate emptoris in locum venditum sepultus fuerit, vt ff. de euict. l. si per imprudenciam. §. si quis locum. Idem dicit Hug. si non appellauit, arg. s. de procur. c. non iniuste. §. potuit. & dista. l. Herennius. §. 1. Sed Azo contra dicens quod non habet necesse appellare: & aliud est in procuratore qui cum alie-

num factum gerat non videtur bona fide versari nisi appellauerit nec obstat l. alleg. herennius. §. 1. nam quod dicit venditor presentem subaudiendum est maxime. Consultum quod emptor denuntiet venditori quod appellet si velit, arg. ff. man. l. si procurator. §. si ignorantes. Item cessat actio de euictione si emptor fuerit absens tpe sciz promulgatae vt hic, & ff. de euic. l. si ideo contra emptorem. Idem si emptor no denuntiauit venditori vt sibi assisteret & rem defenderet vt hic, vel procuratori suo ipso sciente, vt ff. de euic. l. si dictum. §. si presente & hoc si potuit denuntiare, alias non prauidicat sibi, vt. C. de euic. l. si per mutationis. † Potest aut fieri haec denuntiatio qñq; ante sciam, vt ff. de euic. l. si rem quam. §. vlti. dummodo ius salu sit venditori, arg. ff. ma. d. l. si mandauero tibi. §. sicut aut. in l. mandatum. arg. j. de dona. c. apostolice. ibi hoc semper est obseruandum &c. & hoc tenet Hosti. hic. Vnde quidam dicunt quod sufficit istam denuntiationem fieri qñcunq; ante sciam diffinitiuam, vt no. Accur. in lalle. si rem quam. §. fi. & expressus in l. heres seru. Pet. de Samp. dixit vsq; ad conclusionem. Alij dicunt quod ante litem contestat. arg. ff. de leg. 3. l. qui cōcubinam. §. si heres. Et istam opinionem tenet Spec. tit. de defensione rei. §. 1. ver. sed & si conueneris † vbi de hoc qd credo verum maxime in iudicio seu curia seculari, vbi ante litem contestatam oēs peremptorie sunt proponendae de consuetudine Regni Franciae. Alij distinguunt: aut erat agendum de euictione ex causa no lucratiua, & tunc vsq; ad sciam: & sic loquitur d. l. si rem qua. §. vlt. Aut ex causa lucratiua, et tunc vsq; ad litem contestat. ff. de leg. 3. l. qui cōcubinam. §. si heres. & hoc tenet Dy. Et ratio diuersitatis est fm eum; quia vbi est causa non lucratiua, latius prouidendum est: quia no par eademq; ratio, & c. ff. de codic. l. vlti. † Aut non potest sibi aliquid culpabile imputari, & tunc aut res vedita perijt ante litem conte. in causa euictionis sine facto & culpa veditoris, & tunc non pot emptor agere de euictione actione ex stipulatu: sed bene poterit agere actione ex emptio rōne doli si dolus intercesserit, alias no. vt legitur & no. ff. de euic. l. si seruus venditus. in prin. & C. de euic. l. si quis tibi seruū. Aut perijt postquam est euicta per sciam, vel fult post litem contestatā in causa euictionis, & tunc agere pot, vt ff. de rei vend. l. vtiq; & C. de asser. tol. l. 2. & no. in lalle. si seruus venditus. & l. si quis tibi seruū. ¶ Possit quari vtrū venditor inuito actore conueniat emptorem de iure rei venditae, possit in se iudicium suscipere: & videtur q. sic arg. ff. de peti. heredi. l. sed & si lege commissoria. §. item si rem in ff. de app. lab. executor. §. j. & de ali. mu. iudi. causa facta. l. 3. §. si de nox. l. de illo. in fi. & fam. ercisl. planē. Et ista opinionem approbat. C. in Spec. tit. de defensore. §. 1. ver. sed pone vendidisti. Contra vs quod non, † quia nemo inuitus cogitur nouare, vt ff. de noua. l. 2. sed noua. l. 2. sed nouatio quae fit extra iudiciū & que fit per iudiciū equiparatur. vt ff. de noua. l. delegare. i. ergo &c. Praeterea ius nostrū sine facto nostro a nobis auelli no potest, vt ff. de reg. iur. l. quod nostrum. sed si sic nouādo possit fieri, iam oporteret dnm re sua carere, arg. contra. C. vbi in rem act. l. 1. & ff. de procur. l. si actor. ¶ Circa quod possit probabiliter sic distingu. † Aut venditor vult cōparere animo nouandi, & tunc tenetur actor eū admittere, vt ff. de noua. l. 2. sed noua. l. 2. l. si mandato meo. §. ibi aut si nolit creditor. & not. gl. in d. l. j. in princ. licet notet contrariū. ff. de neg. gest. l. liberto. §. vlt. & male vt patet in d. l. si mandato. Aut vult cōparere tanquam procurator: & tunc refert. Aut vult in alio foro cōueniri quam in quo debet conueniri emptor, & tunc non admittitur, vt ff. de euic. l. venditor. & C. vbi in rem actio l. 1. Aut no vult mutare forum, sed vult eū defendere in foro suo, † & tunc si cōpareat tanquā simple x procurator admittitur etiā inuito actore. ff. de procur. l. 1. §. v. vsus. & l. 1. §. v. vsus & l. seruū. §. publice. Si vero cōpareat tanq; procurator in rem suā idem vt in d. l. planē. & hoc nisi persona dñi esset legalior, vt ff. de procur. l. si actor. Et ita distinguunt Pet. de Bellaper. & Cyn in d. l. 1. C. vbi in rem actio.

¶ De locatione & conductione. Rubrica.

- 1 Remissio pensionis ob modicum incommodum non facienda.
- 2 Remissio colono partiaro non facienda.
- 3 Remissio pensionis ob sterilitatem facienda.
- 4 Remissio an operarum conductori facienda.
- 5 Ruina rei causa alimonis ecclesia data cuius periculo fiat.
- 6 Pensio rei ab ecclesia locata ob vbertatem casu fortuito obueniam augmentatur.
- 7 Pensio rei ab ecclesia locata ob vbertatem bonitate terrae obueniam non augmentatur.

- 8 Locator expellit conductorem de domo locata, ante tempus locationis finitum. & c.
- 9 Inquilinus deserit domum conductam ante tempus locationis finitum. & c.
- 11 Pensionis remissio, an faciendā inquilino, expulso ante tempus locationis finitum. & c.
- 12 Locator expellens conductorem de domo locata ad interesse eius tenetur.
- 14 Conductor violenter resistit locatori eum de re locata expellenti.
- 16 Conductor expulsus, an rehabitare domum conductam compellendus.
- 17 Conductor an compellat locatorem, vt permittat rehabitare domum a qua expulsus.
- 18 Inquilinus non tenetur ad pensionem si res locata fuit al teri conducta.
- 19 Inquilinus tenetur ad pensionem quamuis domum conductam non inhabitet.

Ropter sterilitatem. ¶ Si queris

pter sterilitatem vitio rei locatae, vel casu fortuito contingente, sit pro rata pensionis remissio faciendā, distingue. Aut est actum seu conuentū inter partes quid in eo casu sit faciendum, & tunc illud est seruandum, argu. ff. depo. l. 1. §. si conuenerit. & de pac. cap. 1. & c. qualiter. & probatur expressē. C. eo. tit. l. licet. & l. circa locationis. † Aut nihil est actum, & tunc aut est talis sterilitas que modico incommodo afficit conductorem, & illam debet sustinere conductor, nec propter eam est aliqua remissio faciendā, vt ff. eo. tit. l. si merces. §. vis maior. & l. habitatores. Aut est talis sterilitas quae graui incommodo afficit conductorem, & tunc aut queris de locatoribus rerū vel corporum tantum, vt terrarum arabillum, vinearū, seu aliarum rerum fructiferarum & similitum. Aut queris de locatoribus operarum suarū tantum aut de locatoribus & rerū & operarum suarum in simul: aut de his qui accipiunt in speciem ex innominato contractu vt aliquid faciant. † In primo casu refert, aut est conductor seu colonus partiarus qui cum dño lucrūm & damnum partitur, & tali non est aliqua remissio faciendā, vt dicitur in §. alleg. vis maior. Et haec satis not. Ber. hic in gl. i. & Host. post eum. Aut queris de conductore seu colono qui certā pecuniam annuatim debet, vel certos corbes, & tali dummodo non sit in culpa vel mora, est pro rata remissio faciendā, nisi sterilitas hmoi cum vbertate praecedentis anni, vel sequentis valeat cōpensari vt hic, & C. eo. tit. l. licet. & ff. eo. ex conducto. §. si vis. & §. seq. & §. cum quidam. quod dicit vt ibi not. ¶ Circa hoc tamen quidam vt fac. de Are. & Cyn. post eum in d. l. licet. sic distinguunt, aut colonus allegat fundi sterilitatem: aut allegat fructuum exiguitatem: aut allegat fundi casinositatem, vt in primo casu qñ sterilitas allegat, tunc regulariter fit remissio pensionis illius anni sterilis, vt in iuribus allegatis. Sed hoc fallit in tribus casibus. Primus est qñ vbertas aliorum annorū compensationem inducit vt hic, & in lalle. licet. Secundus est qñ non colit, tunc enim no videtur curasse de recompenfatio ne fructuum habenda propter onus pensionis ex quo culturam praeterijt: sic intellige. ff. eo. l. ex conducto. §. cum quidam. Tertius casus est qñ suscepit in se casum sterilitatis, vt in lalle. licet. a contrario sensu. circa princ. nam periculum casus potest quis suscipere, vt. C. de pign. act. l. quae fortuitis. Secundo casu, scilicet, qñ allegat fructuum exiguitatem, tunc no est habenda ipsius ratio: nam si fructus plures solito habuisset no auxisset pensionem; vt ff. eo. si vno anno. §. cum quidam. Tertio qñ allegat fructuum indemnitate seu vitiositate, vt quia dicit quod vinum est acerbum, & parum valet propter eius vitium, & sic de similibus: tunc non habetur eius ratio vt d. l. ex conducto. §. si quae tñ vitia. Quarto & vltimo qñ allegat fundi casinositatem, quia terrae motu corrui, tunc debet haberi ratio eius, vt d. l. ex conducto. §. sed si ager. Quorum dicta satis concordant cum praemissis. † In secundo tertio & quarto casibus refert, vtrū culpa vel mora potest tali locatori imputari, & tunc erit conductori remissio mercedis faciendā, nec locator mercedem recipiet postquam est in culpa vel mora, vt in iuribus. j. statim allega. Aut locatori no potest culpa vel mora imputari: & tunc aut de tempore quo locator non potuit operari conductori operatus est alija quo mercedē habuit, & tunc non recipient a conductore mercedem, vt ff. de var. & extraor. cog. l. primo. §. pen. de sta. l. l. cum

scum heres. §. antepen. loca. & conduc. l. qui operas. secundum Inno. hic in glo. hae vera sunt, &c. Aut pro tempore quo non potuit operari conductor, si non operatus alija quo habuerit mercedem, & tunc licet casus fortuitus eum impediatur, nihilominus tñ mercedem recipiet, vt in iuribus. §. prox. alleg. secundum Innoc. hic. & Hosti. in sum. eo. titu. §. quae actiones. verli. & sic casus. & verli. seq. sed quero &c. vbi reddidit rationem diuersitatis quare fecus in locatione operari: fecus in locatione corporū sui rerum: quod verum qñ impedimentum locatoris est perpetuum. Si vero temporale, tunc debet facere in sequenti tempore quod in praecedenti tempore non potuit facere, arg. ff. de arb. l. Celsus. §. de dolo & contu. c. cum dilecti not. Accur. ff. eo. tit. l. si vno anno. §. item cum quidam. vbi habes plene de ista materia & ibi vide. † Haec decre. cum iuribus hic alleg. facit ad questionem dominicalem Bar. Brix. tertiam, laicus quidam dedit cuidā monasterio praedium quoddam ea conditione adiecta, vt in vita sua deberet eum monasteriū alere, sed post mortem suam praedium illud monasterio remaneret, postea praedium casmate perijt, quaeritur vtrum monasterium eum alere teneatur. Solutio, dici potest quod si tota res pereat, periculū spectat ad dantem: si vero pars ad ecclesiam inliti. eo. tit. §. adeo. C. de iure emphy. l. 1. Sed de qua parte intelligatur dixit Petr. de dimidia: alij intelligunt si aliqua particula remanet quod totum damnum ad ecclesiam spectat. Tan. sibi respondit, quod si tantū sibi remansit de praedio, quod inde ille possit ali. tenebitur monasterium: & si totus fundus periret in nihilō teneat ecclesia, ad similitudine contractus emphyteutici. Potest tñ dici quod si dedit fundū vt ex fructibus aleret, tenet, quod dicunt: sed si dedit fundū simpliciter vt monasterium eū aleret, tunc omni casu monasteriū teneatur fm eum. ¶ Si queris vtrum propter vbertatem debeat pensio augmentari, distingue. Aut vbertas accidit diligētia coloni, & tunc no augmentabitur pensio. † Aut casu fortuito, & tunc augmentabitur, vt. C. de fun. rei priua. l. 2. de communi agro deserto. l. si lib. 1. 1. fm Ioan. & Azo. † Si vero propter bonitatem terrae hoc accidit, nihil augmentabitur: quia nihil accidit vltra cōsuetum modum terrae, argu. ff. eo. tit. l. ex conducto. & quia dñs dicitur locasse ab initio quantum plus potuit qui sciebat bonitatem terrae, argu. ff. de actio. empt. & vendi. l. 1. in fin. secundum Hosti.

§. Verum. ¶ Si queris vtrū si locator domus velit ipsam inhabitare vel reficere, possit per hoc expellere conductorem, distingue. † Aut talis necessitas superuenit quae no potuit prauideri, vt si locator habeat duas domos tempore locationis, & post locationem corrui illa quae ei remanserit, & tunc potest expelli, vt hic in textu & in gl. hoc potuit. Aut illa necessitas potuit prauideri, vt quia tunc aliam domū non habebat, & tunc debet ei imputari, nec poterit expellere conductorem, arg. ff. eo. tit. l. 4. §. hic subiungi. & de seru. vis non ordi. c. 1. fm Goff. & Hosti. hic. & in sum. eo. tit. §. quae actiones. verli. tamen intellige. † Et idem de inquilino vt ante tempus ex causa possit domum deferere, scilicet, orta de nouo. vt ff. eo. l. dominus horreorum. §. quae contra. fm Hosti. ¶ Si queris quando locator ante tempus locationis finitū expellit conductorem de re locata, vtrū pro rata sit pensionis remissio faciendā, distingue. † Ad cuius euidentiam no. quatuor casus in quibus locator ante tempus locationis finitum potest expellere conductorem. Primus est, si locator probet domum sibi necessariam ad inhabitandum vt hic, & C. eo. l. idem. Secundus est, si eam reficere velit. Tertius, si pensionem no soluit infra biennium. Quartus, si in re locata male versatus sit vt hic & ibi. Ratio primi casus est, quia res mea meo subiacet periculo, & ideo primo bonum facere debet mihi quam alij. arg. C. de serui. l. preses. quod intellige si causa necessitatis superueniat, vt dixi. §. distin. proxima. Ratio secundi casus est, quia si refectio plus debito differret domus corrueret: & melius est ante tempus occurrere quam, &c. C. in quibus cau. in integrum restit. non est neces. l. vlti. quando licet vnicuiq; sine iudic. se vindi. l. 1. & 2. Et intellige sanē si necessaria refectio post locationem emerferit, argu. ff. de interroga. act. l. de gate. §. ex causa. de ventre inspil. l. 1. in princ. alias fecus. argum. ff. eo. titu. l. si quis domum. §. 1. de regu. iur. l. quod quis. Ratio tertij est, quia in locatione quam tibi facio semper intelligitur modus & causa si pensionem solueris: imò plus si conuenero te non expellere, nihilominus, si non solueris te expellam vt ff. eo. titu. l. quae ro. §. inter locatorem. Ratio quarti casus est, quia vbi loco tibi domum vel aliam rem, tacite videor tecum conuenire vt bona fide agas: vnde in isto contractu exuberat bona fides, sicut & in alijs contractibus bona fidei, in liti. de act. §.

actionum. Et ideo si aliud facis videris infringere bonam fidem, ideo & c. C. de transac. cum proponas. & s. de iureiur. ca. peruenit. 2. distingue ergo. † Aut locator expellit conductorem in primo vel in secundo casu, & tunc aut locator prestat inquilino domum aequē idoneam ad inhabitandum, & tunc non est etiam pro rata pensionis remissio faciendā, vt ff. eo. tit. l. cum in plures. r. responso. secundum Goff. & Hosti. hic. & in sum. eo. titu. §. quae actiones. verli. in primis vero. Aut non praestat inquilino domum aequē idoneam ad habitandum: & tunc aut inquilinus potest commodē inhabitare in aliqua parte domus seu cenaculi, & tunc non est remissio aliqua faciendā: nam & damnum modicum ferre debet. ff. eo. l. habitatores. & l. i. merces. §. si vicino. secundum Hosti. Aut non potest commodē inhabitare in aliqua parte domus siue cenaculi: & tunc aut locator cum expellit de domo in casu licito & approbato a iure, vt quia vult habitare vel reficere ipsam domum, & illa necessitas superuenit quae non poterat prauideri, & tunc est pro rata pensio remittēda vt hic. Aut ipsum expellit non in casu licito nec approbato a iure: vt quia sine necessitate eam inhabitat, vel reficit, vel ex tali necessitate quo poterat prouideri: & tunc nedum erit pensio remittēda, † sed etiam ad interesse tenebitur conductori. ff. eo. l. ex conducto. l. si fundum quem mihi. ibi nam & si colonus tuus. l. si in lege. §. colonus. & l. si fundum. §. vlti. & l. qui insulam. & l. haec dist. & not. Hosti. in sum. eo. titu. §. quae actiones. verli. nunc videamus. Aut locator expellit conductorem in tertio casu, scilicet, quia no soluit pensionem seu canonē infra biennium, vel in quarto, scilicet, quia in re locata male versatus est, † & tunc Spec. hoc ti. §. postquam. ver. sed nunquid videtur tenere quod non est remissio faciendā: quia propter delictū suum expellitur. C. de sacrosan. eccle. in auth. quae res quae est. ro. q. 2. & videtur expressum hic: quia qd de vno dicitur, & c. ff. de iudi. cum praetor. §. de praesump. c. nonne. Sed & Azo in lalle. Idem dicit quod in vltimo casu non est remissio faciendā: & etiam dabitur actio legis Aquil. locatori ad damnum. Idem videtur tenere Hosti. in sum. eo. titu. §. quae actiones. verli. tamen intellige. Idem tenent Pet. de Bellaper. & Cyn. in lalle. aedem. nam ex quo per culpa suam expulsus est, adhuc habitare videtur in sui prauidicium. ff. de neg. gest. sine haereditate. & de reg. iur. l. quod quis. Sed Accur. ibi & Ber. hic in glo. in isto casu contra dicentes quod imò faciendā est remissio, & de damno dato ager dominus contra inquilinum seu colonum. ff. eo. titu. l. quae ro. §. inter locatorem. Quorum opinio secundum Hosti. hic vera est, quando propter perueritatem damnū datum est, vt quia no seruat legem conductionis, non colit praedium suo tempore, scindit arbores immaturas, tenet porcos in solario. Si vero propter hanc perueritatem non est damnum datum, vt quia tenet secum publicas meretrices, vel alios publicos peccatores excommunicatos, in authen. de Lenon. §. sancimus. coll. 2. & scenicas mulieres, & c. colla. §. vt non luxu. contra na. colla. 6. & j. de sta. m. o. c. vlt. §. 1. tunc nihil debet remitti. Et licet ista distinctio sit probabilis: tamen opinio spec. satis potest sustineri de iure. † Aut extra hos casus locator expellit conductorē, & tunc potest conductor sibi resistere violenter, argu. C. vnde vi. l. 1. j. de homici. c. significati. 2. in fi. Et hoc tenent Accur. Pe. de Bellaper. & Cyn. in lalle. aedem. & eo expulso poterit agere ad interesse, vt not. Hosti. in verli. allegato nunc videamus. Et haec vera in locatore expellente conductorē. † Conductor vero licet in casibus possit domū exire ante tempus in locatione expressum, si tñ sine probabili causa exeat & dimittat ipsam, tenetur ad interesse. ff. eo. l. habitatores. §. verum. & l. domus. §. qui contra legem. ¶ Si queris vbi locator domus te conductorem expulit causa eam reficiendi; nunquid postea ea refecta poterit te compellere rehabitare eandem, vel pro futuro tempore soluere pensionem, distingue. † Aut ante tempus refectio finitū aliam habitationem non conduxisti, & tunc poterit te compellere vel inhabitare vel pensionem soluere. ff. eo. l. habitatores. in fi. & l. quod si domus. Aut ante tempus refectio finitū aliam habitationem aliam conduxisti: & tunc aut locator primus in se paratus est suscipere periculum secundae conductionis, & tunc poterit te compellere domum a qua te expulit inhabitare, vel pro futuro tempore soluere pensionem: Aut non est paratus suscipere periculum secundae conductionis in se, & tunc fecus, vt ff. eo. l. si in lege. §. colonus. & distal. habitatores. & l. quod si domus. † Sic e contra si locator te expulit a domo vt eam reficiat, potest eum compellere vt permittat te inhabitare post refectioem, ar. in liti. de excusa. tu. §. item quae rei publice, ver. quod si reperi.

¶ Si queris vtrum si impeditus es vti habitacione quam conduxisti, & migras siue recedis, nunquid pro futuro tēpore teneris ad pensionem, distingue. ¶ Aut pro futuro tēpore est locata vel locari potuit alteri: aut non. Si sic, tu nō teneris ad pensionem: nam eo casu locator nō remanet in damno. Si non tunc teneris, vt j. eod. sed addes. §. cum quidam. & §. fin. & eodem modo potes distinguere in scriptore operas suas locante.

¶ Si queris quo tempore debeat fieri solutio debite pensionis. Distingue vt dixi. §. de re iudic. c. sicut nobis.

- 1 Ecclesia dat in emphyteusim rem ruinosam. c. 3.
- 2 Ecclesia consilans dat in emphyteusim rem suam ad vitam suscipientis & duorum successorum.
- 4 Emphyteusis sub qua pensione danda.
- 5 Modicum non curatur.
- 7 Emphyteuta & domini pactum seruandum.
- 8 Emphyteuta meliorationes donat.
- 9 Emphyteuta meliorationes pignorat.
- 10 Emphyteuta meliorationes locat.
- 11 Emphyteuta meliorationes in dotem dat.
- 12 Emphyteuta meliorationes legat.
- 13 Emphyteuta meliorationes non permutat.
- 14 Emphyteuta meliorationes in feudum non dat.
- 15 Emphyteuta meliorationes non vendit.
- 16 Emphyteusis ecclesia obsienta intra annum vendenda de consuetudine.
- 17 Inquilinus cessans biennio pensionem soluere, expellendus.
- 18 Emphyteuta priuati cessans triennio a canonis solutione, expellendus.
- 19 Emphyteuta ecclesia cessans biennio a canonis solutione, expellendus.
- 20 Emphyteuta ob non solum canonem expellendus, non obstantē pacto super hoc inito.
- 21 Emphyteuta an domini auctoritate expellendus. c. 23.
- 22 Canonem recipiens dominus iuri, expellendi emphyteutam, renuntiat.



Otuit. ¶ Si queris vtrum ecclesia rem suam in emphyteusim perpetuā dare possit, & pro qua pensione: nam de priuato indubitatum est quod potest & in perpetuum cōcedere & quālibet pacta apponere, vt. C. de iure emphy. l. 1. distingue. Aut queris vtrum possit dare rem suam: aut pro qua pensione potest dare. In primo casu refert. ¶ Aut res ecclesiastica quæ dat in emphyteusim est ruinosā, & tūc potest dari perpetuo in emphyteusim. i. quædiu soluat pensionem, vt in auth. de alie. & emphyt. §. si vero quidam. quæ est. C. de sacrosan. eccl. in auth. si quas ruinas. & 10. q. 2. §. si quas vero ruinas. Aut non est ruinosā ¶ & tunc aut queris de rebus ecclesiæ Constantinopolitanæ, & ecclesiarum sibi subiectarū, & tunc non possunt dari nisi vtiq; ad vitam suscipientis & duorum successorum: & sic vtiq; ad tertiam generationem: nec valet pactum de renouatione contractus factum, in auth. de alie. & emphy. §. emphyteusis. & §. dudum. colla. 9. ¶ Aut queritur de alijs ecclesijs, seu de rebus aliarum ecclesiarū, & tunc possunt dari perpetuo quandiu soluantur pensio, & valet pactum de renouatione contractus, vt in auth. de alie. & emphyt. §. licentia. 10. q. 2. hoc ius porrectū. & §. perpetua. Ita distinguit G. in Spec. rubrica de iure emphyt. §. nunc aliqua. verfic. vt autem circa. Et Cyn. in auth. alleg. si quas ruinas. Et hæc vera sunt cū expedit ecclesiæ rem in emphyteusim dare: scilicet si non expedit, tunc enim locū habet capostolicos. 12. q. 2. & ex rei qualitate penditur vtrū expedit vel non, vt si res per diligētiā alicuius redacta sit ad culturam. §. de reb. eccl. non alie. ad aures. vel quia res deterior facta est propter cladem, vt in prædicta auth. perpetua: vel quia ruinosā est, vt in prædicta auth. si quas ruinas. vel quia adeo est inutilis vt nullos prorsus reddat redditus, vt in auth. de alie. & emphyt. circa prin. verfic. si vero non habent. vel quia licet prægruosa sit nullos tñ vel paucos reddat redditus, vt in auth. de non alie. aut permu. reb. eccl. §. quia vero Leonis. verfic. si vero alicuius ecclesiæ. Aut quia licet prægruosa sit, & magnos redditus, tñ pensio pro ea constituitur secundum determinationem prædicti. §. quia vero Leonis. & prædicti auth. perpetua. Item etiam hoc ex qualitate penditur pensionis, nam si res in emphyteusim data bona & prægruosa sit & magnos redditus reddit annuatim. Item si eiusdem bonitatis existat cuius erat quando prius eam ecclesia acquisiuit, nō debet dari in

emphyteusim, nisi tanta summa cōstituitur ecclesiæ pro annua pensione, quantum faciunt redditus quos percipiebat ecclesia tempore contractus emphyteutici, facta tñ diminutione ipsorum redditu solummodo infra sextam, id est, quod si redditus valeant annuatim. 12. libras constituantur x. libras ad minus pro annua pensione, vt in prædicta auth. perpetua. & §. alle. quia vero Leonis. & eadem pensio constituitur si res facta sit melior postquam ipsam pensionem adquisiuit, ne sua diligentia sit ei damnosa. C. de allu. l. vlti. Idem est & si parū deteriorata sit, nam ppter modicum damnū a iure non receditur. ff. de in integr. restit. scio. & hic. & §. de reb. eccl. non alie. cap. pen. Sed si non constat cuius bonitatis erat res cum ad ecclesiam peruenit, tunc attenditur quod res bona sit, & quod bonos redditus reddat tpe quo in emphyteusim datur, vt nō expedit eam dari cum minori diminutione sextæ partis, vt ista notat Spec. in §. allega. & ista tangunt secundum casum de quo hic sequitur.

¶ Si queris in secundo casu principali, scilicet, sub qua pensione possit dare, distingue. Aut ecclesia dat rem suam in emphyteusim propter vrgentiam eris alieni, & tunc datur pro illa pensione que potest haberi, vt in auth. alleg. hoc ius porrectū. Aut vult dare in emphyteusim, quia expedit sibi, & tunc aut est res fructuosa quæ vult dare in emphyteusim: aut non. Si non est res fructuosa, tunc aut est res non prægruosa, vt ager quæ abundat malis herbis, & tunc datur sub illa pensione quæ potest haberi, vt in auth. de alie. & emphyt. §. 1. Aut est res prægruosa vt turris, & tunc dic vt dicit Accur. in auth. allega. si quas ruinas. Aut queritur de alia quam Hierosolymitana, & tunc datur sub pensione que collecta per xx. annos assimationem rei faciat vt in §. alleg. quia vero Leonis. Aut queritur de ecclesia Hierosolymitana, & tunc sub pensione dabitur, quæ collecta per quinquaginta annos faciat rei assimationem: & sic intelligitur in auth. de alie. & emphyt. §. sanctissimas. colla. 9. Si est res fructuosa quam vult dare in emphyteusim, tunc aut queritur de prædijs ecclesiæ Constantinopolitanæ propinquis, & tunc nō potest dari nisi pro tanta pensione quāta quolibet anno potest inde percipi, vt in auth. de alie. & emphyt. §. 2. Aut queritur de prædijs non propinquis, & tunc aut sunt in eodem statu quo perueniunt ad eam, & tunc dantur pro pensione tanta quæ potest haberi diminuta sexta parte, vt in §. quia vero Leonis. Aut non sunt in eodem statu, & tunc aut sunt augmentata, & tunc idem: aut diminuta ¶ & tunc aut modicæ, & non est curandum: aut multum & tunc pro pensione quæ taxabitur si statim vult soluere dabitur pro tertio parte pensionis quæ nunc potest haberi. Si non statim, tunc dic vt in textu illius auth. si quas ruinas. ¶ Aut sunt diminuta postquā perueniunt ad ecclesiam, tñ adhuc pensio bona est, & tunc dantur pro illa pensione quæ nunc potest haberi, vt in auth. alleg. perpetua. ita distinguit Cyn. in auth. alleg. si quas ruinas.

¶ Meliorationes, accessiones, & augmenta debent esse emphyteutæ non dñi, vt hic, & C. de iure emphyteut. l. vlt. secundum Spec. hoc titu. §. si. verfic. 13. ¶ Et ideo si queris vtrum emphyteuta possit meliorationes, accessiones, & augmenta impendere sine voluntate Domini in aliū transferre, distingue ¶ Aut inter dominum & emphyteusim est actum seu cōuentum aliquod super hoc, & illud seruari debet, siue fit pro domino siue contra eum, vt. C. de iure emphyt. l. vlt. in princ. Cōnunctiones enim licite sunt seruandæ. §. de pac. cap. 1. & ca. qualiter. ff. de pactis. l. iurifigentium. §. ait pretor. vt not. Hosti. in summa eod. titu. §. quid sit de natura. verfic. quid sit pactus. Aut nihil super hoc est actum seu cōuentum, & tunc ¶ aut queris nunquid possit eas trāsferre titulo donationis, & dic quod sic, argum. C. de prædi. curialium. l. vlt. lib. x. de fundis patrimon. l. 1. lib. 1. 1. & instit. locati. §. adeo. secundum Innoc. & Hosti. hic. & Accur. C. de iure emphyteut. l. fin. Et G. in Spec. Rubrica de loca. & conduct. alias est sub Rubrica de iure emphyt. §. nunc aliqua. verfic. 107. licet aliqui in hoc contra, argum. in lib. seu. de prohib. feu. ali. per Federi. cap. imperialem. colla. x. de dona. inter virum & vxor. cap. nuper. & malè. ¶ Aut queris nunquid possit pignori obligare, & dic quod sic, vt. ff. de pigno. l. lex vectiga. & de pign. actio. l. tutor. §. vlti. de lega. 1. l. si domus. §. fin. secundum Innoc. & Hosti. hic, & Accur. in d. l. fin. & Spec. in §. allega. verfic. 22. ¶ Aut nunquid possit locare, & dic quod sic quia tunc nec dominium nec possessionem transfert. ff. eo. titu. l. non solet. C. de præscrip. triginta vel quadraginta ann. malè agitur. & hoc tenet Spec. in §. alleg. verfic. 123. ¶ Aut nunquid possit in dotem vel donationem propter nuptias dare, & dic quod sic, in auth. de non alie. aut permu. reb. eccl. §. emphyteusim autem. ita tñ quod eodem iure sit apud eum vel eam in quem

in quem seu in quam transfertur, quo erat apud emphyteutā argumen. c. alleg. nuper. & c. imperialem. §. habitio. ¶ Aut nunquid possit legare etiam alicui extraneo, & dic quod sic, vt. ff. de verb. sign. l. in conventionibus. Cum legatum nihil aliud sit quam donatio a testatore relicta vt. ff. de leg. 2. l. legatum. in fine. de leg. circa princ. & notat Spec. in §. alle. 112. ¶ Aut queris nunquid possit permutare, & dic quod non, nam permutatio est vicina emptio. ff. de rerum permul. 2. ex quibus causis i possessio. eatur. l. si immo est species emptio, vt ff. de edil. edic. l. sciendum. §. deinde. Et hoc tenet Spec. ubi. in verfic. 121. Aut in emphyteusim dare, & dic quod non, quia emphyteuta prohibitus est alienare vt hic, & C. de iure emphyteut. l. si. & appellatione alienationis datio in emphyteusim continetur. §. de rebus eccl. non alie. nulli. C. de rebus ali. non ali. l. si. & nota. Spec. in verfic. 125. Et in hoc concordat Accur. C. de iure emphyteut. l. si. ¶ Aut nunquid possit in feudum aliq dare, & dic quod non, argumen. C. de prædi. mi. sine decreto non alie. l. si. & no. ¶ Spec. ubi in verfic. 29. ¶ Aut nunquid possit vendere, seu titulo venditionis transferre, & dic quod non sine pœna huius cap. nisi interueniant illa sex de quibus hic, & in d. l. fin. f. Primum, quod ante quam vendat ipsas meliorationes, dominum requirat de emendo. Secundum, quod denunciet, ipsi domino quantum sibi ab alijs offerretur. Tertium, quod denunciet, quantum vera sibi offerretur. ¶ Holt. licet satis possit contineri, sub casu præcedenti. Quartum, quod a denuntiationis tempore duo rum mensium spatium sit elapsum. Quintum, quod vēdat ius sibi competens. Sextum quod vendat illis qui ab huius modi emptione minime prohibentur, vt sunt illæ per fong, q̄ prohibetur pacto quod interuenit inter dominum & emphyteutam. ¶ Inno. & etiam serui ecclesiæ capitanei, & omnes personæ maiores qui non sunt idonei facilitate conueniendi, vnde posset dñs præiudicium pati. ff. qui fatid. cog. l. 2. sup ver bo prohibentur. Et dicit Host. hic, quod ¶ in hoc quasi quilibet laicus prohibetur in emphyteusim ecclesiastica, vt sicut domini legum per glossas suas excipiunt ecclesias in emphyteusim secularium, sic & nos excludamus laicos per glossas nostras, argum. 2. q. 7. sicut facerdoes. & laici. j. de immu. eccl. non minus. & ca. duersus. Intellige tamen personam prohibitam, omnem illam quæ esset multo diuor ista quæ alienat, & cum quæ ecclesia contraxit, siue secularum siue ecclesiasticam. ¶ Inno. Et idem Ioan. And. qui etiam dicit quod si legat vel donat emphyteuta ius suum ecclesiæ, valet quod ad hoc quod est matationem recipit, pro quo. ff. de le. 3. l. fideicommissa. §. si seruo. ¶ Et de consuetudine seruatur quod ecclesia vendere teneat infra annum. ¶ Inno. de quo in Spec. in d. §. nunc aliqua. ver. 97. & Host. etiam hic & in summa eod. tit. §. quid sit. in fine. quid si dedi. quod si emphyteuta dederit aliq emphyt. & ille tertius vult vendere quod consensum primi domini debet requirere, quia lex dicit dñm requirendum, vt hic. & C. de iure emphyteut. l. vlti. & quia ille in possessionem ponere debet vt ff. de relig. & fump. l. 2. §. j. ad Syl. l. j. §. j. C. de positi. in auth. ten. sed iam tantum. Idem tenet Spec. in §. alleg. nunc aliqua. ver. 226. & Io. An. hic.

Super eodem. c. in §. emphyteut.

¶ Si queris quanto tempore debet creditor, vel emphyteuta cessare in solutione canonis seu pensionis, antequā possit, expelli, distingue. ¶ Aut queris de conductore puta colono, vel inquilino, & talis per biennium cessando expellitur, vt ff. eod. tit. l. quaro. §. inter locatorem. ¶ Aut de emphyteuta, & tunc, aut est emphyteuta priuati, & tunc requiritur triennium antequam expellatur, vt C. de iure emphyteut. l. 2. ¶ Aut est emphyteuta ecclesiæ, & tunc per biennium expelli potest vt hic & in auth. de alie. & emphyteut. §. 2. colla. 9. C. de sacrosan. eccl. in auth. qui rem. & 10. q. 2. hoc ius. §. qui rem. vbi de hoc, & §. de dilatio. litere. & j. de relig. do. constitutus. Aut est emphyteuta fisci, & in tali dicit Accur. sub. forte tamen idē quod in emphyteuta ecclesiæ. ff. de publ. & vec. & con. l. cotē. §. non solutus. ¶ Inno. & Host. in c. alle. litera, dicunt quod statim quod cessatum est in solutione potest expelli per §. alle. non solutus. Idem tenet Spec. eodem tit. alias est sub titu. de iure emphyteut. §. nunc aliqua. circa princip. verfic. 4. verfic. in re autem fisci. nisi esset res fisci in perpetuum locata, tunc enim, non reuocaretur sine principis auctoritate, vt in l. allega. cotē. C. agr. ¶ Inno. eum quod verius videtur. ¶ Et vtrum si ecclesia ita pacificatur cum emphyteuta si non solueris infra annum, soluas pœnam rato manente contractu, soluta pœna poterit emphyteuta rem retinere, licet cesset per biennium soluere pen

sionem. Bar. Brix. in quæstione venerali que incipit esto quod ecclesia ita pacificatur. dicit quod non, quia hoc pactum intro ductum est in fauorem domini, ergo, & c. C. de legib. l. quod fauore. ff. de legibus. l. nulla. Item emphyteuta delinquit, in l. contractus. ergo & c. ff. de mi. lauxilium. j. de vsur. quia frustra. immo videtur quod ecclesia potest eum expellere nulla, pœnæ promissione obstante. C. de iure emphyteut. l. 2. Et in hoc concordat Hug.

¶ In glo. sed nunquid. Si queris vtrum dominus auctoritate, propria potest expellere emphyteutam si canonem debito, tempore non perfoluat. ¶ Ber. & Innoc. dicunt hic quod sic, licet tutius & melius faciat, si auctoritate iudicis hoc faciat, p. l. 2. C. de iure emphy. & per istud. cap. & 10. q. 2. hoc ius. §. qui rem. Idem Accur. in d. l. 2. & G. de Monte laud. extra de re iud. cap. pastoralis. super verbo ex natura feudorum. in cle. Et hoc simpliciter tenuerunt Bul. & Azo. l. quod propria auctoritate possit eum expellere per iura allegata. Sed Host. in summa eodem titu. §. quid sit. circa princip. dicit quod verius videt quod non propria auctoritate, sed per iudicem expellatur, vt hic, quando dicit, nisi celeri restitutione & c. Spe. vero tit. isto alias est sub titu. de iure emphy. §. nunc aliqua. verfic. 48. probabili ter sic distinguit. Aut cessat in solutione canonis per contumaciam, seu aliā quam propter paupertatem, aut cessat in solutione propter paupertatem, in primo casu refert. Aut certum est emphyteutam ius suum amisisse, & dominio possessionē, interuertisse, & tunc bene poterit dominus propria auctoritate eum expellere, & sic potest intelligi opinio primorum. Aut emphyteuta negat rem emphyteutam esse, vel asserit, in solutione canonis cessatum non fuisse, vel aliquid ius in re sibi competere, & de hoc se paratum asseri de iustitia respondere, & tunc quia per negationem res efficitur dubia, dominus non poterit sibi ius dicere expellendo, præsertim si copiā iudicis habeat, argum. ff. ad exhibendum. l. 3. §. ibidem. C. vnde vi. l. non ab re. ibi sine causa legibus cognita & c. & de decuri onibus. l. generali. l. 10. ¶ Inno. eum. Et ita posset intelligi opinio Ho. Et hoc intellige verum si dominus post cessationem huiusmodi, & moram commissam non receperit pensionem, si vero receperit tunc, aut dominus est priuatus, aut est ecclesia. Si priuatus, tunc aut hoc facit sciens rem cecidisse in commilsum, ¶ & tunc recipiendo pensionem renuntiat iuri suo, arg. ff. de leg. commiss. l. post diem. & l. præceden. & not. Ber. hic. Aut facit hoc ignorans, & tunc talis receptio sibi non præiudicat, vt de inof. testa. l. mater decedens. de peti. hæred. l. legitima. 3. q. 9. indicas. C. de inof. testa. l. si quando. & de furis. l. 6. vt notat Spec. in §. alleg. nunc aliqua. verfic. 24. Si est ecclesia, tūc aut hoc facit ignorans, & tunc dic idem quod in priuato, aut sciēs & tunc dic vt not. Ber. hic in glo. & Spec. in §. alleg. ver. 26. vbi ponit totam istam glossam. & in verfic. 21. & 23. & 24. & 27. ¶ In secundo casu, quando cessat in solutione canonis, ppter paupertatem, tunc excutatur soluendo partem canonis quam soluere potest, arg. ff. de colla. bol. l. j. §. si cum duobus. §. de resti. spol. c. olim nobis. j. de solu. c. penult. vt notat Spec. in §. alleg. ver. 29. Et decem & nouem casus in quibus quis dicit sibi ius, vide in Specul. titulo. de actore. §. j. verficulo item, quod vult. circa. 12. col.

¶ De rerum permutatione. Rubrica.

- 1 Permutare rem suam, cum principe, an ecclesia cogenda. c. 3.
- 2 Ecclesia titulum priuilegiata.
- 4 Permutatio rei ecclesiastica cum solemnitate faciendā.



S Principes. Si queris vtrum ecclesia in uita possit cogi rem suā im mobilem cum principe permutare. ¶ Tancr. Petr. & Ber. dicunt hic in gloss. 1. quod non per istum textum, qui dicit de communi voluntate. & c. Et quod talis permutatio debet fieri vbi ecclesiæ vtilitas procuratur, alias non debet fieri, vt j. eodem sicut. vt no. Bert. hic, in glo. puta quia. Et huic opinioni adhæret Archi. 10. q. 2. hoc ius porrectum. §. item prædium. verfic. sed & permutare, sed Lau ren. ibi distinguit. Aut res publica hoc exposcit, & sine damno ipsius ecclesiæ, & tunc cogi potest. Aut res publica hoc nō exposcit, vel forte exposcit, sed hoc fieret cum damno ecclesiæ, & tunc non potest cogi. ¶ Inno. eum. Idem videtur tenere Host. exponens textum hic si causa rationabilis & c. i. si quod expedit principi evidens sit, dum modo ecclesia non damnificetur, hoc enim priuilegium est principis, & sufficere debet ecclesiæ, q̄ tan

2 q̄ tantundem habeat aliunde. Et cum ecclesia sit in infinitis, privilegiata per principes, vt supra de rebus ecclesi. non alic. cū laicis. non video dicit ipse quare tam amara interpretatio fiat sicut fit in d. glo. puta quia contra hunc textum, & naturalem rationem est acceptata sicut dicit lex. ff. de donat. inter virum & vxor. l. si id quod donatum. §. si quis serui operas. Vnde ecclesia hic necesse habuit cum principe permutare, licet sibi nō expedit cum privilegio principis hoc requireret, & si nō fuisset consentire per superiorem cogi posset. j. de iure patri. nullus. secundum eum, ego credo opi. Ber. hic in j. gl. & sequacium veniorem. Vnde aut quæris nunquid ecclesia possit cogi per principem, seu alium secularum rem suam permutare, & credo quod non, quantumcumq; vtilitas principis vel publicae hoc exposcit vt hic, quādo dicit de voluntate cōmuni, & c. nam nullam potestatem potest habere in ecclesiam seu res ecclesiasticas. 96. dist. bene quidem. §. de consuet. c. quæ in ecclesiis, & c. ecclesia S. Mariæ. & in c. alleg. cum laicis. & quia par in parem & c. supra. de elect. innotuit. §. quamuis. Aut nunquid possit cogi ex causa per principem ecclesiasticum, puta Papam, & tunc sic, vt in c. alle. nullus. Et istam coactionem faciat nedum si vtilitas ecclesiæ id exposcat, vt dicit Ber. in glo. puta quia, sed etiam si euident vtilitas principis hoc exposcat, & ecclesia nō damnificatur, & in hoc erit privilegiatus princeps. Si vero in hoc ecclesia non multum lederetur non debet eam cogere. in ista permutacione debet interuenire pragmatica sanctio vt hic, & etiam relictæ iuris solennitates, de quibus satis notatur. j. de rebus eccle. non alienan. c. j. lib. 6. Sed hoc Host. non putat, qd̄ in hac permutacione sint omnes solennitates huiusmodi obseruandæ, alias princeps cui intendit dare privilegium durioris cōditionis esset quam alius, sed certe in quo durioris non video, satis sit ergo sibi quod privilegiatus sit in contractu faciēdo etiam si non expedit ecclesiæ ex quo est sine damno. Et hoc tenas fm̄ Io. And.

- 1 Dedicatum ecclesiæ ad vsus humanos reddit.
- 2 Consecratum iniuste ad vsus humanos reddit. & 4.
- 3 Consecratum ad laicos non transferendum.

M Ancipia Si quæris vtrum semel Deo dedicatum possit ad humanos. i. seculares vsus transferri, distingue. Aut quæris de eo quod est solummodo dedicatum, vt donatum ecclesiæ, venditum, vel legatum, vel alio titulo habili collatum, non tamen consecratum, aut de eo quod nedum est dedicatum, sed etiam consecratum. In primo casu potest ad seculares vsus trāsferri, dummodo interueniat solennitas quæ in alienatione rei ecclesiasticæ requiritur, de qua §. de reb. eccle. non alienan. per totū eodem tit. c. j. & 2. lib. 6. & 12. q. 2. sine exceptione. In secundo casu refert, aut est iniuste consecratum, & tunc potest ad seculares vsus transferri, vt 6. dist. in c. c. ex antiquis. & j. de testa. cap. filius. Aut est iuste consecratum, & tunc aut quæris nunquid possit trāsferri ad seculares vsus autoritate Papæ, & dicitur sic, vt 12. q. 2. ecclesiasticis, quia omnia possibilia potest. vt 9. q. 3. euncta per mundum. & legitur & notat. supra de concess. præben. propositum. Aut autoritate alterius, & tunc aut quæris de seruis fugitiuis, & tales possunt, quod dicitur vt le. & not. j. c. proximo. Aut de alijs rebus, & tunc non possunt vt hic, & in iuribus hic alle. per Ber. in glo. 2. saluo priuilegio principis, de quo supra eodem. c. 1. secundum Host. ex cuius gl. hic quæ incipit; alias consecratum potest sumi ista distinctio a verfic. aut est iniuste vsque hic. sed de isto priuilegio principis dicitur ibi dixi. Item primum membrum de eo quod est iniuste consecratum locum habet & veritatem cōtinet in re animata consecrata vt seruo alieno consecrato. Et est rō, quia seruus est do li capax & delinquit permittendo se ordinari sine domini voluntate, sc̄cus in re inanimata, vt calice & similibus, nam talis res semel consecrata non debet amodo ad prophanos vsus redigi, vt 12. q. 2. aurum. & de consecr. dist. 1. ligna. & leg. & not. 14. q. 6. c. comperimus.

- 1 Permutationem non præcedat pactum.
- 2 Permutationis tractatus cum superiore licitus.
- 3 Permutationis tractatus inter partes illicitus.
- 4 Prælati inferiores permutationibus auctoritatem non præstant.

Vasitum. Si quæris vtrum in & super spiritualibus composito, vel tractato possit interuenire, dicitur vt le. & no. per Ber. & Hosti. &

vt scripsi. supra de tractat. super eo. Sed si quæris vtrum tractatus possit actum permutationis beneficiorum præcedere, distingue. Aut quæris de tractatu qui transit in conventionē vel pactum, & non potest, et in c. alleg. super eo. cum ibi notat. licet G. de monte lauduno videatur contrarium innuere. extra de rescrip. c. grati. glo. si. in clem. vbi dicit quod merita tiones quæ sunt cum superiore sunt licite & permittæ, quod intelligo dummodo non transeat in conventionem vel pactum. Aut de tractatu qui non transit in conventionem, vel pactum. Et tunc aut quæris nunquid permittentes, seu alter eorū possint seu possit tractare cum superiore cuius autoritate permutatio fieri debet, dicendo, cum ego non possim in mea ecclesia securè morari, vel ibi proficere propter diuersitatem lingue, vel alia iusta de causa, supplico vt de mea præbenda, vel ecclesia alijs provideatis, & mihi provideatis de alia, vel dicēdo tali melius competeret ecclesia mea & mihi sua, & dicit quod sic argumen. supra de præb. inter cætera. melius in eo quod leg. & no. j. de cleri. excomm. mi. proposuit secundum Inno. Host. & Io. And. hic. & G. de monte lauduno in d. c. grati. Aut nūquid permutare volentes possint inter se tractare, & tunc dicit Inno. & Host. hic quod non possunt. Idem no. G. j. eodem ca. vnico. lib. 6. Et G. de monte lauduno in c. alleg. grati. Sed in hoc vltimo de facto contrarium feruatur. Et hoc videtur approbare glo. G. super sum. Ray. tit. de simonia. §. excipietem. dicens quod partes possunt inter se tractare voluntates suas sibi inuicem intimare, sed primum tutius secundum eum. Goffr. & dicit quod tractatus bene potest interuenire inter eos, dummodo actus permutationis, per superiorem expeditur. Et sic interpretatur consuetudo curiæ, vt hoc dicit textus. eodem cum vniuersorum. §. cum igitur. vbi dicit quod per se nō possit beneficia ecclesiastica permutare non enim prohibet tractatum secundum Goffr. & Io. And. ibi. Et de hoc no. frater In summa. confes. tit. de simonia. q. 6.

4 ¶ Et nota quod episcoporum est permutare, vel permutationibus auctoritatem præstare, & nō inferiorum, licet ad ipsos inferiores spectet collatio, quamuis tunc consensus illorum sit requirendus, arg. §. de offi. archid. ad hanc de offi. dele. super eo. in fi. de his, quæ sunt a prælat. c. vlti. & j. c. licet sumpto argumento à contrario sensu. lib. 6. quod dicit vt notat Host. in summa. eo. tit. §. quid potest verfic. nunquid sufficit & Host. & Io. And. hic. & Archid. §. dist. c. j. glo. f. & in d. c. licet. Et Io. An. & Gen. extra. e. c. vnico. in clem. Et vtrum capitulum vacante sede episcopali possit huiusmodi permutationibus auctoritatem præstare, vide ibi per eos.

1 Punienus an aqualiter sponte confitens, sicut conuictus.

Vm olim. Hic habes quod eodem modo, punitur sponte confitens, sicut & conuictus. sed contrarium le. & no. 1. q. 8. si qs presbyter. 14. q. 4. nec hoc. 1. 2. q. j. non dicatis. & §. de elec. c. innotuit. §. multa. Sed hoc quod hic dicitur forte fit propter connexitatem, alias secus. vt nota. G. Nafo. & Archi. j. q. 7. si quis omnem. super verbo deponatur.

- 1 Permutantur spirituales pro spiritualibus.
- 2 Permutatur beneficium cum beneficio.
- 3 Permutari non potest beneficium cum non beneficio.
- 4 Permutari non potest ius ad beneficium.
- 5 Permutatio beneficiorum superioris auctoritate firmatur.

A d declaracionem glossæ quæ incipit, ergo temporalia & c. Si quæris, vtrum spiritualia cum spiritualibus possint permutari, distingue. Aut quæris nunquid quo ad proprietatem possint inuicem permutari, & dicitur sic, siue sint eiusdē generis, vt quia sunt duæ decimæ, de quarum permutatione tractatur vel duo beneficia, vt §. eod. ad quæstiones. cum ibi nota. siue diuersorum generum, vt quia ab vna parte est decima & ab alia beneficium ecclesiasticum, vt §. eodem. ad quæstiones. & hic in ver. quocirca a contrario sensu, qñ dicit quod permutatio de spiritualibus ad temporalia improbat, per quod videtur concedere tacitè quod de spiritualibus ad spiritualia, licet diuersorum generum fieri possit, quia quod de vno denegetur & c. §. de præsumptio. nomine. Vnde hic permutatio decimationum ad decem millia salium regalium tenuisset, licet essent diuersorum generum, si illa decem millia salium regalium fuissent res spirituales. Aut quæris nunquid possint permutari non

2 ri non quo ad proprietatem, sed quo ad beneficia, & tunc aut ambo sunt beneficia, & tunc possunt inuicem permutari, vt §. eodem. per totum. & j. eodem. ca. vnico. lib. 6. quod intellige, quando fit permutatio inter illos quorum sunt beneficia permutanda, quia non procedit permutatio si beneficiū meum tibi renuncio, & tuum nepoti meo, vel amico, nec tunc locus esset decretali. j. eod. cap. vnico. lib. 6. Item simoniacum esset, de hoc supra. de offi. deleg. c. ex parte. j. glo. 2. & dixi. §. de refer. ad audentiam. 2. Item si alter non habet ius in beneficio, puta quia simoniace adeptus si permutat cum alio iustum titulum habente non potest illud salua conscientia retinere, quia primum suum non erat, facit. §. vt lite pendens. ecclesia. j. conor. alleg. ibi in glo. 2. & infra. de vsuris. cum tu. glo. vlti. Alias expe dret beneficia per simoniam acquiri si per illam possit ius, in permutatis haberi, & talibus obuiandum est. infra. de diuort. quanto in fi. Nec obstat. ff. de fur. l. qui vas. §. vlti. quia licet pecunia habita de re furtiua non sit furtiua, fur tamen ad restitutionem illius tenetur. Et filius Romanæ curiæ habet cum Papa consert beneficia permutacionis, vel alia cā renuntiata, apponere clausulam in fine, quod intendit Papa plus iuris conferre prouiso quam renuntianti competeret. hæc notat Ioann. And. in d. cap. vnico. super verbo sua. in nouella. Aut neutrum est beneficium, & tunc non possunt, vt in iuribus alleg. Aut alterum est beneficium, & alterum non, & tunc idem. f. quod non possunt inuicem permutari, & pro tanto notat Ioan. Andre. j. eodem. cap. vnico. super verbo beneficio. li. 6. in nouella quod si alterum esset beneficium alterum præsimonia, quæ non haberetur in titulum, vel qui caderet in laicum, non esset locus permutacioni. Item notat G. de monte Laud. & Gen. extra. de præben. cap. per literas. in clem. quod non potest fieri permutatio alicuius beneficii ad hospitalia, xenodochia, leproarias, seu elemosynarias, quia coniugati talia regunt, vt 3. dist. si qui vero. & hoc nisi sint talia in quibus consueuerit poni clerici perpetuo continent, religiose viuentes, & eis pro titulo assignari. Item notat G. de monte Lau. extra. de suppl. negli. præla. cap. vnico. super verbo pensiones. in clem. de pē sione pro titulo recipiendorum ordinum super patrimonio, vel mensa alicuius prælati ordinata, pensionariō assignata, sci licet quod permutari non potest. Item notat G. de monte Lau. in extrauaganti Io. 2. 2. quæ incipit sedes apostolica super verbo ius ad rem. quod ius ad rem seu ad beneficium competens ex gratia sedis apostolicæ, non possunt permutari, cum aliquo beneficio, quia tale ius non est beneficium, nec super ipso, quasi pro titulo poterit quis ordines recipere, vt §. de rescrip. in nostra. & in extrauaganti Io. 2. 2. quæ incipit execrabilis. §. p hoc Hoc idem tenet Ioan. And. infra eodem. c. vnico. super verbo sua. in nouella. lib. 6. per illud. cap. & per c. si tibi absent. de pē bē. & per capitulum vltimum. de concessio. præben. lib. 6. Cum enim beneficium expectanti debitum suum esse non dicatur etiam si vacante ipsius acceptacionem, & collacionem, vt ibi expectantes ambo vel alter permutare non possunt per illam litteram suam. facit. ff. eo. l. j. & de condi. ob eam. vlti. Item hoc casu cessat ratio decre. quæsitum. §. eo. quod etiam expectans beneficium ad titulum huiusmodi non possit ordinari, notat Io. And. j. de præb. si episcopus. in nouella. lib. 6. ¶ Et nota quod in permutatione iurium qualis est permutatio beneficiorum, postquam interuenit auctoritas superioris, statim ius habet permutantes in iuribus permutatis, secus in rebus corporalibus permutatis ad hoc. §. eodem quæsitum. & C. eo. tit. lex placito, vt notat Innoc. §. de præben. glo. scilicet collatio. verfi. possit etiam dici. & Host. post eum. Idem notant. j. de testa. Raynaldus. super verbo teneret. & Gof. j. eodem cap. vnico. super verbo volentes. li. 6. Idem no. Host. in simili. §. de his quæ sunt a prælat. c. 2.

¶ De feudis. Rubrica.

- 1 Feudum temporale in dotem datur.
- 2 Feudum patrimoniale in dotem datur.
- 3 Quod breui manu ad dantem redit alienari non dicitur.
- 4 Feudalis causa secundum consuetudinem agitari debet.
- 5 Feud. causa poss. coram ordinario agitanda.
- 6 Feud. causa petur. inter duos vasallos, mota coram quo agitanda.
- 7 Feud. causa petitio inter dominum & vasallum mota coram quo agitanda.
- 8 Feud. causa petitio inter dominum & non vasallum, coram quo agitanda.

9 Feudi causa petiti. inter vasallum & non vasallum, coram quo agitanda.

10 Ducatus causa apud regem agitanda.

11 Vasalli coram quo litigaturi.

12 Feudum sine vasalli consensu an alienandum. & 14.

13 Contrarior eadem est disciplina.

15 Francia consuetudo circa feudi alienationem.

X parte. Super glo. j. Si quæris vtrum feudum possit dari in dotem, distingue. Aut est feudum temporale, & tale potest dari in dotem vsque ad mortem vasalli, & non vltra nisi dominus consentiret. j. de donatio. inter virū & vxor. c. nuper. & ita intellige istam glossam Ioan. & Ber. hic.

2 Aut est perpetuum & patrimonium in quo succedit filius & tale potest dari in dotem, & etiam potest relinqui pro mortuario, vt nota. §. de rebus ecclesiæ non alienan. ca. cum laicis. fm̄ Host. hic. & q̄ feudum possit dari in dotem not. Innoc. in c. alleg. nuper. Sed Ber. notat contrarium. §. de consuet. quæ in ecclesiis. & est textus pro eo in lib. feu. quibus modis feudū olim alie. poterat. cap. vnico. §. donare. collatio. 10. & not. glo. de prohi. feu. alie. per Federi. c. Imperialem. in princ. collatio. 10. & Specu. hoc tit. §. quoniam super homagio. verfic. 38. hoc videtur verius. ¶ Nisi in casu vbi vasallus ipsum feudum daret, vxori suæ, vt sibi met reacciperet in dotem, quia tunc non videtur ipsum alienasse, sed breui manu ad eum rediisse, argu. ff. de iure do. l. licet. §. quotiens, quia non videtur verum. & c. ff. de in rem verso. l. si pro parte. §. verum. & ita loquitur. cap. nuper allegatum.

¶ Si quæris coram quo iudice, seu quibus iudicibus causa debeat agitari & terminari, distingue. Aut apparet de vsu, vel consuetudine legitime præscripta coram quo seu quibus debet agitari, & tunc coram illo seu illis agitari debet, vt in lib. feud. de cogni. feu. cap. j. in fi. consuetudo enim dat iurisdictionem, vt supra de foro compet. cum contingat, quod intellige vt notat Host. in summa, eodem tit. §. vlti. in fi. verfi. finaliter.

3 Aut non apparet de vsu vel consuetudine, & tunc, aut agitur iudicio possessorio seu de iure possessionis, & tunc siue sit q̄ inter dominum & vasallum, siue inter duos vasallos, siue alios non coram domino feudi, sed coram ordinario vel delegato, erit quæstio terminanda, vt §. de foro compet. ex parte. secundum Goffr. & Ber. ibi. & Gof. Ber. & Host. supra, de iud. cæterum. & Host. in summa, eodem tit. §. vlti. verfic. quid si inter duos. Aut agitur iudicio petitorio seu de iure proprietatis, & tunc aut est controuersia inter duos vasallos quolibet afferente se esse vasallum, nec reuocatur in dubium quoniam res, de qua agitur sit feudalis, & a quo in feudum teneatur, sed dubitatur quis sit vasallus, aut inter dominum & vasallum, aut inter dominum & alium qui non est vasallus, aut inter vasallum, & alium qui non est vasallus. In primo casu coram domino debet agitari, vt in lib. feud. de prohi. feu. alie. per Federi. cap. imperiali. §. præterea si inter duos. §. de iudic. cæterum. vbi hæc notat Ber. Innoc. & Host. & c. nouit. de foro compet. ex trāmissa. & c. verum. quod verum est etiam si sit talis dominus, q̄ alias iurisdictionem non habeat, vt notat Vinc. in alleg. nouit. interest. n. domini hoc discutere fm̄ Goffr. In secundo casu refert, aut non est dubium nec quæstio super iure, seu dominio directo feudi spectante ad dominum, sed solum de dominio vtili seu alio iure spectante ad vasallum rem feudalem, cognoscentem, vt quia est quæstio inter dominum & vasallum, vtrum vasallus debeat perdere feudum, vel habere, vel vtrum debeat tributum vel aliud simile. Aut est dubium & quæstio, de iure seu dominio directo ad ipsum dominum spectante, vt quia aliquis asserit se dominum feudi, & petit se in dominum recognosci, possessor autem negat. In primo casu refert, aut dominus habet pares curiæ, & tunc coram paribus ipsius curiæ debet agi & terminari, vt in §. alleg. præterea si inter duos, pares autem ita debent eligi, si enim consentiant in eis planum est, si vero dissentiant tunc dominus eligit primo, quos voluerit, postea vasallus eligit fm̄ numerum a domino ap. batum, dum tamen a neutro eligantur pares qui fidelitatem, domino non iurauerunt inuito altero eorum, vt in lib. feu. de controuersia feudi apud pares terminanda. c. si inter dominū. debent enim pares qui debent cognoscere a domino sub debito fidelitatis coniurari, vt in §. alle. præterea si inter duos. fm̄ Host. in summa. eod. tit. §. vlti. & idem Inno. & Host. & Io. And. in cap. alleg. cæterum. dicentes quod non credunt omnes vasallos esse vocandos vt iudicent, sed ex paribus vel ex vasal-

his dominus vnum eligit & vasallus alterum. arg. 2. q. 6. placuit melius. in c. alleg. si inter dominum. Aut dominus non habet pares, & tunc dicitur glo. & fac. de bello visu in c. alleg. imperialem. §. preterea si inter duos. q. index rei erit iudex. argum. C. de iurisd. omnium iudicum. l. iuris ordinem. & vbi in rem a. c. i. l. vlti. Inno. vero, in c. allegat. caterum. dicit quod eo casu succedent arbitri ad similitudinem iudicum suspectorum. §. de app. cum speciali. & 1. r. q. j. clericus aduersus, sed primum videtur verus per ea que notat Ho. §. de preben. dilectus. 3. & Io. And. in d. c. caterum. in principio magna glo. & j. de ap. Romana. §. debet. lib. 6. in nouella. dicens certum esse, quod si de feudo regali esset questio cum Episcopo & tertio, Rex esset competens iudex, si inter Regem & episcopum iretur ad pares. Si tamen episcopus negaret rem esse feudalem, rex actor conueniret eum coram metropolitano. Sed si episcopus vasallus regis infeudauit partem, & de hoc est questio coram ipso episcopo inter vasallos si ab eo appelletur, & tunc ad regem, primum feudi dominum appellabitur. In secundo casu, si quando est dubium seu questio de iure, seu dominio directo ad dominum spectante, vt quia actor asserit se dominum feudi, & reus negat, & tunc coram loci ordinario est agendum, & non coram illo qui dicit se dominum ne sit iudex i causa sua. Et ita intelligo opinionem Goff. quam recitat Host. in d. §. vltimo. **§. verificum Goff. & c.** In tertio casu quando est controuersia inter dominum, & alium qui non est vasallus, puta emptorē feudi, vel alium non possidentem ipsum feudum, tunc iudex, rei cognoscat, argum. §. de foro compe. cum sit generale. & cap. si. C. de iurisd. omnium iudicum. l. iuris ordinem. & hoc tenet Host. in summa. eodem titu. §. vltimo. verificum. si vero controuersia In quarto casu. quando est controuersia inter vasallum, & alium qui non est vasallus, tunc aut non vasallus conuenit vasallum, aut econtra vasallus non vasallum. Si non vasallus conuenit vasallum, tunc aut tam petens quam vasallus contentitur hoc esse de feudo talis, puta Titij domini, & tunc Titius dominus cognoscat, vt §. de iudi. c. caterum. c. ex transmissa. & c. verum, quod verum si ille dominus feudi paratus sit tenere iustitiam, alias in subsidium etiam ordinarius vel delegatus cognoscat. §. de foro compe. ex tenore. & c. cum sit generale. Aut alter eorum negat, & tunc durū esset quod dominus haberet cognoscere, quia iam esset iudex in re sua. §. de foro compe. si clericus, quod esse non debet. C. ne quis in causa sua, ius sibi dicat. in rubro & nigro: quia cum hoc in fraudem negari possit, vt declinaretur iudicium domini dici potest quod dominus eos compelet ad iurandum de veritate dicenda, argum. §. de probatio. sicut consuetudo, quia malitij obuiandū, est. ff. de rei vend. l. in fundo. §. de rescrip. c. plerunq. & c. nonnulli. vnde dicas q. si petens confiteatur, & possidens neget cognoscat dominus, quia iudicij redditur in inuitum. ff. de verborum oblig. l. inter stipulantem. §. j. Si vero petens neget, vel vterq. neget, tunc cognoscat iudex ordinarius, vt lites dirimatur & circuitus tollatur. ff. si certum petat. l. quidam. & §. de rescrip. c. fina. de ordin. cogn. tuam. cognoscere autem potest, de questione feudi. l. an sit feudum nec ne, & sic an sua sit iurisdictio nec ne ff. de iudi. l. si quis ex aliena. & si pronuntiet feudum esse, remittet eos coram domino feudi, qui de principali cognoscat, alias & ipse de principali cognoscat, argum. §. de rescrip. c. dilectus filius. l. faracenus. in fi. & cab excommunicato. Si vasallus conuenit non vasallum tunc semper ordinarius, cognoscat, quia actor sequitur forum rei. §. de foro comp. c. si clericus. & c. de iurisd. om. iudi. l. iuris ordinem. argum. ad hoc de inuesti. in maritum facta. c. illud tamen sciendum. & an apud iudicem vel curiam domini causa feudi terminari debeat. c. ex eo. & de pace r. §. si duo homines. & §. se. In Hostien. in §. alleg. vlti. Et videt quod notat gl. in §. alleg. illud tamen. de inuestitura in maritum facta. vbi distinguit quando est contentio inter duos vasallos, seu inter vasallum & alium. Aut est contentio inter eos qui proprie dicuntur capitanei, vt duces, comites, & similes, & tunc Imperator est iudex, si ab eo feudū habent, vel Rex si a Rege, vt in lib. feudorum apud quem, vel quos controuersia feudi. diffi. debeat. c. j. & de lege Conradi. c. j. Aut est contentio inter alios vasallos, & tunc aut constat vtrūque esse, alias de alijs feudis esse vasallum eiusdem domini, & ipsi & dominus hoc consentiunt, sed est controuersia, de aliqua parte alterius feudi, vel de toto feudo quod pertinet ad eundem dominum, & tunc dñs est iudex, vt in d. §. si inter duos, vbi hoc notant. Aut constat vnum tantum esse vasallum, de feudo aliquo, de quo non est questio, est tamen de alio feudo,

& tunc pares erunt iudices, vt in lib. feud. apud quem vel quos c. j. 2. responso. & de l. contradi. c. j. 2. responso. Aut est dubium, quis eorum est vasallus, & pretendunt ambo inuestituram ab eodem domino & tunc aut est contentio inter eos, quorum vterque suum nouum & proprium feudum esse dicit, & tunc iudex vel arbiter cognoscat, vt de l. contradi. cap. j. Aut inter eos quorum vterque dicit antiquum, & tunc cognoscat dominus cum curia, vt in d. §. illud tamen. Aut est contentio inter eos quorum alter dicit antiquum, alter nouum, & proprium, & tunc iure antiquo iudex ordinarius vel arbiter cognoscat, vt de inuestitura in maritum facta. c. 1. in princip. hodie vero pares curia, vt an apud iudicem vel curiam. cap. 1. Aut contentio est inter duos qui producunt diuersos inuestitores, & tunc iudex vel arbiter cognoscat vt de l. contradi. cap. 1. in princip. Aut est contentio inter vasallum & alium quem constat non esse vasallum, & tunc iudex ordinarius rei cognoscat, vt de controuersia inter vasallum & alium de beneficio. c. 1. secundum Iaco. de bello visu. & in glo. pro parte. & ista membra addas ad premissa. & sic habebis distinctionem perfectam. **¶** Supra de constit. capitulo quæ in ecclesiis tractauit vtrū vasallus sine voluntate domini possit feudum in alium trāsferre re. Nunc restat videre, vtrum econtra, dominus sine voluntate vasalli possit feudum in alium trāsferre, & videtur quod sic ad instar cessionis, quæ potest fieri contra debitorem eo inuito, vt legi. & no. C. de donatio. l. illam. & de nouati. l. 3. §. de ali. mu. iudi. causa facta. c. fi. Et quia nihil est tam naturale quā voluntatem domini & c. instituti. de rerum diuisione. §. per traditionem. Azo cuius fuit hæc questio determinat, quod sicut vasallus non potest inuito domino feudum alienare, quinimo talis alienans ipso iure cadit a iure feudi, secundum Inno. Abba. & Io. An. hic ita nec dominus potest inuito vasallo, quia contrariorum eadem est disciplina, nec debet ex contractu vni partium licere quod alteri non licet, argum. C. de fruct. & lit. ex l. vltima. §. de mutu. peti. c. vlti. & videtur casus in lib. feu. de phi. feu. aliena. per Fede. capitulum Imperiale. §. preterea ducatus. & ita determinat Azo. in questionibus suis in questione illa, quæritur an dominus. Rex & c. Idem tenet Dynus nisi emineat necessitatis casus, quia tunc non expedit vti seruitio vasalli, argum. ff. de operis lib. l. patronus. & l. medicus. vt not. p. eū. ff. soluto matrimonio. l. 2. §. vltima. Circa quod quidam, Docto. moderni distinguunt, tunc dominus, & tunc vasallus vasallum suum in alium maiorem dominum, & tunc potest, quia facit conditionem eius meliorem, cum sub maioris iudice genus constituta maiori securitate gaudeat, vt in authentic. de defenso. c. §. gaudeant. collatio. 3. Et ideo cum profit vasallus cogitur consentire, argum. §. alleg. voluntatem. de euictio. l. in creditorem. Aut vult trāsferre feudum in minorem dominum, & non potest, quia in hoc facit conditionem vasalli, deteriore. Petrus vero de bel. Pertica tenet quod nec in maiorem nec in minorem trāsferri possit inuito vasallo, quem admodum nec ius filiationis trāsferri potest filio inuito. ff. de adop. l. 2. & l. in adoptionibus. Idem tenet Host. §. de mai. & obedi. cap. dilecti. & Specu. hoc tit. §. 1. verificum. 29. per §. alle. preterea ducatus, vbi hoc idem tenent glo. & Iaco. de bello visu per c. de l. contradi. vnico. §. ex eadem lege. vbi hoc determinat expresse, & hoc tenas de iure licet de consuetudine in regno Franciæ contrarium obseruetur. vtrum autem vasallus possit feudum pro anima legare. vide per Hostien. in summa. titu. de immu. eccle. §. in quantum. verificum. sed nec illa, & verificum. solutio. vq. in fi. & per fratrem Io. in sum. confess. tit. de decif. q. 71. vtrum vasallus. & c.

¶ De pignoriibus. Rubrica.

- 1 Pignora res ecclesiastica, non est sine necessitate, vel utilitate.
- 2 Pignori an possit res ecclesie pro eius utilitate.
- 3 Pignori res ecclesie prelati pro necessitate sua.
- 4 Pignora res, ob utilitatem ecclesie ab ea luenda.
- 5 Pignora a prelato, ob necessitatem, ab eius successore luenda.
- 6 Pignora ob utilitatem prelati ab eius hærede luenda.

¶ Praesentium. Si quæris nunquid & quando prelati ecclesie possit rem ecclesie obligare, & vtrum & quando prelati obligatus vel successor ipsius ea luere tenetur, distingue. Aut quæris primo vtrū possit rem ecclesie obligare, & tunc aut sine aliqua necessitate vel

vel utilitate, & dic quod non, vt §. eodem. c. 1. & §. de rebus eccle. non alie. c. nulli liceat. & per totum. Aut vtrum possit eam obligare pro aliqua necessitate vel utilitate, & tunc aut pro necessitate vel utilitate ecclesie, aut pro necessitate vel utilitate propria. In primo casu dicit quod illas res quas potest alienare & in illis casibus in quibus potest alienare, de quibus dixi in c. alleg. nulli liceat. poterit & obligare, quia si potest alienare, quod est maius, multo magis & obligare quod est minus, argum. §. de elect. cum in cunctis. in princip. cum ibi alleg. & no. per Ber. & Hostien. §. eodem. c. 1. Illas vero res quas non potest, & in quibus casibus non potest alienare, nec poterit regulariter obligare, argum. ff. quæ res pigno. obliga. possunt. l. 2. §. eam rem. & C. de rebus alie. non alie. l. vltima, quia appellatio alienationis pignoris obligatio continetur vt ibi, & in c. alleg. nulli liceat. In secundo casu refert, aut vult obligare, pro sua utilitate propria, & tunc non potest, argum. §. eod. ca. 1. Aut vult obligare pro sua necessitate propria, & tunc aut pro necessitate propria patrimoniali, vt pro vineis propriis patrimonij, putandis seu colendis, non pro sustentatione personæ suæ, & tunc non potest vt hic. & §. eod. c. 1. Et ita intellige glossam. 1. Ber. hic & iura in ea alleg. quia non tenet obligatio nisi in his rebus quæ quis de bonis suis reddit obnoxia, vt C. quæ res pigno. obliga. possunt. l. qui filios. si res ali. pigno. data sit. l. curator. Aut pro necessitate propria personalij, puta pro sustentatione personæ suæ, & tunc potest, nam tunc obligaretur ecclesia si ei deferretur & officaret, argum. §. de prebend. cum §. apostolum. In Hostien. alias si non deferretur fecus. argum. C. de episcop. & cleri. l. generaliter. §. de cleri. non residen. cap. penulti. & per totum. nisi infirmitate, vel alio impedimento excusabili teneatur. §. de cleri. egrotan. per totum. Aut quæris de secundo. vtrum & quando prelati obligatus, vel successor ipsius rem obligatam luere teneatur, & tunc aut obligatus pro necessitate vel euidenti utilitate ecclesie, & tunc ecclesia in cuius utilitatem debitum est versum, seu ipse de bonis ecclesie & non de bonis proprijs luere tenetur. Ecclesia. n. obligatur in quantum versum est in utilitatem suam, & facta est locupletior. 1. q. 2. hoc ius portectum. in fi. §. de in integrum restitutione. c. j. cum ibi not. Aut obligatus pro necessitate sua propria, & tunc aut pro necessitate temporali, & tunc idem per premissa, aut pro necessitate patrimoniali, & idem. Si pro utilitate, & tunc aut creditor sciebat rem quæ obligabatur, esse ecclesie, & tunc obligatus. Si sciebat tunc ecclesia rem liberè petere potest, & nullus eam luere tenetur, cum creditor esset in culpa, argum. ff. de contrahen. empti. l. liberi. & l. seq. Fallit in casu vbi creditor nullo modo rem redderet nisi suum recuperaret, vt hic forte fuit, sic. §. de rebus ecclesie non alienandis ad au. dientiam. & c. ad nostram. 1. 2. q. 2. si qua de rebus. & cap. si quis quelibet. Aut ignorabat, & tunc ipse obligans vel hæres eius de bonis proprijs eam luere tenetur, vt hic §. In Gof. Innoc. & Hostien. hic.

¶ Et nota Inno. & Host. hic q. hæres sacerdotis alienatis tenetur ex facto ipsius, quando dolo vel lata culpa interuenient aliquid gessit, vel si quid ad eum peruenit, vel hæres suos. de leui. n. culpa non tenerentur hæreses, vt C. de hæred. tuto. l. j. & 4. & fin.

- 1 Pena loco interesse an licite promittitur.
- 2 Pena in fraudem vsurarium non promittenda.
- 3 Pena in datione speciei peti potest.
- 4 Pena in obligatione facti licite petitur.
- 5 Fructus rei obligata in sortem computandi.
- 6 Fructus a debitore percepti in obligationem cadunt.
- 7 Fructus a possessore rei pignorat a qualiter petendi.
- 8 Fructus pendente iudicio percepti officio iudicis restituendi.

¶ Llo vos. Si quæris vtrum sit vsura, si pena imponitur nisi soluat certotempore, distingue. Aut pena imponitur, seu adjicitur, contractui mutui, aut imponitur seu adjicitur alteri contractui seu obligationi. Et si adjicitur alteri contractui seu obligationi tunc, aut adjicitur dationi alienius pecunie, aut adjicitur dationi speciei, aut adjicitur facti. In primis duobus casibus refert. Aut si pena promittitur, & apponitur loco interesse, & talis valet & est licita, quatenus interest, vt quia forte emertat or, qui in nundinis lucrari solebat. & fuit stipulatus penam nisi sibi in nundinis solueretur. ff. de actio. & obligatio. l. trahit. §. de illo. de actio. emptio. & vendi. l. si sterilis. §. cū per venditorem, & l. prædā. pro socio. l. socius vel quia in pe-

nam quam promisit alij si non solueret certa die incidit. ff. de feruis expor. l. feruis ea lege. hoc tenent gl. & Cyn. C. de vsur. l. cum allegas. Idem Host. j. de vsur. salubriter. & in summa. tit. de vsuris. §. in aliquo casu. vbi dicit quod vsura potest peti, vt interesse. Aut non promittitur seu apponitur loco interesse, & tunc aut non fit fraude vsurarum, & tunc talis pena est licita, argum. §. de arbit. c. dilecti. & hoc notat Hostien. in di. §. an aliquo. Aut fit in fraudem vsurarum, & tunc est illicita, non tamen potest conueniri vel condemnari ab ecclesia. Aut est dubium ita quod veniatur ad præsumptionem, & tunc aut quæris in foro iudiciali, aut in foro animæ. Si in foro iudiciali, aut ille qui talem penam apposuit consuevit esse vsurarius, & tunc præsumitur quod in fraudem vsurarum adiecit penam, & quod est vsura, argum. ff. de actio. emptio. & vendi. l. iulianus §. idem papinianus. de vsuris. quæ semisses. & hic. & §. de emp. & vendi. ad nostram. Vnde præsumitur contra aliquem ex eo, quod facere consuevit. ff. de pignor. actio. l. vel vniuersorum. ad Macedo. l. fed Iulianus. §. quod dicitur. & de legatis. j. l. si feruus plurium. §. fi. & de legat. 3. l. nummis. Aut non consuevit, esse vsurarius seu dare ad vsuras, & tunc non videtur esse turpe lucrum, nec præsumitur quod hoc fecerit in fraudem vsurarum, sed potius vt coarctaret debitorem ad soluendum, quia interesset sua tunc pecuniam sibi solui, arg. ff. de peti. hæredi. l. vtrum. §. proinde. vbi de hoc secundum Hug. qui hoc not. 1. 4. q. 3. plerique. est etiam præsumptio quod sit vsura si per singulos annos vel menses dicatur committi. argum. C. de vsur. in authent. ad hæc. Et idem in similibus quæ ab vsurarijs solent specialiter exerceri, talia. n. semper inducunt præsumptionem prima facie quod sit vsura. Si quæris in foro animæ, tunc dicit Archidia. fratem confessioni suæ, sed propter præsumptionem contrarias diligentius examinarem suam conscientiam secundum Ray. de pena forti. hoc videtur etiam Goff. approbare, dicens quod si sit pena adiecta in contractu mutui non præsumitur in fraudem vsurarum adiectam, nisi ex qualitate personæ creditoris, vt si consuevit fenerari vt hic, & in d. §. ibidem. Ita not. Archid. 1. 2. q. 2. cum deuotissimam. in glo. adde fed quid de pena. Et in hoc satis concordant Ber. & Host. hic in glo. fin. & §. de arbit. dilecti. & Innoc. j. de penis. suam. Et frater Io. in summa confess. titu. de penis. q. 2. & Accur. in d. §. ibidem. & in d. l. cum allegas. & hæc vera. quando pena adjicitur contractui, mutui qui consistit in numero pondere vel mensura vel alteri obligationi continenti dationem pecuniæ. In tertio casu quando pena adjicitur dationi speciei, videtur quod non fit vsura, & quod possit peti quantumque, quia species non parit vsuras ff. de vsuris. l. in fideicommissi. §. fin. In quarto vero casu. si quæ adjicitur facti, seu obligationi facti, idem. vt possit exigi quantumque, quia facta non pariunt vsuras. ff. de arbit. l. non disti. guemus. in princip. & per totum. si quis cauti. l. si feruus. §. j. & per totum. Melius ff. de actio. emptio. & vendi. l. Lucius. de verbo. oblig. l. stipulatio ista habere licere. §. alteri. instit. de inu. rili. stipulatio. §. alteri. illa. n. stipulatio de dando alteri est stipulatio faciendi & non dandi respectu stipulantis, vt probatur ibi, quando dicit vt si nisi ita factum sit. & c. Et est expressum. ff. de verborum obliga. l. liber homo. §. fin. In his concordat Accur. in d. §. ibidem. & Accur. Pe. & Cy. in d. l. cum allegas. & Iac. de Ra. & Pet. in d. §. alteri.

¶ Hic habes quod fructus rei obligat. computantur in sorte, vt §. eodem. cum. contra. & cap. significante. Et hoc intellige de illis fructibus, quos ipse creditor per se vel per alium percipit. Sed si quæris vtrum, & quando fructus rei obligatæ ab alio quam a creditore percepti, cadant in obligationem, & quo iure possint peti, distingue. aut fructus percipiuntur ante iudicium, aut percipiuntur pendente iudicio in hypothecaria actione. Primo casu, aut percipiuntur manente dominio debitoris, aut eo mutato. Si manente dominio refert. Aut percipiuntur a debitore, aut ab alio. Si a debitore tunc non est dubium, quod sunt obligati, & quod per hypothecam petantur, vt C. in quibus causis pignus tacite contrahitur. l. quamuis. sicut etiam patet de partu rei obligatæ edito penas debitorem. vt C. de partu pig. l. j. & ff. de pigno. actio. l. si conuenit. §. si fundus. Si percipiuntur ab alio non mutato dominio, tunc a bonæ fidei possessore, aut a malæ fidei possessore. Si a bonæ fidei possessore, tunc aut extant, & tunc cadunt in obligationem, & petuntur, per hypothecariam. Aut sunt consumpti, & tunc si bona fide non petuntur. Si mala fide sic, quia videntur extare cum mala fide consumpserit. vt ff. eodem. tit. j. §. cum prædium. vbi de hoc & lege si fundus. §. interdum. Si autem fructus percipiuntur mutato dominio debitoris, refert. Aut fuerunt satis a debitor,

bitore, & sic fuerunt in dominio eius, & tunc cadunt extantes in obligationem, consumpti vero non sicut partus ancille grauide obligate. ff. de pigno. l. Paulus. §. si mancipia. Aut non fuerunt fati a debitore, & sic nunquam fuerunt in eius dominio, & tunc idem quod in partu ancille obligatae penes alium, quam penes debitorem, puta penes emptorem concipientem, & pariente qui partus in obligationem non cadit, vt in d. l. si conuenerit. §. si fundus. & d. l. Paulus. §. j. Si quis in secundo casu. s. quando percipiuntur pendente iudicio in hypothecaria actione, tunc veniunt officio iudicis non iure actionis, vt in d. l. si fundus. §. interdum.

- 1 *Heretica, & excommunicata non habent priuilegia dotis.*
- 2 *Mulier habet tacitam hypothecam pro dote repetenda.*
- 3 *Mulier praefertur prioribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam.*
- 4 *Mulier an praefertur prioribus creditoribus habentibus expressam hypothecam. 6.*
- 5 *Si vinco vincentem te, a fortiori vinco te.*
- 7 *Priuilegia 24. dotti*
- 8 *Bona quaesita, naturaliter ex bonis mariti sunt vxori obligata.*
- 9 *Bona ex negotiatione quaesita de bonis mariti, vxori non obligata.*
- 10 *Mulier habet priuilegium prelacionis in paraphernalibus. 13.*
- 11 *Maritus non habet priuilegium prelacionis pro donatione propter nuptias*
- 12 *Mulier habet priuilegium prelacionis pro donatione propter nuptias*
- 14 *Res transit cum onere reali.*
- 15 *Res non transit cum onere personali.*
- 16 *Res an transeat cum onere mixto.*
- 17 *Fideic. efficax remanet licet haereditas diuidatur.*

X literis. Si quis vtrum vxor habeat in bonis mariti pro dote repetenda tacitam hypothecam & quam, distingue. Aut quæris, de mulieribus quæ catholicam non percipiunt communionem, vt sunt hereticæ, & excommunicatæ, & similes, & tales non habent tacitam hypothecam, vt C. de hereti. l. 1. & Authentici ibi signata. Item priuilegium, & notat Ber. hic in glo. hoc priuilegium in fi. & Host. post eum. Aut quæris de alijs, & tunc, aut quæris vtrum vxor habeat tacitam hypothecam communem pro dote repetenda, & dic quod hic. & C. i. potio. in pigno. ha. l. asiduis. Aut quæris vtrum habeat hypothecam priuilegiatam. s. quod praefertur prioribus creditoribus mariti, & tunc refert. Aut quæris vtrum praefertur prioribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam, & dic quod sic, vt in d. l. asiduis. Sed fallit primo in priore vxore repetente dotem suam seu hæredibus suis, quibus non praefertur, vt ibi in §. exceptis, quod verum etiam si illud prius matrimonium non tenuit, nam etiam inter personales actiones habet priuilegium, vt ff. de priuileg. credit. o. l. 2. §. fin. & l. seq. vt not. Io. & Accur. ibi in l. allegat. asiduis. & soluto matrimonio. l. si cum dotem. §. vltimo. Fallit secundo in fisco, vt C. de priuileg. fisci. l. 2. Fallit tertio in eo cuius pecunia est empti malitia, vt C. qui potio. in pign. habe. in authen. quod iure. Aut quæris vtrum praefertur creditoribus habentibus hypothecam expressam prioris temporis, & dic, quod non, argum. pro hoc, C. de iure do. l. 2. & de tertio pigno. da. ma. l. 2. vt hic notat Accur. in d. l. asiduis. in glo. licet & Dy. in l. de actio. §. actionum in fi. & Ber. & Inn. & Host. hic. Sed Mar. tenuit contrarium. s. quod praefertur prioribus habentibus expressam, & hanc opinionem sequuntur Iaco. de Are. Pe. de bella pertica. & Guido de suza. in d. l. asiduis. his potissime rationibus, quia textus, ibi dicit contra omnes, & quia dicit eam praeferrere creditoribus vallatis priuilegio temporis, ergo non loquitur solum de vallatis priuilegio legis, sed illam praeferrere habentibus tacitas tantum, esset contra priuilegium legis non temporis. Et Pet. dicit bat se non videre quomodo respondeatur argumento si vinco & c. ff. de diuersis & tempo. praescriptis. lege de accessionibus. cum mulier vincat credentem in refectionem qui vincit, priores habentes expressam, vt in authentica. de equali. dotis. §. his consequens. collatio. 7. signata super d. l. asiduis, quæ rones licet multum urgeant potest tamen eis responderi sic. Ad primam, quod illud omnia, non includat habentes expressam anterioris temporis, quia istud priuilegium est inductum in fa-

norem mulierum, sed quod vertatur in præiudicium priuilegiorum in his, quæ suo facto sibi quaesierunt non est dicendum. ff. ne quid in loco publico fiat. l. 1. §. merito. & §. si quis a principe. C. de emancip. liberis. l. nec aus. vnde illud omnes cuiuslibet intelligi debet. argum. ff. de seruitu. l. si cui. Ad secundam, quia litera illa dicit praefertendam mulierem creditoribus, licet anterioris temporis priuilegio sint vallati, sed priuilegium est lex priuata 3. dist. priuilegia. & j. de verborum signific. Abbate sane. & sic supponit quod illis praefertur qui habent priuilegia a lege non ex pacto sua, ratio est quia specialia facilius tolluntur. & c. ff. de testamento milita. l. eius. §. j. & in authentica. de non aliena. §. quia vero verisimile. collatio. 2. Ad tertiam, quia illud argum. si vinco. fallit in casibus quod dic vt lega. & no. ff. qui po. in pigno. hab. l. claudius. & C. de natu. lib. authentica. licet. Item non dicit quod mulier vincat, prius credenda in refectionem, sed bene posterius vt ibi, quod verum forte, quod non praefertur, etiam in bonis postea quaesitis, cum æq. pareret habens generalem habenti specialē & expressam, vt C. qui po. in pigno. hab. lege. si generaliter, vt notat Accur. in l. allegatis asiduis. in glo. j. licet Et Speculo. Rubrica de donatione inter virum & vxorem. §. 2. in fi. Et ibi vide quot priuilegia habeat vxor, circa dotem repetendam, vbi enumerat. 24.

¶ Hic habes quod bona mariti sunt tacite obligata pro dote. Sed si quis nunquid bona quæ acquisierunt hæredes mariti, ex bonis mariti sunt obligata pro dote vxoris, quædam glossa dicit quod non. C. qui po. in pigno. hab. lege asiduis. in glo. 1. licet. Tu vero distingue. fm Cynum ibi. Aut illa bona sunt quaesita ex bonis mariti per naturalem acquisitionem, & tunc habet vxor quondam ea obligata. vt ff. de pign. l. Paulus §. primo. Aut sunt quaesita aliunde, vt ex negotiatione, & tunc non habet ea obligata, vt C. in quibus causis pignus tacite contra hi. l. quamuis. & ff. de coniugen. cum emancip. libe. eius. l. cum emancipatus. §. penul.

¶ In glo. hoc priuilegium. Si quis vtrum vxor habeat idem priuilegium in bonis paraphernalibus. quod in dote, quod ad hoc vt bona mariti sine tacite sibi obligata, & distingue. fm Hosti. & Io. And. hic. Aut vxor per specialem hypothecam sibi non prouidet & tunc sic, aut per specialem sibi prouidet, & tunc fecus. vt C. de pactis conuentis. lege vlti. Et gratia huius quia intrinsecus sunt leges loquentes de ista materia. Si quis vtrum in donatione propter nuptias locus sit priuilegio sicut in dote, sic distingue, aut quæris de actione intentanda a marito, aut de actione intentanda a muliere. In primo casu si quis vtrum maritus habeat tacitam hypothecam in bonis vxoris, sicut ecotra. Dicunt doctores iuris ciuilibus communiter, quod non, quia non est lege cautum, nec est nostrum legem extendere. ff. soluto matrimonio. l. si verò negotium. §. de viro. ¶ In secundo casu quando quaeritur de muliere, tunc aut mulier, vult agere pro donatione ante nuptias ex pacto lucranda, & in isto casu habet tacitam hypothecam, vt C. de iure doti. l. vbi. sed non habet tam priuilegiatam vt praefertur anterioribus creditoribus habentibus tacitam hypothecam, sed posterioribus tantum, vt C. qui po. in pigno. hab. l. asiduis. in fi. habet ergo hypothecam communē, & sic intelligitur. dicta lex vbi. Et idem intellige de hypotheca quam habet pro bonis, paraphernalibus, vt in d. l. vtri. C. de pactis conuentis, fm Inn. & Ioann. And. hic. Aut vult mulier agere pro donatione tantquam obligata pro sua dote, vt sibi satisfaciatur, & eo casu, dico quod mulier habet fortius priuilegium in ista donatione, sequenda quam habeat in alijs bonis mariti, pro repetitione dotis, vt in authentica. vt immobilia ante nuptia. donatio. §. j. collatio. 4. Et vide Host. in sum. eo. tit. §. qualiter contrahatur, sub §. conuentualium, & per totum.

¶ Hic habes quod res transit cum onere suo, & concor. ff. de seruitu. multi. prædio. l. via constituit. §. 2. & de pigno. actio. lege si conuenerit. §. si fundus, & de manum. l. Caius. C. de fideic. missis authent. hoc amplius, & de prædij nauicula. l. 2. 11. & in alijs concordant, hic alleg. in glo. vlti. Circa quod distingue. Aut quæris de onere reali, & cum tali onere semper transit, vt hic, & in iuribus alleg. & 16. q. 1. si quis laicus. §. de decimis, cum non sit, & de vsuris, quanto, §. fin. vbi de hoc. & extra de censibus. cap. j. in clem. ¶ Aut de onere personali, & tunc fecus, vt ff. de actio. emptio. & vendit. l. Iulianus. §. idem Celsus. in fi. ¶ Aut de onere mixto reali, & personali, & tunc idem videtur dicendum quod in onere reali, & ita loquitur allega. quanto. §. si intelligendo quod ibi loquitur de obligationibus, & alijs commodis quæ curatus a parochiano christiano & eius familia

lia recipere confuevit, quod dic, vt not. Hostien. ibi iuxta hoc posset quaeri de tali dubio domum mihi communem pro indiuiso cum Titio obligauit feneratori, deinde ego & Titius eam diuisimus, nuquid erit obligata tantum pars mea in totum, vel pars partis meæ, & pars partis Titij, & videtur quod pars mea solum sit obligata, vt in d. l. Iulianus. §. idem Celsus. in fin. Contrarium verum est, vt expressum. ff. quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur. l. si consensit. §. vltimo. C. communia vtriusque iud. l. si fratres. & op. arg. hic. & ff. de vsur. leg. l. is qui cum concord. ibi alleg. nec obstat. §. idem Celsus: quia loquitur in iure personali. vbi solum de parte sua designata videtur obligatio facta. ac. hic. & in concord. loquimur de iure reali, quod mutari non potest & quamlibet partem sequitur. Et ideo qua litercunq. diuidatur non præiudicat creditoribus in iure pignorum, vt in d. l. si consensit. §. vltimo. & d. l. is qui cum concord. ibi alleg. ¶ Ad hoc etiam facit quod dicit. l. de legato vel si de commisso relicto, quod efficax remanet sicut prius, licet diuisio interuenierit. ff. de leg. 2. l. Titia. §. Lucia. & de seruitute quæ solita debetur, licet fundus seruiens ad plures deuenierit. ff. si seruitus vendit. l. loci corpus. §. si fundus seruiens. Et impetratione beneficii quæ non mutatur, licet episcopatus in quo, & super quo facta est diuidatur in plures, vt in extrauagan. Io. 2. 2. quæ incipit sedes apostolica. Et in iurisdictione seu visitatione quæ in totum debetur sicut prius post talem diuisionem, vt in extrauaganti Io. 2. 2. quæ incipit ad apostolatus. per hoc et traufit responderi ad aliam quaestionem talem. ¶ Quidam imperit primum beneficium vacaturum spectans ad collationem seu presentationem Abbatis sancti Germani de pratis, iuxta Parisios eo tempore quo parochialis ecclesia sancti Sulpicii pertinebat ad collationem ipsius Abbatis, postea Abbas ille permutauit illam ecclesiam cum Episcopo Parisien. ad aliam parochialem ecclesiam iuxta. c. ad quaestiones. §. de rerum permutatione. deinde vacat illa ecclesia sancti Sulpicii, modo quaeritur, nunquid debetur impertranti, & ipsam vt sibi debitam poterit acceptare, & dic quod sic, quia sibi per impertrationem, quaeritur quoddam ius reale ad rem, & ideo semper cum suo onere reali vadit res, vnde licet vna ecclesia cum alia permutetur vt dictum est de pignore non nocet impertranti, argum. dictarum l. cum suis concordant. Et hoc videtur determinari in dicta extrauaganti Io. 2. 2. quæ incipit sedes apostolica. vbi Gen. fu p verbo prius erat. dicit quod ex diuisione secuta conditio obligationis ex gratiosis literis ortum habens mutari de iure non potest, argum. ff. de verb. oblig. l. 2. §. j. de præto. stipula. l. pratorias §. in certam. fami. erc. l. hæredes. §. contra si promissor.

- 1 *Pignoriatio rei propria.*
- 2 *Pignoriatio iuris in re.*
- 3 *Pignoriatio rei aliena.*
- 4 *Hypothecariam directam intentans, probet dominium debitoris.*
- 5 *Hypothecariam indirectam intentans, probet dominium debitoris.*
- 6 *Hypothecariam agens contra tertium possessorem, quid probet.*
- 7 *Obligatio generalis iura & actiones comprehendit.*

Vm contra. Si quis vbi aliquis obligare videatur, & quid iuris, refert. Aut debitor obligat rem in qua ius habet, aut obligat rem, p qua ius habet, aut obligat rem in qua, vel pro qua ius non habet. In primo casu quado obligat rem in qua ius hêt, tunc videtur illud ius obligare, vt ff. de pigno. l. grege. §. & in su perficiarijs. & l. si ab eo. qui po. in pign. ha. l. etiam superficijs. Et quibus modis pignus, vel hypotheca soluitur. l. 3. & arg. ff. de contrahen. emptio. l. qui tabernas. & de leg. j. l. si domus. §. vltimo. ¶ Secundo casu, quando hêt ius pro re, tantum, tunc videtur obligare ius illud & habet locum. C. quæ res pign. oblig. possunt. l. nomen. Tertio casu, quando nec in re nec pro re illa ius habet, tunc refert. Aut obligat eam sub conditione si debitoris facta fuerit, & tunc valet & habet locum. ff. de pigno. l. si fundus. §. aliena. Aut obligat eam simpliciter, & tunc aut obligat eam scienti rem alienam, & tunc creditor non habet hypothecam, sed habet retentionem dominio postea quaesito debitoris. vt ff. eod. titu. l. in princip. ¶ Aut obligat bona fide recipienti, & tunc dominio postea quaesito debitori. creditor hêt, vtilem hypothecam, & ita intellige. C. si res aliena pigno. data sit. l. cum res, quod credo verum etiam si debitor habeat ma-

lam fidem, dummodo ipse creditor bonæ fidei foret. ¶ Si quis vtrum creditor agendo hypothecaria necesse habeat probare dominium fuisse debitoris, vel sufficiat probare titulum & bonam fidem, vel quod minus est sufficiat probare bonam fidem tantum. ¶ In hoc sunt contrariæ glossæ ciuiles, nam C. de interdicto salui. l. j. & in l. titu. de actio. §. item Seruiana. dicit glossa quod debet probare dominium, sed ff. de pigno. actio. l. rem alienam. dicit glossa quod sufficit probare bonam fidem cum titulo, sed C. si res alie. pig. data sit. l. cum res videt notare quod sufficiat probare solum possessionem & bonam fidem quod est minus, ad quarum glossarum concordiam sic distinguo. Aut creditor agit directa hypotheca, aut agit vtili. Si agit directa, tunc dico eum debere probare dominium, & sic intellige glossas primo allegatas hinc est quod qui agit directa, non est bene consultus propter difficultatem probationis. Si agit vtili, tunc refert. ¶ Aut agit contra ipsum debitorem, & tunc sufficit ei probare solum debitorem obligantem bona fide possedisse, quia non licet debitori obliganti quaestionem referre, vt ff. de pigno. l. si inter colonum. §. j. & ita potest intelligi & procedere glo. quæ est in l. alleg. cum res. Aut agit contra tertium possessorem, & tunc aut habet causam a debitore, aut non. Si habet causam a debitore tunc dicitur quidam vt Iaco. But. idem quod in debitore dictum est, argum. ff. de regu. iur. l. quæ ipsi. & l. in omnibus. §. non debeo. & ibi tangit glo. Sed quidam alij dicunt, quod si possessor velit vt possessione tantum ex persona sua, quod tunc non est idem. Et pro istis facit quod dicitur auctoritas non nocet successoribus. ff. de exceptio. doli. l. apud Celsum. §. de auctoritate. & §. sequenti. Sed replicatio doli claudit os obligantis, vt in d. l. si inter colonum. §. j. ergo. & c. Sed contra eos facit id quod not. ff. vt possidetis. l. si duo ad finem glo. pro prima opinione facit. C. de donatio. ante nuptias l. de rebus. quid dicendum videtur distinguendum, ¶ Aut singularis successor habet causam lucrativam, vt tunc habeat locum prima opinio. Aut non, & tunc habeat locum secunda opinio vt in §. allegato. de auctoritate. & §. sequenti, & sequenti cum fi. Si tertius ille non habet causam a debitore, tunc aut creditor agit ad rem, aut agit ad possessionem. Si ad rem, tunc oportet eum probare rem fuisse in bonis debitoris. i. debitorem rem, possedisse bona fide cum titulo, nam ita dicitur res in bonis. ff. de verb. significati. l. bonorum. §. in bonis. Et ita intellige glossam quæ est in l. alleg. rem alienam. ff. de pigno. actio. quod potest sic probari, lege cautur, quod si re pignori acceptor a nõ domino, & agam hypothecaria contra alium, ita tueretur me pator per Seruanam, sicut tueretur debitorem agentem Publiciana, vt ff. eod. titu. lab eo. Sed constat quod si debitor ageret Publiciana, haberet probare titulum & bonam fidem, vt probatur in l. titu. de actio. §. alia. ergo & cum creditor agit hypothecaria contra extraneum, necesse habet probare præmissa, duo, & ad hoc bene facit quod legi. & nota. ff. eo. titu. l. j. vbi dicitur quod facilius admittitur creditor agendo contra debitor rem quam contra extraneos, & hoc tenent communiter omnes moderni. Si vero agit creditor ad possessionem, tunc refert. Aut est talis creditor cui omnia bona debitoris obligata fuerunt, sicut hodie fit in instrumentis. vbi obligantur omnia bona præsentia & futura, & tunc aut debitor poterat aduocare rem fm quod dicitur. ff. de condi. indebi. l. 2. & no. ff. de condi. furti. l. & ideo. & C. de furtis. l. in ciuilem & l. cum notissimi §. penulti. & vnde vi. l. fi. ¶ Et tunc quia in generali obligatione bonorum videntur obligata iura & actiones, vt ff. de verborum significatione. l. meorum. ad Trebell. l. si legatus. §. j. de peculio. l. quam Tuberonis. §. in peculio. de peculio lega. l. peculio lega to. & argum. ff. de bo. au. iudi. posside. l. in venditione. in princip. Item quia possessio est quoddam ius in fructu rei, vt notatur C. de actio. possessio. l. licet. Et iura & actiones in generali obligatione veniunt. vt C. quæ res pigno. obligari possunt. l. nomen & sic illud ius quod appellatur possessio in obligationem cadit, & actio competens ad ipsam possessionem recuperandam, & dico quod creditor probando solum de possessione debitoris, poterit agere contra illum tertium possessorem, sicut contra debitorem debitoris sui ex generali obligatione, cum modo sius debitor sit creditor possidentis. vt ff. de verbo. signifi. l. creditores. & petet possessionem actione illa vtili quæ debitori competit directa, vel actione vtili hypothecaria. vt ff. de pigno. l. grege. §. 2. Et quod sit aliud agere ad rem, aliud ad possessionem patet. ff. de iur. iur. l. 2. & quod metus causa. l. si mulier. §. si possessionem. Nec obstat. ff. de euic. l. l. cum venditor. in princip. vbi videtur dici quod per hypothecariam agatur ad possessionem, quia non est verum, sicut nec per reuendica-

venditionem agit ad possessionem, vt nota. C. de alienati. ma. iudi. causa facta. lege vna. sed agit ad ipsum ius reale declarandum. vt ff. eodem titu. l. si fundus. §. in venditione, quo declarato in iudicio petitorio, restituitur possessio fit per officium iudicis, vt nota. in d. l. vna. Aut debitor non poterit aduocare ab isto tertio possessore, & tunc creditor non poterit agere, quia de possessione debitoris non agit cum sit extincta, argum. ff. de acquir. possess. l. Pomponius. §. vlti. & l. cū hæredes. in princip. Et per consequens obligatio, seu pignus, vel hypotheca soluitur. l. sicut in principio, de possessione vero istius nunc possidentis, agere non potest, quia non est obligata, argum. ff. de pignori. l. ex qua nondum sunt. §. quod dicitur, vbi de hoc.

- 1 L. commiss. pactum in pignoribus reprobatur.
- 2 L. commiss. pactum iuramento firmatur.
- 3 L. commiss. pactum inter debitorem, & fideiussorem, validum.
- 6 L. commiss. pactum vnde dicitur.
- 7 L. commiss. pactum in venditione licitum.
- 8 Oblatio iudicialis valida.
- 9 Oblatio extraiudicialis non sufficit.
- 10 Debitum secundum partium conventionem soluendum.
- 11 Debitum expensis debitoris reddendum.
- 12 Debitum ad domum creditoris defert debitor die assignata.
- 13 Debita res portatu difficilis in loco vbi est, præstanda.
- 14 Debitum die solutionis nulla assignata, non tenetur debitor ad creditoris domum deferre.

Significante. Hic habes in textu & in glossa prima, quod pactum legis commissorie in pignoribus reprobatur, sed contra. ff. eodem titu. l. si fundus. §. vlti. Solutio, dic quod ibi loquitur quando inter debitorem & creditorem ita dicebatur & conuenitur, si vsque ad tale tempus non solueris res tua, tunc iusto pretio astimanda, hic vero quando simpliciter, ita dicebatur, & conuenitur, si vsque ad tale tempus non solueris res tua. Item contra. ff. de contrahen. emptio. l. vlti. ibi loquitur quando fit pactum inter debitorem & fideiussorem quem dat, quod bene valet, & hoc nisi fiat fraus de persona ad personam, quod dicitur, §. de contrahen. emptio. cap. ad nostrā. & nota simile infra de sponsa. cap. gemma. hic vero quando fit pactum inter creditorem & debitorem modo præmissio. l. si non solueris ad tempus sit res tua, quod non valet secundum Host. & Io. And. hic. Idem si debitor dicat, si non solueris do tibi ipsam rem insoluitum quia non valet, vt ff. de solu. l. quāuis. alias incipit Calpodius. Item si dicat, non liceat, mihi in perpetuum redimere, argum. de præcaro. l. cum præcarium, idē si dicat, habes rem in feudum, argum. §. de rebus ecclesie non alienandis, ad nostram. Idem si dicat, in perpetuum non repetam vt hic, & ff. de iureiuran. l. si duo patroni. §. idem Iulianus, nec valet si renuntiat beneficio canonis & legis, argum. §. de foro compet. c. si diligenti, nec valet si promittat poenā, si repetat. argum. ff. si quis cautio. l. 2. primo responso. & de conditione indebiti. l. legantur. §. penulti. & C. de vsuris. l. cum al legas. Si tamen iurat non repetere tenet, vt hic innuit, & si dicat vendo tibi fundum pro decem ita quod pro eodem pretio ipso vsque ad viginti annos recuperare possum valet. ff. de præcip. verbis. l. si vir vxori. nisi in fraudem fiat, quia tunc fecus. §. eodem titu. cap. illo. ff. Hostien. & Ioann. And. Et ad pleniorē euidentiā istius materiæ. Si quæris vtrum, & quā pactū legis commissorie in pignoribus reprobatur, distingue, Aut pactum legis commissorie appositum est inter debitore ex vna parte, & fideiussorem, vel extraneum ex altera. Aut inter debitorem, & creditorem. In primo casu valet pactum, vt ff. de contrahen. emptio. l. vlti. hic allegata pro contraria. In secundo casu quando inter eum & creditorem tunc refert. Aut inter eos est pactum in initium tale. s. quod nisi debitor soluerit ad tempus conuentum, sit pignus creditoris iusto pretio, & tunc valet, vt ff. eodem titu. l. si fundus. §. vltimo, hic alleg. pro contrario. Aut inter eos est pactum in initium, s. quod nisi debitor soluerit ad tempus conuentum, quod creditor habeat rem pro pecunia quam mutuauit, & tunc refert. Aut tale pactum est appositum in initio contractus, aut est appositum postea ex interuallo. Si in initio non valet vt hic, & C. de pignoris. l. j. & 3. & in l. alleg. quamuis alias Calpodius. ff. de solu. Fallit de iure canonico quando iuramentum interuenit se-

cundum Hostiensem, & hoc idem tenent Tancr. & Bart. Brixien. in quaestione dominicali, que incipit, quidam accepit mutuum pecuniam, per decretalem, cum contingat. §. de iureiur. Et in hoc concordant hic Innoc. & Io. And. Si ex interuallo, tunc valet, vt ff. de pigno. actio. l. Titius. C. de pigno. l. cum dominam. Et istum intellectum innuit Accur. in l. alleg. Titius. glo. in fi. in vtraque solutione.

¶ His visis. Si quæris quare istud pactum dicitur pactum legis commissorie? Respondeo quia si pecunia non solvatur, facit rem committere in creditorem, sicut vectigalia faciunt, rem committere in fiscum, vt ff. de Publiciana. vectiga. & commiss. l. commissam. Item si quæris quare pactum legis commissorie in pignoribus reprobatur, respondeo ff. Odofr. quia si tale pactum valet nunquam sine eo creditores mutuarent, sub pignore, & sic esset contra bonos mores, & in hoc concordat Ioan. And. hic dicens secundum Petrum & Abbatem, quod ratio est, quia res communiter venduntur quantum valent, tamen enim valet res quantum vendi potest. ff. ad Trebellianica. l. j. §. si hæres. & ideo si existat conditio non multum fraudatur venditor. Nec obstat si dicas quod interdum minus venditur quia ad ea & c. ff. de legibus. nam ad ea. non sic in pignoribus, quia communiter plus valet pignus quam pecunia credita. Si ergo haberet ibi locum hoc pactum illo quo plus valet fraudaretur debitor. Item quia per hoc inuidentur creditores ad vsuram, quia aliter nollent credere secundum eum. Item alia ratio potest esse, quia debitor indiget omne pactum iniret, cum creditore, vt haberet pecuniam, & ideo cum non satisfaceret perderet dominium quodammodo sine consensu suo, ideo & c. argum. cap. alleg. si diligenti. & C. de pactis. l. si quis conscribendo. Nec mirum si illud pactum sit prohibitum, in pignoribus & permissum in venditionibus, nam in venditionibus facit rem ineptam & reponit vtrumque contrahentium in statum pristinum, vbi nulla cadit deceptio, secus in pignoribus, vbi pignus auferret debitori, & attribueret creditori, quod esset iniuriam.

¶ Hic habes quod iste nuntius non obtulit pecuniam creditori infra terminum assignatum, quod si fecisset nulli dubium, quin debitor nullum periculum incurrisset. In de gratia huius, si quæris nunquid sola obligatio debiti in iudicio sufficit, ad impediendam venditionem pignoris, distingue. Aut ex parte debitoris fit obligatio in iudicio, & talis sufficit indistincte, vt ff. de pigno. actio. l. si rem. §. vltimo. Aut fit obligatio extraiudicialis, & tunc aut fit obligatio antequam sit questum creditori, ius vendendi pignus, & tunc sufficit, vt C. de distractio. pigno. l. si residuum. ff. quibus modis vel hypotheca soluitur. l. item si beratur. §. qui paribus. Aut offert sibi postquam est sibi ius questum vendendi, & tunc necessaria est obligatio, cōsignatio, & depositio ad hoc vt euitetur venditio, vt C. de distractio. pigno. l. si priusquam. Et probatur in simili, quia vbi poena nondum est commissa, tunc sufficit sola obligatio ad eam vitandam, ac vbi poena semel est commissa, tunc requiritur obligatio, consignatio, & depositio, quod dicitur vt legitur, & notat. C. de vsuris lege. si prote. & l. acceptam. Et vide quod notat Ioann. Andre. infra de vsuris. quanquam super verbo mandauerint. libro sexto in nouel.

¶ Hic habes quod debitor remisit per suum nuntium, etiam pecuniam debitam creditori, gratia huius, si quæris vtrum debitor teneatur deferre debitum creditori, & cuius expensis, distingue. Aut quæris de debitore vsuario, & de illo dicam, §. de vsuris. cum tuto. distinct. 2. Aut de alio debitore, & tunc aut est actum inter partes, in quo loco, seu qualiter debitum soluetur, & cuius expensis. Aut est actum in quo loco, sed non cuius expensis, aut de neutro est actum. Si est actum in quo loco, & cuius expensis, tunc secundum conventionem partium est soluendum, nec tenetur debitor alibi vel alias soluere ita in tellige. ff. de verborum obligatione. l. continuus. §. cum ita. Et hoc siue sit contractus verbalis vt ibi, siue alius, vt ff. de iudi. l. fideicommissum. depositi. l. si in asia. in principio. Ex conventionione enim partium contractus legem accipiunt. ff. de pignori. lege primo. §. si conuenierit. Ex hoc, siue contractus sit in initium, gratia vtriusque contrahentium, vt ff. de actione emptio. l. rō. §. vltimo, siue gratia alterius eorum tantum, vt in §. alleg. cum ita. Si est actum vbi solui seu reddi debeat, non tamen est actum cuius expensis, tunc reddi & solui debet prout est actum, sed quo ad expensas refert. Aut contractus est in initium & locus assignatus gratia vtriusque, aut gratia debitoris tantum. Si gratia vtriusque, tunc in expensis debitoris, id est illius qui debet reddere, reddi debet, vt in d. l. ratio. §. vltimo, & de solutio. l. si solu-

solutus. v. g. vendidisti mihi decem dolia vini reddenda in certo loco expensis tuis reddere debes, quia eo casu loci assignatio, est pars mercis, sicut & in stipulatione locus seu loci assignatio pars est in stipulationis. institutio. de verborum oblig. §. loca & dies solutionis. ff. de edendo. l. i. §. editiones. Si gratia creditoris tantum, tunc aut loquimur in contractu in quo nihil debet abesse debitori, vt in deposito, & tunc expensis creditoris tui debet esse reddi & solui debeat, vt in l. allega. si in Asia. in princip. ff. ad exhibend. l. sed & si hæreditas. §. j. Aut loquimur in contractu vbi nihil debet abesse creditori, vt in stipulatione, & tunc expensis debitoris reddi debet, vt in l. alleg. continuus. §. cum ita. Si gratia debitoris tantum in commoda to quod fit regulariter gratia commodatarij. §. de commodat. c. vnico. in princ. & in mutuo, vt ff. ad Macedoniam. l. j. in princip. & tunc expensis debitoris solui & reddi debet, vt ff. commodati. l. si vt certo. §. idem Labeo. in fi. & hic ibi creditori pecuniam numeratam remisit. & c.

¶ Sequitur tertio casu, quado de neutro est actum, nec in quo loco, nec in cuius expensis, & tunc refert. Aut quæris, in quo loco reddere seu soluere debeat, aut cuius expensis. In primo casu, aut certus terminus fuit assignatus seu certa dies assignata ad soluendum vel reddendum, & tunc debitor tenetur deferre debitum ad domum creditoris. ff. de solutio. l. qui decem §. primo. & l. si solutus, alias videtur in mora, quia dies interpellat. C. de cōtrahen. & committen. stipulatione. lege magna & pro hoc facit optime hoc capitulum. Et ita potest intelligi notat Innoc. hic in glo. quicunque, dicens, quod quicumque aliquid debet alicui, non debet expectare quod is cui debetur illud petat, sed debitor debet ire ad locum vbi creditor habet domicilium, & ibi sibi offerre, & si nō est ibi coram iudice loci hoc protestetur, argum. hic & C. de vsuris. l. si creditori. C. de solutio. l. ob signatione. ¶ Aut certa dies non fuit assignata ad soluendum, & tunc aut est res que de facili portari non potest, & tunc in loco vbi est, præstari debet, argum. ff. de acquirenda possess. l. prima. §. si iusserim. & l. quarundam. Aut est talis res, que de facili potest portari, & tunc aut debitor est in mora, & tunc debet deferre ad domum creditoris expensis proprijs, quia debet purgare morā suam que alias purgari non potest. ff. de constituto. pecu. l. item illa verba, vbi hoc notat gloss. Fallit vbi nō haberet domicilium, sed esset vagabundus, quia tunc nō tenetur eum sequi, argum. ff. de operis liberis. l. quod nisi. §. ex prouincia. in fine. ¶ Aut non est in mora, & tunc non tenetur deferre, vt ff. de verborum obligatione. si ex legati causa. & in lege. item illa verba iam allega. Et intellige quod notat Spec. Rubric. de emptione, & venditione. §. primo. in fine. vbi dicit quod si emi a te decem corbes tritici, nec fuit actum vbi illa præstare debeas, non teneris portare ad domum meam, nec præstare vt in l. alleg. si in Asia. §. primo. ad idem. ff. de rei vendicatione. lege. si res mobilis. de eo quod certo loco. lege vendicatio. §. non vti que alias est lex. C. vbi in rem actio. l. si. & 2. questio. j. si peccauerit. in fine. In secundo casu scilicet, cuius expensis, dicitur supra.

- 1 Cautio in seruitutibus personalibus præstanda. Fallit quatuor casibus.
- 2 Cautio in seruitutibus realibus non præstanda.
- 3 Cautio iuratoria in seruitutibus sufficiens.
- 4 Cautio iuratoria suspecto non committenda.
- 5 Vsfusus an per monachatum vsufuctuarij finiatur. 8.
- 6 Monachus, proprium habet, quo ad monasterium commo-
- 7 Vsfusus monacho relicto acquiritur monasterio,

Vm constet. Si quæris in quibus seruitutibus habeat præstari cautio de vtendo fruendo arbitrio boni viri. Distingue. ¶ Nam quatuor sunt seruitutes personales in quibus exigitur ista cautio, scilicet vsusfructus, vsus, habitatio, & operatio seruorum, vt is cui talia relicta sunt vtatur fruatur, & inhabitet, & operas percipiat arbitrio boni viri. ff. vsufuctu, quemadmodum capitu. lege prima. in principio. Sed fallit in quatuor casibus in quibus non præstatur, quorum tres sunt hic in glossa, hæc autem cautio. versicul. quandoque tamen. Primus, quando certum est proprietatem, redire ad vsufuctuarium, vel eius hæredes. ff. vsufuctu. quemadmodum capitu. l. si vsufuctus. §. plane. Secundus, quando legatur, vel præstatur fisco, quia fisco semper est idoneus ad soluendum

vt ff. vt lega. & nota. capitu. lege prima. §. si ad fiscum. Tertius cum vsufuctus pertinet ad patrem in bonis aduentitij filij. C. de bonis quæ liberis. lege finali. Quartus casus, est, quando vsufuctus non est reditus ad hæredem proprietarij, siue testatoris, vt C. de vsufuctu. l. antiquitas. secundum Vincēt. 2. Hostiensem. & Io. And. ¶ Aut quæris de alijs seruitutibus, & in illis non præstatur. vt in d. l. j. vsufuctuarius quemadmodum cauet.

¶ Ad declarationem glossæ finalis. Si quæris, quando vsufuctuarius satisficere non potest iuxta formam huius cap. vtrū sufficiat quod iuret ad hoc, vt habeat vsufuctum ¶ Ber. dicit hic, quod sic, sed Azo contra dicens, quod non habebit vsufuctum nisi satisficet. Idem tenet Accursus. C. de vsufuctu. l. vsufuctu constituto. Et Archidiaconus. 17. quaestione prima. capitulo qui bona. si ergo. c. pro hoc. C. de vsufu. lege prima. Sed Hostienfis hic dicit quod prima opinio benignior est, sed vltima iustior. Posset tamen secundum eum teneri quedam media via, vt dicamus ipsum admittendum; cū iuramento, sed si postea appareat quod veniat contra iuramentum, vel bona sua incipiat dissipare, priuilegium hoc cessabit, argumentum infra, de decimis. suggestum. de verborum significatione, quid per nouale, & capitulo Abbate. ad finem. ¶ Et optime facit ad hanc solutionem infra de donatione inter virum & vxorem. capitulum per vestras. secundum eum. ¶ Petrus vero de bella pertica tenet in dicta lege vsufuctu constituto. idem cum Ber. hic scilicet, quod committendum sit, suæ iuratoriæ cautioni, sicut alias fit. ff. si cui plus quam per legem sal. l. cum non facile, nisi persona esset suspecta, quia tunc locus esset sequeltrationi. argum. ff. qui satisficet. cogatur, lege si fideiussor in fine. ex quorum dictis potes sic distinguere. Aut persona ab initio est suspecta, & tunc locus est sequeltrationi, vt dicit Petrus, Aut non est suspecta ab initio, & tunc distingue, vt Hostien. hic. & bene.

¶ Si quæris vtrum vsufuctus per ingressum vsufuctuarij in monasterium finiatur & expiret. ¶ Hostien. dicit hic quod sic argumento. C. de episcopis & clericis. l. deo nobis, & supra de probatio. in presentia. pro quo facit. C. de vsufuctu. lege corruptionem. instituit. de vsufu. §. finitur. Sed Ioann. & Lauren. 19. q. 3. cap. si qua mulier. videntur tenere contrarium, & quod ius vtendi coherens personæ remanet apud ipsam, & vtilitas apud monasterium, argum. ff. de iure dotium. lege si vsufuctus. ff. ad Trebellianum. l. si patroni. j. responso. scilicet matrimonio. l. vsufuctu. ad legem Iuliam, de adult. l. si postulerit. §. de eo. de legat. 2. l. peto. §. 1. de donatio. inter virum & vxorem. l. sed si 2. responso. in fine. C. de vsufuctu. l. vltima. & infra de donatione. inter virum & vxorem. cap. nuper. ¶ Et si dicatur, monachus non potest habere proprium, potest responderi quod verum est, quantum ad commodum proprium & particulare, sed quantum ad commodum monasterij, sic. Sicut & filius familias, qui iure digestorum, nihil poterat habere, & tamen remanet penes eum cum hereditatis ad commodum patris. ff. de lega. 1. l. cum filio ergo idem potest dici a simili in quaestione nostra. Et ista opinionem scilicet quod quantum ad commodum transeat in monasterium, tenet Accursus. C. de sacrosanctis eccle. in auth. ingressi. Istam eandem opinionem in effectu tenent Innoc. & Hostien. §. de probatio. c. in presentia dicentes, quod vsufuctus transit in monasterium, & durabit in vita illius ingredientis tantum. Idem Spec. titu. de statu monacho. §. vnico. versicu. 47. quaeritur. Et idem Ioann. de fa. in cap. allega. si qua mulier. Sed circa hoc distingue. Aut quæris vtrum transeat & pertineat ad monasterium, aut polleat transiit, quanto tempore finiatur. In primo casu refert. ¶ Aut quæris de vsufuctu qui legatur seu deuoluitur alicui iam existenti monacho, & post monachatum, & tunc monasterium habet ius ipsum, vt C. de vsufuctu. l. vlti. ff. Lauren. & Archidiacono. in §. allegato si qua mulier. Aut quæris de vsufuctu qui est apud vsufuctuarium ante ingressum, & tunc potest tenere si velis opinionem, prædictam Ioan. & Lauren. vel si velis potes tenere opinionem Innoc. & sequacium quæ tutor videtur per l. allegatam corruptionem. & institui. de acquir. per arrogati. in principio. reiecta opinione Hostien. hic. ¶ Si quæris in secundo casu. s. quando vsufuctus transeat ad monasterium finiatur, tunc videtur, quod centum annis, quia tantum durat vsufuctus relicto, ciuitati. vt ff. quibus modis vsufuctus amittatur. lege si vsufuctus ciuitati. & ecclesia & ciuitas acquiritur. C. de sacrosanctis ecclesi. l. vltima. Tu dic, quod per mortem ingredientis finiatur secundum Inno. & Hostien. in Hen. Boich super Decret. FF cap.

c. alleg. in presentia. & Ioan. de la. & Specu. ubi s. argum. ff. de pericu. & com modo rei venditae. l. necessario. s. de leg. 2. l. cu pater. s. hereditate. de praecario. l. si ad optauero. de manu. m. l. Caius. Nec obstat. l. allega. si usufructus ciuitati. quia loquitur in legato usufructus ciuitati, & sic persona perpetua immortali ab initio relicto, hic vero loquimur, in usufructu p sone singularis & mortalis ad monasterium & sic ad persona perpetuam translati, ideo secundum naturam, & conditionem illius personae singularis, regulari debet, vt in iuribus allegatis.

¶ De fideiussoribus. Rubrica.

- 1 Religiosus non fideiubet.
- 2 Clericus pro clerico vel ecclesia fideiubet.
- 3 Clericus per laico raro fideiubeat.
- 4 Clericus de patrimonio suo fideiubere potest.
- 5 Clericus res ecclesiae non obligat.
- 6 Mulier pro marito non fideiubet.
- 7 Mulieris fideiussio pro extraneo tenet, sed inuatur Velleiano.
- 8 Mulier decem casibus Velleiano non inuatur.
- 9 Seruus non fideiubet nisi in re peculiari.
- 10 Mulier an renuntiare Velleiano possit.
- 11 Mulieris fideiussio iuramento firmatur.



Clericus. Si quis vtrum & quando aliqs, possit seu teneatur fideiubere, distinguere, aut non imminet necessitas, aut imminet. Si non imminet tunc, aut quis vtrum possit, aut vtrum teneatur fideiubere. Si quis vtrum possit, sit refert, aut quis de religiosis, aut de secularibus, si de religiosis, tunc tales non possunt absque maioris partis capituli & abbatis sui licentia pro aliquo, seu in aliquo fideiubere, vt legitur & no. j. c. in quibusdam. Si de secularibus, tunc, aut quis de clerico, aut de laico. Si de clerico, tunc aut beneficiario, aut de non beneficiario. Si de beneficiario, tunc, aut quis nunc quid possit fideiubere pro ecclesia, aut pro alio clerico, aut pro laico. In primis duobus casibus dic quod sic, vt C. de cpo. & clericis. l. omnes qui vbique. s. in hac. & inauth. de sanctissimis Episcopis. s. alium autem. colla. 9. vt hoc not. Io. 9. q. 7. te quidem. & Host. hic. In tertio casu refert. Aut quis nunc quid debet seu potest licite fideiubere, aut nunquid si fideiubeat fideiussio tenebit. Sed nunquid potest licite fideiubere, dic quod sic dimodo non nimis frequenter faciat vt hic innuitur quando dicit inseruiens quod solam frequentiam denotat & damnat, vt depo. l. j. 3. dist. Episcopus. quod si fecerit frequenter ab ecclesia eiciatur, vt hic, & 11. q. 1. te quidem, secundum Host. hic. Si quis nunc quid si fideiubeat obligatio fideiussionis tenebit, tunc aut quis nunc quid tenet obligatio fideiussionis suae quantum ad personam & res suas proprias patrimoniales, & alias, quas obligare potest, puta res sibi obligatas & similes. Aut quantum ad ecclesiam suam vel res ecclesiae quas obligare non potest. In primo casu dic quod sic, vt in duobus. cap. proximis. & et quantum ad fructus beneficii sui quos suos facit. j. c. proxim. verific. alioquin. secundum Host. hic. quod ipse Host. intelligit. j. c. proximo. fore verum de fructibus beneficiorum praebendatum, secus de fructibus ecclesiarum, illos. n. obligare non possit in ecclesia laicam, argum. C. quae res pigno. obligari possunt. l. spem praemiorum super quo vide quod notatur. j. de pec. cle. c. fi. Et idem videtur tenere G. Montelau. extra de priuile. c. j. c. ceterum. glo. nota delictum. in clem. In secundo casu, dic quod non, vt patet in eo quod legi. & nota. s. de arbitris. c. per tuas, depo. c. j. j. eo. quod quibusdam. Si quis de clerico non beneficiario, tunc dic idem quod in laico sequitur. Si quis de laico tunc aut de muliere, aut de masculo. Si de muliere refert. Aut mulier intercedit pro marito, & tunc qualitercunq; intercedat in scriptis vel sine scriptis non valet ipso iure, nisi qua tenus in rem suam versum est, nec renuntiare potest, vt in auth. vt nulli iudi. s. & illud. collatio. 9. quae est sita. Cad. Velleia. in auth. si qua mulier. Et ratio illius prohibitionis fuit illa quae prohibet donatorem inter huiusmodi personam scilicet ne mutuo amore se spolient. ff. de donat. inter virum & vxor. l. j. & 2. & 3. secundum Accursius. & Host. in summa eodem titulo. s. & quis. verific. pro maritis. & Spec. Rubrica per quam solui obligat. tollentur. s. j. verific. sed quaeritur an vxor, vbi de hoc. Aut intercedit pro extraneo, & tunc dic quod tenet fideiussio iure dummodo fiat cum scriptura solenni a tribus rebus signata iuxta. lantiquae. C. ad velleia, sed non in effectu,

quia habet exceptionem velleiani. vt ff. & C. ad velleia. per totum. Sed fallit in decem casibus in quibus obligatur nec inuatur velleiano, quos notat Accursius. C. ad velleia. l. vltima. Et plenius Host. in summa eodem titulo. s. & quis. sub. s. quod autem dixi. Primus est, si causa decipiendi interueniat, vt si veniat ad fideiubendum cum barba fictitia, brachijs, & caligis in duta tanquam esset vir, vel aliter creditore deceptus. vt ff. ad velleia. l. 2. s. vltimo. & l. si decipiendi. Secundus, si renuntiauit beneficio velleiani certificata de effectu ipsius, alias iniquum, esset pacto perimi illud de quo cogitatum non docetur. ff. ad velleia. l. vltima. & de transactio. l. qui cum tutoribus. s. vltimo. & lege cum Aquilia. de pactis. tres fratres. Et sic debent intelligi omnia iura quae dicunt quod quilibet potest renuntiare his quae pro se introducta sunt, verum est certificatus, argum. in authen. quomodo oportet episcopos. s. igitur ordinandus. collatione prima. vbi hoc notat glossa. & 38. distinct. placuit. Tertius est, si elapso biennio a tempore fideiussionis computando iterum confessus fuerit se obligatum esse, vel pro ipsa intercessione pignus vel intercessorem alium dederit, vt C. ad velleia. l. si mulier. Quartus, si partem pecuniae accepisse probata fuerit. Et ideo vt se obligare, vt C. ad velleia. lantiquae. primo responso. Quintus, favore libertatis, vt C. ad velleia. l. penulti. ma. Sextus favore dotis. C. ad velleia. l. vltima. Septimus, si animo donandi intercedit. ff. ad velleia. l. sed si ego. & l. sequenti. Octauus, si in rem suam fideiubeat. ff. ad velleia. l. aliquando. & lege si pro aliquo. primo responso. Nonus, si quasi in rem sua, fideiubeat. ff. ad velleianum. l. si mulier. Decimus, si in nullo periclitetur. ff. ad velleianum. lege si mulier contra senatusconsultum. Si quis de masculo tunc potest regulariter se obligare, vt ff. & C. de fideiussio. per totum. Fallit in seruo alias quam in re seu negotio peculiari si deubente, vt ff. eodem l. seruus inficio. & l. seq. Si quis vtrum teneatur fideiubere, & dic quod non, argum. C. de actionibus. & obligationibus l. sicut si imminet necessitas, tunc quilibet debet & tenetur ex pietate subuenire alij, vt 8. distinct. non satis, vt notat Ioan. in cap. alleg. te quidem. & Ber. infra eodem, quod quibusdam. Et hoc sentit Archidiaconus vndecima q. 1. c. sicut enim. in glo. vbi dicit esse argumentum quod laicus tenetur fideiubere pro suo proximo quod nisi faciat peccat. Et licet non teneatur ad hoc de iure scripto civili, vel canonico, tenetur tamen de iure naturali, & ad hoc potest cogi & ad publica munera, scilicet tutelam curam, & dignitatem & huiusmodi quod si desunt laici, tunc clerici suppleant ista. Et hoc idem notat ibi Hugo.

- 1 Creditor conuenit principalem, vel fideiussorem beneficio renuntiantem, ad sui electionem.
- 2 Principalis discutiendus antequam fideiussor conueniatur.
- 3 Principali absente qualiter fideiussor conueniendus.

4 Praesens

- 4 Praesens qui dicitur.
- 5 Rei debendi an ex intervallo constituantur.
- 6 Rei debendi differunt ab insolidum obligatis.
- 7 Fideiussor an vsuras solutas repetat a debitore. 9. 11.
- 8 Iudicis iniuria parti non imputanda.
- 10 Fovii per seruum commissi, tenetur is, cuius nomine fuit emptus.
- 12 Debitor vsurarum, ad eas soluendas credens pecuniam, vsuram non committit.
- 13 Exceptio competens reo, an eius fideiussori competat. 16.
- 14 Priuilegium personale eam non egreditur.
- 15 Condemnatus habet quatuor menses ad soluendum.
- 17 Beneficiorum fructus non residentis pro eo non obligandi.
- 18 Res aliena non obliganda.
- 19 Beneficiatus est dominus fructuum perceptorum 22.
- 20 Beneficiorum fructus non obligandi si beneficiatus habet patrimonium.
- 21 Beneficiorum fructus obligantur, vbi beneficiatus non habet patrimonium dummodo ei relinquatur, de quo viuat. 23.

Deruenit. Ad declarationem primae glo. Si quis vtrum sit in optione creditoris quem velit primo conuenire principalem vel fideiussorem, & quid iuris, distinguere. Aut si fideiussor renuntiat beneficio iuris volentis quod reus principalis primo conueniatur, & tunc est in electione sua, quae primo conueniatur, nam ille beneficio renuntiare potest. ff. Ber. & Host. hic. & Host. in summa eo. tit. s. quando circa. Aut non renuntiat, Et tunc ambo. s. principalis & fideiussor sunt praesentes, aut ambo sunt absentes, aut principalis est praesens, & fideiussor est absens, aut contra fideiussor praesens, & principalis absens. In primo casu non potest creditor conuenire fideiussorem prius, quam reus inuentus fuerit minus idoneus in totum, vel in partem, vnde primo excutitur principalis, & postea si fideiussor conueniatur, vt C. eod. tit. in auth. praesente. quae est sumpta in auth. eod. tit. s. j. collatio. j. In secundo casu aut ambo sunt absentes aequali absentia, aut inaequali. Si equali tunc idem est ac si ambo essent praesentes, quia ceteris paribus primo debet principalis conueniri, vt patet quando ambo sunt praesentes, ergo & in casu isto cum sit par ratio, arg. ff. ad laquil. l. illud. de fonte l. vna. extra de offic. vic. c. vnico. in clem. Si inaequali tunc, aut principalis est remotior, vt quia distat per duas dies & fideiussor per vnam, & tunc potest eligere quem velit, primo conueniri. Si tamen eligat fideiussorem dabitur sibi dilatio competens j. quam deducat reum primo conueniendum ipso fideiussore in subsidium referatur, vt in d. auth. praesente. s. ipse tamen. Aut principalis est propinquior, & tunc ipse principalis primo excutitur, arg. pro vtroque membro. ff. de iudi. l. si longius. Et pro hoc facit ratio dicti. s. j. authen. eodem. tit. quae est quod vbi creditor potest conuenire debitorem sine incommodo, non potest conuenire fideiussorem. In tertio casu. quando principalis est praesens & fideiussor est absens, tunc non est dubium quod primo excutitur principalis, nam hoc sit in primo casu vbi vterque est praesens, ergo multo magis in isto. argum. nota. s. de elect. c. cum in cunctis. in princip. In quarto casu. si quod principalis est absens & fideiussor praesens, tunc potest eligere quem velit primo conuenire. Si tamen primo eligat fideiussorem dabitur sibi dilatio competens. j. quam deducat principalem primo conueniendum iuxta formam illius authentice praesente. s. j. Et si quis vtrum quando reus dicitur praesens. Accu. notat in corpore authenticorum in princip. quod est praesens, quando est in eodem territorio, ita quod facile possit citari, arg. ff. de iurisd. omnium iudicum. l. si. Sed Host. in summa eodem titulo. s. quando cesset. circa princip. dicit quod dicitur praesens, qui est in eadem ciuitate vel territorio, vt ff. de procurato. l. praesens. vel in eadem prouincia. C. de praescrip. long. temp. l. vlt. & s. de offi. deleg. coram, quod non placet Iaco. de Rane. quia territorium iudicis potest esse ita magnum quod debitor existens in territorio reputaretur absens. Et ideo ipse intelligit, quod tunc dicitur praesens cum est in hortijs, vel in ciuitate, vel in suburbio. vt ff. de procura. l. praesens. Ego vero credo tunc esse reputari praesentem cum est facilis ad conueniendum, quod credo referendum ad arbitrium boni viri, arg. ff. de iure delib. l. j. in fi. & s. de of. dele. c. de causis. in fi. & pro hoc j. de of. ord. c. Roma. s. officiales. l. 6. cu ibi no. per Card. & Archi. & ita credo Accu. & Iac. tenuisse. Iuxta istam materiam posset quaeri de tali quone Titius vult mutare Scio, sed vult quod Sempronius se constituat

principalem debitorem quod factum est, nunquid Sempronius habebit beneficium istud quod habet fideiussor? Acc. distinguit in auth. eo. tit. s. j. collatio. j. & credo quod bene. Aut innovatur obligatio Seij, quod fieret. ff. de vetera iura temp. mutata. p. s. p. s. ff. de actio. nibus & oblig. l. obligationum fere. s. fi. & in l. quib. mod. tol. obligatio. s. praeterea. hodie vero hoc expresso & non alias, vt C. de noual. fi. & tunc iste Sempronius non habet istud beneficium, cum ipse Titius creditor non possit dici negligens s. Seiu iam liberatum, contra quem agere non potest, argum. C. de anna. ex cep. l. j. in fi. Aut non innovatur, & tunc habet istud beneficium, cum sit eadem ratio huius & fideiussoris, vt ff. ad laquil. illud. de verborum oblig. l. a Titio. Quidam alij distinguunt sic. Aut isti duo simul se obligant, & tunc habentur loco duorum reorum, nam vna obligatio seu vnus obligationis funicularis ligat eos; pariter. Aut vnus se obligauit primo, & alius se obligauit secundo, & tunc habentur loco principalis & fideiussoris, sed hoc non est expeditum immo cadit in illam quod. l. vtrum rei debet di possint ex intervallo constitui. Et no. Accu. ff. de duobus. reis. l. si ex duobus. quod non, & pro hoc facit lex illa & c. tit. l. duos. in fi. Sed contrarium videtur eodem titulo. l. 3. & l. eadem. s. fi. Sed ego dico ff. Iaco. de Rane. & Cyn. in auth. alle. p. nte. quod duo rei possunt ex intervallo constitui, dummodo agatur in ter ipsos reos debendi quod sint duo rei, & interrogatio & responsio fiat in quolibet statim, licet in vno prius concipiatur, vna stipulatio, & in altero concipiatur postea ex intervallo, vt probatur in d. l. 3. & l. eadem. s. fi. Non obstat illa lex si ex duobus, quia ibi simul interrogati fuerunt, & postea ex intervallo interuenientibus extraneis actibus responderunt, vt patet ibi in textu & in glo. in principi. & eodem modo respondetur ad l. duos reos. s. fi. At vbi vnus interrogatur & promittit prius, & postea ex intervallo interrogatur & promittit secundus, hoc actio inter eos quod sint duo rei, tunc erit inter eos obligatio, duorum reorum. Sed contra hoc videtur expressum in l. de duobus reis. in principi. sed ibi loquitur in duobus reis stipulandi, sed cum ratio diuersitatis non possit reddi, dic quod ibi in primo responso loquitur quando agebatur quod essent duo rei stipulandi quorum constitutionem dum hoc agitur non impedit intervallo. Et hoc vult litera ibi, duob. separatim stipulantibus. c. In secundo ratio loquitur quod hoc non agebatur, & illo casu non est obligatio duorum reorum, sed hoc bene est obligatio duorum insolidum, nec sequitur si est obligatio duorum insolidum ergo est duorum reorum. Idem est n. inter istos & in effectu, constitutionis & in effectu liberationis, in effectu constitutio nis, nam pone quod ita dixi, promittis mihi 10. & tu alter promittis mihi eadem 10. nunquid eritis duo rei debendi? dic quod non, quia in obligatione duorum reorum oportet hoc agi vt ff. e. l. reos. s. cum tabulis, sed bene concedo quod vterque sit obligatus insolidum ad centum, & est effectus. Nam vbi sunt duo rei debendi vna est obligatio, & agnitio vnus iudicat alteri. vt C. de duobus reis. l. vlti. sed vbi non sunt duo rei, non iudicat agnitio vnus alteri. vt ff. de reg. iur. l. no. debet. & in effectu liberationis, quia vbi sunt duo rei debendi, liberatio contingit ipso iure vno solute, vbi vero sunt obligati insolidum sine constitutione duorum reorum, liberatio contingit ope exceptionis, quia ex pluribus causis lucratius vna & eadem res non potest deberi, vt ff. de act. & oblig. l. lex pluribus. & l. quotiens. vt not. Iac. de Ra. & Pe. de bella. parti. C. de duob. reis in auth. hoc ita. vnde credo, dist. Accu. posse sustineri de iure.

¶ Ad declarationem gl. no. scripturam & c. Si quis vtrum litterae sigillo epi sigillatae sint authenticae, & faciant plenam fidem distinguere, vt dixi s. de probationibus. c. post cessionem. ¶ Ad declarationem gl. ergo. petet. Si quis vtrum fideiussor possit petere a debitore vsuras quas soluit pro eo creditori. Ioan. & Laur. 14. q. 3. in summa dicunt indistincte quod sic. Circa, quod posset probabiliter sic distinguere, aut debitor ignorabat obligationem fideiussoris, aut scit. Primo casu fideiussor vsuras, vel aliud indebitum non repetit. p. l. si quis negotia. ff. de neg. gest. Sed o casu aut debitor scit & contradicit, aut scit & patitur, aut scit, & madat. Primo casu non repetit necdum vsuras quas soluit, s. nec for tesse, vel aliud quod vtiliter impeditisset. ff. mad. l. si p. te. & l. si remu neradi. s. si passus. C. de neg. gest. l. vlt. plus. n. est contradicere, quod non consentire. j. de simo. sicut tuis. de homi. Petr. Sed o casu etiam patitur, licet repetat fideiussor fortis, & debitor quod soluit. C. mad. l. si fideiussor. & p. di. s. si passus. indebitum tamen, vel vsuras quas soluit non repetit, & sibi imputet hoc quod se contulit. s. de depo. c. bona fides. ff. de p. l. j. s. sepe. vt sicut ibi offerre grauat depositarium, sic, & hic fideiussor. vt hoc no. Io. an. j. de reg. iur. c. danti. quod q. s. i. nouel. i. c. vbi de hoc distinguit. Tertio casu, quod madat refert, & tunc aut madat

illum obligari pro sorte tantum, aut pro vsuris inclusis sub nomine fortis, ut est moris, aut in omnem causam, vel simpliciter, aut nominati in pro vsuris. Primo casu soluens vsuras a debitor non repetit, tunc quia excessit fines mandati. ff. manda. diligenter. j. de praben. cui de non sacerdotali. tum quia ad illas obligatus non erat. C. de fideiuss. ff. co. l. fideiuss. magistra. tum. Nec obstat. ff. manda. l. si mandato. §. si fideiussor. ibi iusta ratione. qui non loquitur de vsuris, vel loquitur de obligato etiam ad vsuras, vel loquitur, fm leges maxime digestorum. permittentes vsuras. Secundo casu quando fideiussit pro vsuris inclusis sub nomine fortis, repetit, iuste enim credere debuit illam sortem & totum debitum, ad id, praedicta. l. si fideiussor. ff. manda. l. 2. r. responso. j. de prabend. si beneficia. libr. 6. nec praesumere debuit illum indebitum, sub sortis nomine promittere. §. de praesump. quia verisimile. ff. de proba. cum de ind. c. bito. Tertio casu quando fideiussit in omnem cam, vel simpliciter non repetit, quia in generali mandato non inclusit indebitum, de quo etiam in specie verisimiliter non mandasset. ff. de cond. et. ind. l. si procurator ad idem. j. de officio vicarij. c. si. de reg. iur. in generali. l. 6. Quarto casu quando nominatim mandat fideiuberi pro vsuris refert, aut fideiussor soluit vsuras quas debitor non promisit, vel ultra quam promisit, & tunc non repetet eas, quia. Aut soluit voluntarie & tunc impunit sibi. Aut coactus in iudicio, vel extra, & tunc de cogentibus conqueratur nam iniuria iudicis vel alterius non potest debitori imputari, vt ff. de fideiuss. l. exceptiones. de euic. l. si imprudentiam, cum alijs hic alle. in prin. huius glo. Aut soluit vsuras a debitor promissas. Et tunc aut fideiussor iuravit soluere sortem & vsuras prout fuit hic, sicut continetur in intergra aut non. Si iuravit tunc, aut de voluntate expressa, vel tacita debitoris, & tunc aut iam antequam solueret impetrauit, seu obtinuit absolutionem seu relaxationem iuramenti, iuxta ca. ex administrationis, supra de iureiur. & tunc perinde est ac si ab initio non iurasset, vt innuit Ber. hic in ver. nisi primo impetrasset & c. Aut nondum impetrauit vel obtinuit absolutionem iuramenti, & tunc si soluit eas creditori poterit eas repetere a debitor, per modum damni seu interesse fm Ber. hic, in ver. sed dicere & c. vt hic, & j. cap. proxim. Nec obstat, sibi si non impetrauit absolutionem seu relaxationem iuramenti, quia talis impetratio fit iudicis officium implorando, quae imploratio instat actionis habet, argum. §. de offic. iudi. c. 2. Et licet fideiussor teneatur excipere exceptionem competentem, contra creditorem vt ff. manda. l. si fideiussor, non tamen teneatur agere. Item ex hac imploratioe suggillat fama implorantis, ideo excusandus est si voluerit parcere fame sua. ff. mand. l. idemque. §. generaliter secundum Goffr. & Hoff. hic & Io. And. in c. alleg. damnum. Aut iuravit non de voluntate expressa vel tacita debitoris, puta absente debitor, & ex intervallo, post mutuum sibi factum, & tunc dic idem quod in casu sequenti scilicet quando non iuravit, quia necessitate sibi ipsi imposuit, ideo non est sibi subueniendum. arg. ff. qui satis. cog. l. si fideiussor. §. si necessaria. Si fideiussor non iuravit tunc, aut fuit in culpa quia non excepit & non repetit, vt in d. l. si fideiussor. §. non male. ff. manda. & in d. l. exceptione. ff. de exceptio. secudum Io. And. in cap. alleg. damnum. Aut non fuit in culpa, & tunc aut necesse habuit soluere vsuras. aut non. Si sic tunc, aut necessitate praecisa, puta captis pignoribus, & distractis & tunc repetet nam licet fideiussor ad hoc non teneretur, tamen fidem impleuit, & debitorem a fidei implemento liberauit, argum. ff. manda. l. si fideiussor. §. si. & quia occasione mandati, hoc sibi contingit, ergo & c. ff. manda. l. si mandato meo. §. si fideiussor.

Pro tanto dicit lex quod si de mandato tuo emerit certum seruum, qui dum in domo mea esset fecerit mihi furtum, teneris mihi actione mandati ad id quod furatus est reddendum, vt ff. de de furtis. l. si seruus communis. §. quod vero. & not. ff. manda. l. inter causas. §. sed cum seruus. Aut necessitate causatiua, vt quia fideiussor obligauerat pignora sua quae recuperare non poterat, & tunc erant in amittendo nisi solueret vsuras, & tunc repetere poterit, quia si pignora amitterentur in plus debitor, teneretur, quia ad totum interesse fideiussor tenetur vt hic, & in l. alleg. si mandato meo. §. si fideiussor. ff. de hære. & ac. vend. l. 2. §. solent quæri in fi. j. qui filij iuri legiti. ca. per venerabile. §. verum. & ff. de adm. rerum ad ci. pertinen. l. 2. §. vlti. secundum Hoff. hic, & idem innuit Innocen. j. de vsuris. c. 1. quod vltimo intelligo verum quando ista necessitas causatiua, vt pignorum obligatio processit de voluntate expressa vel tacita, alias secus, puta si post mutuum factum ex intervallo pro vsuris sua pignora obligauit, prout dixi in iuramento. Si fideiussor

quod omnibus debet cedere, vt etiam vnum denarium nō re tineat. Sed contra hoc vt, quia in delictis cum aliquis cōdem natur & ducitur ad supplicium relinquuntur sibi pannicularia & zona & viles vestes. ff. de bonis damnato. l. diuus. ergo mul to magis in cōtractibus, arg. ff. de pos. l. bona fides. ad quod re spondent quod aliud in cōtractibus & aliud in delictis vt ff. de neg. gest. l. diuortio. ibi plena erit & c. Sed ratio bona diuersita tis reddi non potest. Vnde dic quod humanitatis gratia aliqū vestes sibi relinquenda sunt prout dictum est de delinquenti bus ducendis ad supplicium, & in hac sententia fuerunt Dyn. Pet. de Bellaper. & Cyn. C. qui bo. ce. pos. l. i. ¶ Sequitur de tertio qualiter fiat, die quod secundū. l. sine aliqua solennitate so lo verbo, & solo cōsensu vt C. qui bo. ce. pos. l. in omni. Sed se cundum canones debet præstare idoneam cautionem de soluendo si peruenerit ad pinguiorē fortunam; & ista cautio erit per pignora vel fideiussores si eam præstare possit, alias presta bit illam quam poterit. f. iuratoriā. §. m. Ber. hic. Sed Goffr. Hosti. & Ioan. Andr. intelligunt hoc casu cautionem idoneam esse iuratoriā, quia ex quo cedit bonis, satis notum est quod non potest aliam exhibere, faciat igitur quod potest. 22. q. 2. fa ciat. hoc est iuret. j. de verb. signi. ex parte. potest etiā fieri per nuntium vel epistolam vt ff. eo. l. vlti. ¶ Sequitur de quarto. l. qū quis possit cedere. & tunc dicunt quidam quod tunc demum quando constat eum esse non soluendo in toto vel in parte vt hic: quod non credo verum, arg. ff. de tribu. l. illud. circa prin. ver. quid tamen. Vnde dic quod aut est iam condemnatus, & tunc potest cedere bonis vt C. qui bo. ce. pos. l. 2. & ff. eo. tit. l. pen. Aut nondum est cōdemnatus & tunc, aut vult bonis ce dere antequam debitum confiteatur, vel agnoscat, & non po test vt d. l. pen. Aut post & tunc, aut perentibus seu instantibus creditoribus, & tunc potest vt hic. Aut nō petentibus nec in stantibus creditoribus. & tunc non potest, quia beneficiū ces sionis est introductum ad euitandam carceris iniuriam, vt C. qui bo. ce. pos. l. vlti. ergo, & c. Item si possit cedere creditori bus nō instantibus possit creditores in bonis querendis frau dare propter beneficium cessionis quod esse non debet: nam cum malitijs hominum sit obuiandum, nō debet vna malitijs aperiri. ff. de rei ven. l. in fundo. C. de indic. vidu. toll. l. 2. in si. §. de rescrip. sedes apostolica in fine. ¶ Sequitur de quinto. l. quot effectus habeat cessio, dic quod primus est quod cedens non detrudatur in carcerem vt C. qui bo. ce. pos. j. Secundus, quod non excōicetur vt hic. Tertius, quod per cessionem liberatur ope exceptionis non ipso iure, vt in d. l. 1. & C. de bo. acc. iudi. pos. l. 3. & no. Ber. hic in glo. vlt. & Hosti. & Io. Andr. post eum. Quartus, quod post cessionem non potest exigi nisi inquantū facere potest, vt ff. de cessi. bo. l. qui bonis. & hic. Quintus, quod ipsa cessio habeat effectum contra omnes creditores qui erant creditores tempore cessionis, licet gratia vnus tantum ceda tur, vt ff. de cessio. bono. lege is qui bonis. §. Sabinus.

¶ Super eo. cap. Si queris vt rum debitor teneatur seu cōpel latur cauere de debito soluendo, distingue. ¶ Aut est talis debi tor qui non habet dilationem aliquam ad soluendum, & tunc non cōpellitur regulariter cauere, arg. ff. vt in pos. leg. l. is a quo in princ. Fallit in casu vbi negat, & dilapidat bona sua, tunc n. tenetur cauere aut sequestrare, vt ff. qui fatid. cog. l. si fideiussor. §. vlt. Aut est talis debitor qui habet dilationem siue a lege siue ab homine per conditionem vel diem appositā vel intel lectam & tunc, aut queris de debitorē dilationem habetē qui bona sua non dilapidat: aut de illo qui bona sua dilapidat. Si de illo qui bona sua non dilapidat, tunc refert, aut queris in lega tis & fideicommissis: aut in alijs. Si in legatis & fideicommissis tunc tenetur cauere indistinctē, & est speciale fauore vltimæ voluntatis adimplendæ. ff. vt leg. nomine capi. & ff. & C. vt in pos. leg. per totum. ¶ Si queris in alijs puta in cōtractibus tunc, aut debitor habet beneficium dilationis a lege: aut a principe: aut a partium conuentione: aut a natura obligationis. In primo casu tenetur cauere idoneē, ¶ scilicet cum fideiussoribus vel pignoriibus. ff. solu. matr. l. si constante. §. quoties. ff. man. l. si mandatu. Titij. §. vlt. Fallit hic vbi tenetur solum præstare iu ratoriā cautionem cum aliam cōmodē præstare non possit, §. m. opinio. Goff. Hosti. & Ioan. Andr. hic & dixi supra proxi ma distinctione. ¶ In secundo casu idem vt C. de præci. imper. offic. l. quoties & l. vniuersis. quia princeps est lex animata in terris in authen. de consulibus. §. vlt. col. 4. In tertio & quarto casibus refert, aut persona debitoris est suspecta, & tunc tene tur cauere, sic intelligitur. ff. de iudic. l. in omnibus. & in hoc versatur causa cognitio, de qua ibi dicitur. ¶ Aut persona de bitoris non est suspecta, & tunc non tenetur cauere, vt C. de hæredi.

heredi. vel actio. vendi. l. 2. & ff. de condi. ob causam. dedi. Si queris de illo qui bona sua dilapidat, dic quod teneat cauere vt. ff. de priuileg. credi. l. qui creditores.

¶ Super eo. cap. Dicit hic Hostien. quod de paupertate istius Odoardi constabat per famam, & nuditatem, & in eadem notoriam, quia medicat hostiatim in veritate & sine fraude: alias contra. C. de mend. vali. l. vnica. lib. 1. ¶ Ipsi ex quo hostiatim vadit praesumitur nisi creditores velint probare contrarium. ff. quod loculos habet, licet occultos sic intelligit. ff. qui fatif. cog. l. si vero. §. qui pro rei qualitate. de priuileg. credi. l. si creditores. C. de proba. ex persona. §. depo. ca. 1. vel dic quod probatur eo ipso quod bonis cedit. C. qui bo. ce. pos. l. 1. & not. §. de pign. la. tor. & hoc innuitur hic. fm. eum. Vnde gratia huius si queris vtrum aliquis praesumitur idoneus, nisi probetur contrarium.

17 Distingue, si quia quaedam est qualitas quae est intrinseca, cum qua homo Christianus natus fuit vt. f. quod aliquis sit castus, pacificus, sobrius, & similia de quibus supra in proemio, & talis semper praesumitur: seu quo ad talia quis semper praesumitur virtuosus donec contrarium probetur, & sic intelligitur supra de scruti. ca. vnico. de praesum. dudum cum si. ¶ Quaedam est qualitas extrinseca cum qua homo non nascitur, sed aliunde acquiritur, vt pote homo nascitur sine literatura, sed per laborem acquiritur, vt. §. de renunt. ca. post translationem. §. item si quis. Item nascitur sine diuitijs, & alijs bonis temporalibus Job. j. cap. & tunc fecus vt hoc no. Hosti. in d. c. vnico. de scruti. mino. Idem Archi. 6. q. vlt. actor super verbo non soluendo. & Cardi. & Ioan. Andr. j. de elec. si forte. lib. 6. Et Gul. de Monte Lau. extra de concef. praeb. c. vnico. super vite laudabilis. ad cle. vbi de hoc. ¶ Sed circa hoc posset plenius distingui, aut est notorium: aliquid fore idoneum vel non idoneum, & tunc non est necessaria probatio. j. de accusa. euidentia: quia in incertis & non certis locus est coniecturis. ff. de verb. oblig. l. continuus. Et ita intellige opinionem praedictam Hosti. & iura allega. per eum. ¶ Aut non est notorium & tunc, aut tempore praeterito erat idoneus seu virtuosus, & tunc talis praesumitur in presenti, vt supra de praesump. c. ex studijs mandata. & ca. cum in iuuentute. 6. i. dist. miramur. Aut tpe praeterito erat non idoneus, & tunc talis praesumitur in presenti. ff. de accusa. l. si cui. §. iij. dem. de re mili. non omnes §. a Barbaris. & j. de reg. iur. cap. femel malus. cum ibi not. lib. 6. Et hoc siue loquamur de idoneitate proueniente a natura, vt in bonis moribus, siue de non idoneitate contra naturam, vt in malis moribus, vt in iuribus alle. siue de idoneitate vel non idoneitate proueniente ex accidenti, vt in diuitijs & paupertate vt. ff. de liber. agno. l. fin. Aut non apparet qualis erat tempore praeterito, ita quod cessant omnino coniecturae de praeterito ad praesens, & tunc refert. ¶ Aut queris de virtutibus seu qualitatibus in quibus homo Christianus natus fuit. & de illis dic vt supra. ¶ Aut de illis qualitatibus in quibus quis natus natus fuit, vt diuitijs & tunc, aut quis petit admitti ad aliquem actum sicut diues ad quem non admitteretur nisi diues, & tunc non praesumitur diues nisi probetur: Aut vult admitti ad aliquem actum vt pauper & ad quem non admittitur nisi pauper, & tunc oportet quod probet se pauperem, vt fideiusor qui vult admitti ad fideiussione debet probare se diuitem, vt in §. alleg. qui pro rei qualitate. Sed tutor qui vult se excusare a tutela propter paupertatem debet pauperem se probare; in liti. de excusa. tu. §. sed & propter paupertatem: & patronus qui petit alimenta a liberto suo vt pauper, debet hoc probare. ff. de liberis agno. l. fin. Et est ratio, quia qui dicit debet probare. ff. de proba. l. 2. & hic.

- 1 Ignorantia iuris diuini.
- 2 Ignorantia iuris naturalis.
- 3 Ignorantia iuris civilis & canonici.
- 4 Ignorantia facti.
- 5 Exceptio non numerata pecunia infra biennium opponenda.
- 6 Exceptio non numerata pecunia post biennium non opponenda.
- 7 Exceptio non numerata pecunia de iure canonico non habet locum.
- 8 Debitor habens penes se instrumentum, an liberatus praesumatur. 10.
- 9 Tacere suum, nemo praesumitur.

Squi. ¶ Si queris vtum ignorantia iuris vel facti excusat, & in quibus, distingue. Aut erratur in iure aut in facto. Si in iure tunc, aut in iure diuino: aut in iure naturali: aut in iure quasi naturali: aut in iure canonico: vel ciuili. ¶ Si in iure diuino tunc talis ignorantia non excusat. 6. dist. in. c. turbatur. 1. q. 4. ca. non est

peccatum. §. his itaq; §. notandum. vnde Christus dicit de Iudeis Ioan. 15. si non venissem, & locutus eis non fuisset, peccatum non haberent, scilicet de hoc quod non credebant in eum dicit glo. vnde ibi nihil interest in vitio decipere vel decipi. 16. quae. 1. si cupis. & de tali ignorantia dicitur quod qui ignorat ignorabitur. j. ad Corint. 14. c. 37. dist. c. deo. §. vt itaq; 15. q. 1. cap. 1. ¶ Si in iure naturali tunc ignorantia non excusat, vt. ff. ad l. Iul. de adul. l. si adulterium. §. stuprum. 1. q. 4. c. turbatur. §. notandum. Si in quasi naturali, tunc idem, vt. C. de in ius vol. 2. ¶ Si in iure ciuili vel canonico. tunc aut erratur in iudicio: aut extra iudicium. Si in iudicio tunc aut ante lit. contest. & tunc error excusat probata causa erroris legitima, vt. ff. de interro. act. l. de aetate. §. qui iusto. & §. Celsus. Aut post lit. cont. & tunc ignorantia non excusat, vt d. l. non fatetur. & ff. de dona. l. quidam in iure. vbi hoc not. Accur. & j. de reg. iur. ca. ignorantia. lib. 6. vbi hoc not. Dyn. Si erratur extra iudicium, aut agitur de damno vitando: aut de lucro captando. Si de damno vitando tunc, aut erratur in eo in quo requiritur verus dolus: aut in eo in quo sufficit dolus praesumptus, vel lata culpa, vel leuis, vel leuissima. Si in eo in quo requiritur verus dolus, tunc ignorantia iuris excusat, vt. ff. ad Sylleianu. l. si quis in graui. §. si quis ignorans, infra de sent. ex com. cap. si vero. 2. & de constit. c. vt animarum periculis. lib. 6. Si erratur in eo in quo sufficit praesumptus dolus, vel lata culpa, tunc aut erat publicè notum verè vel iuris praesumptione, vt quia a tempore publicationis curruerunt duo menses, & tunc iuris ignorantia non excusat, vt. C. de legi. leges sacratis ime. & de iuris & facti ignorantia. l. constituti ones. ff. de publi. vec. & cõmil. l. vt. §. licet ad l. Corni. de Falsis. l. diuus Claudius in prin. Aut non erat publicè notum verè vel interpretatiuè, & tunc iuris ignorantia excusat vt. ff. de decr. ab ord. fa. l. vlt. Si agatur de lucro captando tunc refert. Aut cum alterius iactura, vt per vfucapione, & tunc iuris ignorantia non tollitur nec excusat siue potuit siue non potuit, peritiores consulere. ff. de iuris & facti igno. l. iuris ignorantia & de vfucap. l. si fur. & l. nunquam. Aut sine alterius iactura, & tunc, aut non potuit peritiores consulere, & tunc iuris ignorantia tollitur. Aut potuit peritiores consulere, & tunc ignorantia non excusat. ff. de iuris & facti igno. l. regula. §. iuris ignorantia. §. si quis. & de bonorum poss. in bonorum, & quis ordo in bonorum poss. feruetur. l. 2. §. vt. fallit. ff. de acquir. hære. l. si duo. ¶ Sequitur quod erratur in facto, & tunc aut in facto alieno: aut proprio. Si alieno, tunc aut illud factum alienu erat publicè notum, & tunc ignorantia non excusat, vt. ff. de insti. l. si pupillus. §. profcribere. ¶ At non erat publicè notum & tunc excusat, vt. ff. pro socio. l. vlt. & j. de reg. iur. c. cum quis. lib. 6. Si in proprio facto, tunc aut certat de damno vitando, & tunc aut cum alterius iactura, & tunc error in facto proprio non tollitur nec excusat, vt. ff. ad Velleia. l. quanquam: aut sine alterius iactura, & tunc tollitur & excusat, vt. ff. de condi. inde. l. sed & si me putem. in prin. §. cum item, & de act. empr. & vend. l. si liberum. Et ita debet intelligi. ff. de le. 1. l. si res obligata. §. j. Aut certat de lucro captando, & tunc error non tollitur in proprio facto vt. ff. de iuris & facti igno. l. plurimum. & de acquir. hære. l. cum falsum. fm. Dyn. in c. alle. ignorantia. vbi ponit in effectu quasi totam ista distinctionem quam approbat Cyn. C. de iuris & facti igno. l. error. in fin. Quod potest esse verum in facto proprio recenti, sed in facto antiquo proprio error tollitur, vt arg. ff. de pœnis. l. si diurno alias diutino. C. de suscep. & archi. l. neminem lib. 10. & in l. alleg. si res obligata. §. 1. not. Gen. extra de iureiur. cap. vnico. super verbo in nouat in cle. pro hoc. ff. de carbo. edic. l. 3. §. duæ. Et de materia huius glo. Ber. not. Accur. ff. de proba. cum de indebito. & C. de iuris & facti igno. l. cum quis & Asten. lib. 3. hoc. titu. artic. 5. ver. not. in super.

¶ Super eo. cap. Si queris de exceptione non numerate pecuniae, quem effectum habeat. Et vtum obligatus per chirographum ex causa mutui spe future numerationis, si soluat ignoranter, repetere possit, distingue. Aut queris quod ad laicos: aut quo ad ecclesiasticos: seu quo ad personas ecclesiasticas. ¶ Si quo ad laicos tunc, aut queris infra biennium computandam a tempore confessionis emisse, & tunc debitum est tantum ciuile, & exceptio non numerata pecuniae cum effectu obstat agenti, & debitor si soluat repetit vt in iuribus alle. hic per Ber. ¶ Aut post biennium, & tunc dicit Ber. hic quod peti potest cum effectu vt. C. de non nume. pec. l. in contractibus. vt insti. de literarum obliga. in fin. ita quod lapsus biennij pro numeratione habeatur, ita quod actio quae ciuilibis tantum erat ante biennium, incipit esse vt naturalis & ciuilibis post biennium.

nium. Et hanc opi. tenuerunt Azo. Bul. Ioan. & multi alij quae videtur vera de rigore iuris ciuilibis, quia post biennium nulla querela admittitur, vt expressè dicit lex in contractibus, ergo nec exceptio, quia qui excipit, querelatur. Inde tamen Iac. & Accur. & quatuor moderni scripserunt, quod ex æquitate danda est exceptio doli, vbi stipulatio non intercessit, vel in factum vbi stipulatio intercessit, transferatur tñ onus probandi post biennium in debitorem. Sic intelligunt. C. de non numerata pec. l. si ex cautio. l. a seueratio. & l. cum vltra. & §. de si. instr. l. si cautio cui non obest iuramentum, quia intelligitur habuisse tacitam conditione si pecunia numeretur. C. de non nu. pecul. vlt. & not. §. de iureiur. quemadmodum. 1. responso. & hoc tene in laicis fm. Hosti. Et hoc videtur placere Io. Andr. hic & Innoc. & Ioan. Andr. j. de immu. eccle. ca. quia plerique. ¶ Si queris quod ad ecclesiasticos, tunc dic quod eas. l. in contractibus non auferingit, cum nec mutuum eas asringit nisi pecunia verteretur in vtilitatem suam. §. titu. 1. quod quibusdam. Et idem videtur de clericis & personis ecclesiasticis quae eodem priuilegio gaudere debent quo & ecclesiasticis. §. de offic. Archid. cap. si. secundum Hosti. hic. Cuius materiae discussionem vlteriorum relinquo legis, cum in nullo aut modico respiciat canonitas, sed Hostien. tractat de ea hic prolixè.

¶ Super eo. cap. Quia hic loquitur de solutione debiti per instrumentum, vel sine instrumentum, si queris an praesumatur liberatus debitor propter instrumentum quod habet penes se in quo exstitit obligatus, distingue. ¶ Aut debitor allegat se liberatum pacto: aut solutione. Si pacto & ad hoc probandum ostendit instrumentum penes se constitutum, tunc non sufficit debitori habere ipsum penes se nisi probet sibi redditum a creditore ita intellige quod no. Accur. C. de pbat. l. si de possessione. Si solutione, & ad hoc probandum producit ipsum instrumentum penes se constitutum tunc, aut est persona domestica creditori: aut non. Si sic, tunc non praesumitur pro ipso debitor, nisi probetur redditum, vt in d. l. si de possessione. C. de latina li. toll. l. vnica. §. ille etiam. ¶ Et ita potes intelligere opin. Accur. ibi dicentis indistinctè quod praesumptionem facit pro debitore, sed non sufficientem nisi probet sibi redditum. Et idem Goffr. §. vt lit. penden. ca. ecclesia. 2. pro hoc etiam. C. in quib. cau. colo. censi. l. 1. lib. 1. r. Si non est persona domestica creditoris, tunc praesumitur debitor liberatus solutione vt. ff. de proba. l. si chirographum & ff. de fur. l. fullo & farnator. §. fin. ibi ex his enim & c. dicebat tamen Goff. quod licet praesumatur liberator, non tñ est praesumptio iuris & de iure, posset enim ad debitorè peruenisse sine voluntate creditoris. 1. q. 2. §. si quis de clericis. & j. de fimo. querelam propter hoc dant doctores consilium quod fiat instrumentum solutionis vel liberationis. Sed cur hoc tam varie respondeo, quia qui dicit se liberatum pacto allegat iuramentum sibi factam per dominium, cum pactum sit donatio, & donare sit perdere. 1. q. 2. ca. pastor. ¶ Sed nemo praesumitur iactare pecuniam suam, vt. ff. de transact. l. 1. de dona. l. filius. & de probatio. l. cum de in debito. sed qui dicit se liberatum solutione non allegat donationem, sed debiti satisfactionem, sine qua non est verisimile habitum instrumentum, quia cum pecunia soluat restituitur regulariter vt. C. de condic. sine cau. l. dissolutè. nisi sit persona domestica, vel familiaris quae de facili posset subtrahere instrumentum, vt in d. §. ille etiam. ita in effectu distinguunt Iaco. de Are. & Cy. in d. l. si de possessione & Ioan. Andr. in d. c. ecclesia. 2. Sed quid dices de tali. q. de qua fuit alias dubitatu. Tu debitor meus in ca. soluiti mihi partem debiti puta. l. & ego quitaui te simpliciter, nunquid ista quitatio referretur ad partem qua soluiti, videtur quod sic ad instar generalis transactionis quae facta super petitione specialis refertur, & restringitur ad id solū de quo specialiter actum est, vt. ff. de transac. l. qui cum tutoribus. §. 1. & C. de transac. l. si de certa. & ar. eorū quae leguntur & not. §. de transac. cap. 1. & de iureiur. cap. pen. pro hoc facit quod legitur & no. C. de except. l. si ex maiori. Sed in contrarium scilicet quod quitatio praedicta in totum videtur argu. eorum quod le. & no. ff. de pact. l. emptor. §. Lucius. cum glo. ibi posita.

10 ¶ In hac quaestione sic distingue. Et si debitor excipiat de quitatione, replicabit ar. C. de sol. l. inter patrem. de transac. si quidem. nam errans non consentit. ff. de iurisd. om. iudic. l. si per errorem de regu. iur. l. non videtur qui errat. In secundo casu

scilicet quado quitatio fit per verba indefinita, tunc talia verba prolata ab homine restringuntur ad id solum quod solutum fuit, vt in l. allega. si ex maiori. Et hoc ideo, quia intentio recti sermonis non patitur vltra extendi liberationem, vt plenè dixi. C. de transac. l. sub praetextu. ita distinguunt in effectu Per. de Bellaper. & Cy. in l. alle. si ex maiori. De instrumentum vero cancellato vel inciso penes debitorè reperto, vide in Spec. tit. de instr. editione. §. postquam. ver. porro. & ver. praecedent.

¶ De donationibus. Rubrica.

- 1 Eleemosyna magis egenti danda.
- 2 Gratificationi locus est in eleemosyna distribuenda.

Rudentes. Viri ecclesiastici, qui tenentur superflua nec non necessaria dare pauperibus vt. 16. q. 1. quoniam. si videant duos vel plures egentes, si queris cui vel quibus sint magis obligati, distingue. ¶ Aut vnus eorum est magis egens quam alius seu alij, & illi magis egenti sunt magis obligati. 86. distin. non fatif. Aut vt ergo; aequaliter eget, & tunc aut vir ecclesiasticus ambobus sufficit, & tunc debet ambobus subuenire per c. alle. ¶ Aut non sufficit ambobus, & tunc gratificationi locus est, arg. ff. ad Syll. l. si quis in graui. §. fin. cum omnes, secundum Hostien. qui ita distinguit hic.

- 1 Prelatus an habeat liberam vel ecclesiasticam administrationem. 3. 5.
- 2 Prelatus non est dominus rerum ecclesiasticarum, sed dispensator. 4.
- 3 Prelati contractus, an validus.
- 4 Ecclesia laesa restituitur.

Raternitatem. ¶ Si queris vtum prelati habeat liberam & generalem administrationem in bonis ecclesiae. ¶ Io. 5. q. 3. quia episcopus in fin. magna glo. dicit quod sic idem Laur. quod probari videtur. 16. q. 1. temporis. & c. seq. in fin. 2. q. 1. relatio. & expressus in eo quod le. & no. 12. q. 1. ca. fin. vbi ipse Ioan. tenet quod non habet liberam & generalem administrationem: sed Goff. dicit quod habet generalem administrationem, sed non liberam, & ideo transigere non potest, arg. ff. de procur. mandato. Et hoc ipse no. §. de transac. cõtingit. & idem sentit. §. de is quae sunt a prelato nouit. vbi dicit quod si haberet liberam administrationem tunc transigere posset, & nouare, & aliud pro alio permutare. ff. de procur. l. procurator cui. Vinc. vero in d. c. nouit. & §. de rescrip. edoceri dicit quod non habet liberam administrationem nisi vbi habet consensum capituli, argu. 12. q. 2. ca. sine exceptione, & hoc nisi in quinque casibus bonorum danda loco religioso. §. de is qui sunt a prelato sine cõ. pastorali. vel nisi Papa committendo specialiter hoc exprimeret. vt. j. de elec. ca. cui. & de supplenda neglig. pra. l. c. grandi. lib. 6. Et has opiniones scilicet Goffr. & Vinc. ponunt Ioan. Andr. in d. c. is cui & Archi. in d. ca. grandi. super verbo liberam. in fin. Haec sententia Vincen. multum videtur amica veritati propter multa dubia quae occurrunt, vt no. Archid. in c. alleg. quia episcopus. gl. fin. vbi querit nunquid prelati possit deferre iuramentum si agat pro ecclesia sua, & videtur quod non, ¶ quia procurator est, non dñs, vt hic. & 12. q. 1. ca. vlt. 23. q. 7. quod autem. Sed procurator non potest deferre iuramentum nisi in tribus casibus, vt pote si habeat speciale mandatum: Si sit in rem suam datus: vel habeat liberam & generalem administrationem, alias non. ff. de iureiur. l. iuramentum quod ex cõuentione. §. vlt. & l. seq. ff. de procur. l. procurator cui & l. procurator tutorum. Sed prelati secundum quod dictum est supra fm. Vinc. & Goffr. non habet liberam administrationem, ergo & c. Sed ipse Goffr. no. contra in summa de iureiurando. §. potest ius quia tutor & curator & defensor vniuersitatis deficientibus alijs, pbatibus possunt deferre iuramentum super re dubia: sed super certa vel quae probari potest non possunt facere gratiam. ff. de iureiur. l. tutor. & l. iuramentum quod. §. vt. C. de transac. l. praedices quibus equiparatur prelati, vt. 3. q. 2. cap. vlt. & in authen. de ec. titu. §. fir. coll. 9. & not. §. de in integr. resti. c. auditis in glo. ecclesia enim. Et ad hoc facit sententia praedicta Ioan. in c. alleg. quia episcopus. quae dicit quod habet liberam & generalem administrationem. Hosti. vero tenet quod episcopus habet liberam & generalem administrationem, vt. §. de elec. cum nobis olim. & ideo potest deferre iuramentum, vt ipse not. in summa titu. de iureiur. §. quis potest ver. in rebus quae & c. ¶ Circa autem hoc ad concor-

ad concordandum dictas opiniones potest sic distingui. Aut queris nunquid habeat prelatum generalem vel liberam in his que solus sine capitulo exercere seu expedire non potest, de quibus legiatur & not. s. de rescrip. edoceri. de is qua fia prala. per totum. j. de consue. c. non est. lib. 6. j. ca. proxi. & de exce. prala. sicut vnire & de rebus eccl. no. alie. c. i. vna. in cle. & tunc dic quod non. ita intellige opin. Vinc. supra dictam. Aut in his que sol sine capitulo exercere seu expedire potest, & tunc, aut queris nunquid habeat generalem & liberam in similibus: aut nunquid habeat generale quicquid sit de libera. Sed quid si habeat generalem & liberam in similibus, tunc aut queris de his que merito & libero arbitrio ipsius committuntur, vt in prouidendo egentibus. 10. q. 1. regeda. & c. seq. 12. q. 1. precipimus. & 9. dist. diaconi. Item in his que le. & no. j. eo. c. proxi. & ca. apostolicæ. & in collatione beneficiorum, vel receptione monachorum. Si de consuetudine vel privilegio ad ipsum solum spectat. s. de his que fi. a. prela. cap. nouit & c. ea noscitur & infra de regularibus vt ad solum in fil. lib. 6. & tunc habet generalem & liberam, vt in iuribus alle. & s. de elec. cum nobis olim. in fin. & co. tit. c. is cui. lib. 6. Et ita intellige opinionem prædictam Laur. & Ioan. in c. alleg. quia episcopus. Caue tñ quia per illud verbum liberam non datur ei potestas male administrandi, ar. 2. 1. q. 1. relatio. C. de inoff. test. l. si qñ. s. de elec. ecclesia vestra. 2. vt not. Ber. in ca. alleg. cum olim. in fine & pro hoc. ff. de dona. l. silius. Aut queris de his que merito & libero ipsius arbitrio non committuntur, sed sub certa forma, vt dare quinquagesimam, vel centesimam de bonis ecclesie suo loco religioso, vt. j. eo. apostolicæ. & in ijs que le. & no. s. de off. ord. irrefragabili. s. fin. & vt eccl. benef. c. vnico. s. fi. j. de cens. c. apostolus. de exce. prala. cum ad quorundam. & tunc non habet generalem & liberam vt ibi. † vnde nō est dñs, sed dispensator, s. m. illud 1. Corin. 4. sic nos existimet homo vt ministros Christi, & dispensatores ministeriorum Dei, & 1. 1. q. 1. ca. clericum. s. ex ijs omnibus. ibi non enim in episcopum vngitur vt cognitor secularium negotiorum resideat, sed vt procurator animarum, & distributor spirituum existat. † Si queris nunquid habeat generalem quicquid sit de libera, dic q. sic vt hic: & in concordia. alle. hic & in 1. glo. Ex quibus patet solutio ad questionem prædictam de delatione iuramenti: nam in causis quas non potest exercere, sine capitulo nō potest. ar. j. de testibus presentium. lib. 6. cū ibi no. In illis vero quas exercere potest, dic q. in re dubia & deficientibus alijs probationibus potest, alias non. q. j. Super cod. cap. Ad declarationem glossæ quæ incipit maxime & c. Si queris nunquid contractus factus per prelatum super bonis ecclesie valet, † distingue, vt dixi. s. de reb. eccl. non alie. c. ad nostram. Et vide quod not. Archi. 12. q. 2. in sum. glo. fin. vbi dicit q. quando contractus celebratur solenniter, & in casu concessio, quamuis in contractu incidat damnum enorme, tenet quidem contractus, sed restituitur ecclesia, vel per in integr. restitutionem, vel iure maioris, vel per officium iudicis, vel conditione ex illa decre. s. de empt. & ven. cum dilecti seu ex illa. l. C. de rescin. ven. l. rem maioris præti j. m. Goff. qui ita not. in d. c. ad nostram. At vbi episcopus facit graues donationes, vel alios contractus inconsultis canonicis, tunc contractus non tenet ipso iure. 10. q. 2. ea enim. s. hoc ius potest. verfic. qui vero res. & 12. q. 2. sine exceptione & hic. † vnde quod dicit hic inconsultis canonicis subaudi maxime, s. m. Goff. qui dicit quod si consulti canonicis fecerit tenet contractus: sed rescinditur per in integr. restit. s. de in integr. restit. ca. 1. Idem Archi. in d. glo. fin. & Ioan. Andr. hic.

- 1 Prælati non dat rem immobilem ecclesia.
- 2 Prælati non dat thesaurum ecclesia.
- 3 Prælati rem modicam ecclesia dare potest.
- 4 Prælati non consumat res ecclesiasticas in malos vsus.

Aeterum. ¶ Si queris nunquid prelati sine consensu capituli vel conuentus possit dare rem ecclesiasticam, distingue. † Aut dat rem immobilem ecclesiasticam, & non potest quantumcumq. in minimam vt. s. de reb. eccl. non alie. ca. 1. & c. nulli. j. eo. pastoralis in fine & Hosti. & Ioan. Andr. Et hoc nisi solus episcopus hoc facere possit de consuet. præscripta de ijs que fi. a. præ. ea noscitur s. m. Ioan. in d. c. pastoralis quod vitimum non placet Ioan. Andr. ibi: illa enim dec. ea noscitur. loquitur cum aliquid in beneficium cōfertur, quod fieri potest per cōsuetudinem præscriptam sine consensu capituli, sed aliud cum ecclesia vel aliquod ecclesiasticū in perpetuum datur. vt

ibi: talem enim donationem ad alienationem non est dubium pertinere supra de his que fiunt a præla. s. in fine quo casu omnino necessarius est consensus capituli vt in d. cap. pastoralis. & supra, de his que fiunt a præla. pastoralis. Nec puto hoc casu contrariam consuetudinem locum habere, s. m. Hosti. Hugo. Lau. Vinc. Tanc. Aegid. & Io. Andr. in d. ca. pastoralis. & idem Inno. ibi super verbo consensus & sine eo nō valet. † Aut dat rem mobilem & tunc, aut de thesauro quem inuenit in ecclesia, & tunc idem vt. s. de reb. eccl. non alie. c. episcopi. s. 1. Aut de alijs rebus, & tunc aut res huiusmodi quam dat vel dare vult est nimis præiosa, & tunc idem. s. de elec. quod sicut. s. vt. Aut non, & tunc, aut dat nimiam quantitatem, & tunc idem vt. j. de priui. cum olim apud: quod verum etiam si esset consuetudo quod magna donatio fieri posset. s. de consuet. ca. 1. † Aut non nimiam quantitatem, sed modicam iuxta cōsuetudinem illius terræ quæ sacris canonibus non obuiat, & tunc donatio valet vt hic. Vnde de eo quod superest sibi de bonis ecclesie pauperi vel egenti nobili verecundo, vel puella maritata, vel alij dare potest, hoc enim approbat cōsuetudo generalis, & canones siue in vita vt. j. de testamentis ad hæc. & 12. q. 2. aurum. & c. gloria. siue in morte. j. de testam. tēris relatum. 2. pro talibus tamen faciendis ecclesiam obligare non potest, vt not. s. de sol. ca. 1. Sed caueat ne de ijs parentes dicit, vel nimis delitiosè viuat. vt 86. dist. non satis. 47. dist. sicut ij. s. m. Hosti. & Io. Andr. hic. Et de hoc vide quod not. Goff. in summa titu. de ijs que fiunt a præla. s. in summa. Et Hosti. in summa de ijs que fiunt a præla. s. fi. & hoc tit. s. vtrum. † Et quid iuris de prælatis ecclesiarū, & alijs clericis qui bona ecclesiastica pauperibus debita cōsumunt in vsus illicitos, videlicet in meretricibus, hiisribus, cōsanguineis potentibus, vel alijs diuitibus & potentibus, non ppter aliquam causam licitam & honestam, sed propter fauorem & pompam seculi, dic eos raptores, & per consequens teneri ad restitutionem omnium, & etiam sunt sacrilegi defraudado ecclesiam, & accipiendo pauperibus erogandum, vt probatur. 16. q. 1. cap. vlt. 12. q. 2. c. gloria episcopi. & c. si illi. vt not. plenius frater Io. in summa conf. tit. de raptoribus rubricella de rapina clericorum. q. 14. quid de prælatis. & c.

- 1 Ecclesia non vacans per sona non danda.
- 2 Ecclesia non vacans rei potest conferri.
- 3 Beneficij collatio perpetua præsumitur.

Consultationibus. ¶ Si queris vtrū episcopus vel alius prelati ad quæ spectat, possit ecclesiam non vacantem cōferre seu donare, distingue. † Aut donatio est personalis, vt quia donatur alicui privato, vt beneficiū ad vitam, & hoc fieri prohibetur vt hic in 1. respon. & s. de concess. preben. c. nulla. eo. titu. cap. de testanda. & c. ne captand. lib. 6. Aut donatio est realis & perpetua, vt quia donatur vel confertur conuentui, vel collegio & hoc fieri cōceditur, vt hic 2. respon. & idem si confertur dignitati vel præbendæ, vt. s. de preben. exposuisti. de instit. cum venissent. Et ratio est, primo quando fit conuentui vel collegio, quia cum res collegij non sit singularum, deficit hic ratio prohibitionis. s. de cō. præ. ca. 2. † Item quando fit dignitati vel præbendæ, ipsa ecclesia vel dignitas vel præbenda cui fit donatio ex quo realis est consensu careat, desiderare non potest mortem alterius, arg. ff. si quadrupes pauper. fe. di. l. 1. & in eo quod leg. & no. j. de sent. excom. ca. Romana. s. fin. lib. 6. secundum Hosti. qui ita distinguit hic & Io. Andr. post eum. Idem Archi. 16. q. 7. in summa, glo. antepen. & de iure pat. c. vnico. super verbo censenda. lib. 6. Cum quibus concordat Abbas hic ponens casum sic, loco non personæ potest ecclesia non vacans conferri. Et cōcordat ad hoc Ber. Hosti. & Abbas. j. de iure pat. illud. Aut donatio est temporalis non ad vitam, vt si detur beneficium alicui ad commendam, iuxta. c. dudum. s. tandem. s. de elec. & j. de elec. nemo potest. lib. 6. Et tunc credo q. non potest cōferri antequam vacet sicut dictum est de donatione personali & per eadem iura. † Et vide quod not. Hosti. j. de accu. l. constitit super verbo, sed ad tempus. dicens quod est ibi argumentum q. collatio facta de beneficio perpetua præsumitur nisi pbetur temporalis. Et de hoc no. s. de instit. cum venissent. & j. eo. pastoralis.

- 1 Mensura renuntians, ad eam supplendam agere non potest.
- 2 Metiendus ager die conuenta.
- 3 Metiendus ager, vbi dies incertus est, intra sexaginta dies.
- 4 Metiri petens, vbi de die non fuit conuentum, vsq. ad xxx. annos audietur.

Per tuas.

Er tuas. ¶ Si queris vbi aliquid dandum, tradendum, seu deliberandum est alicui sub certa quãtitate vel mensura, seu ad certã quantitatem vel mensurã, & traditur ad minorem quantitatem vel mensuram, vtrū & vsq. ad quod tempus recipiens ad supplementum quantitatis vel mensuræ debet agere possit, distingue. † Aut ille cui debetur renuntiauit hmoi quantitati vel mensuræ: aut non. Si sic non potest agere. 7. q. 1. quam periculosum. ff. de ædil. edic. l. quæritur. s. si venditor. Si non tunc, aut dies seu terminus est appositus ad mensuradum rem illam: aut non. Si sic tunc, aut certus, & tunc † aut dictum fuit q. infra certam diem puta infra mensem debet res mensurari, & denuntiari vel referri, si & quantum minus inueniretur, & tunc oportet q. vtruuq. infra mensem referatur, alias postea non audiretur conueniens. ff. de contrahen. empt. & vend. l. qui fundum. Aut fuit dictum q. denuntiaretur vel referretur vtrum minoris quantitatis vel mensuræ esset, sed non fuit dictum aliud de certa quantitate vel mensura referenda infra certam diem, & tunc sufficit q. infra diem illam dicat rem minoris esse, & post diem infra sua tempora super quantitate cōuenita audietur, vt. ff. de act. empt. & vend. l. lex empto. s. Iul. Sed si per mensorem steterit qui noluit infra diem assignatum mensurare, & sic lapsa est dies, ipse mensor obligatus est actione de dolo. ff. si mēfor falsum modum dixerit. l. si mensor. † Aut incertus, vt quia de die actum est, sed de certa die nihil dictū est, & tunc. l. dies spectari videntur, vt. ff. de ædil. edic. l. q. si nolit. s. pen. & hædiles autem. s. 1. Si vero nec de certa die, nec de incerta die aliquid actum est, tunc semper audietur vsque ad xxx. annos vt hic. Et videtur q. etiam secundum canones debeat vltra audiri cum deficiat bona fides. s. de prescrip. c. quoniam. secundum Hosti. hic, cuius est ista distinctio in effectu excepto primo membro, & concordat in ijs Io. Andr. cum eo.

- 1 Beneficium suum princeps ad libitum interpretatur.
- 2 Rescriptum ad iuris obseruationem concessum, strictè interpretandum.
- 3 Rescriptum pro beneficio obtinendo strictè interpretandum.
- 4 Rescriptum ad alium quam cui est concessum non extendendum.
- 5 Rescriptum contra ius commune impetratum restringendum.
- 6 Rescriptum in præiudicium alterius impetratum, strictè interpretandum.
- 7 Rescriptum in concedentis priuilegium, largissimè interpretandum.
- 8 Rescriptum proprio motu concessum largissimè interpretandum.
- 9 Rescriptum odiosum strictè interpretandum.
- 10 Rescriptum favorabile largè interpretandum.
- 11 Heredis dictio aliter in vltimis voluntatibus, aliter in contrahibus accipitur.

Vm dilecti. ¶ Si queris vtrum, & quando beneficiū principis est latè vel strictè interpretadum, distingue. † Aut queris qualiter est interpretandum ab eo a quo vel cuius auctoritate est indultum, & talis potest ipsum interpretari put sibi placet, vt. ff. de legi. l. & deo de reg. iur. l. Neratius. in fi. & j. de sent. excom. inter alia. vt no. Ber. j. de consan. & affi. c. q. dilectio. glo. arg. contra, & c. quod c. facit ad idem. Sed hoc non placet Hosti. ibi, quia & si alij debet latè beneficium principis interpretari, ipsum concedentem decet latè interpretari, argu. C. de legib. l. digna vox. maxime cum factum suum sit, contra quod non decet quod veniat supra, de cler. coniug. cap. diuersis fallacijs. in fin. & quod tenetur defendere nō debet impugnare. s. de natis ex libero ventre. c. vnico & nisi creuerit in beneficio nihil se fecisse putet. s. eo. c. 1. & quod cōcessit decet esse mansurum in aut. constitutio quæ de dig. s. illud. coll. 6. secundum Hosti. ad idem de reg. iur. c. beneficium. lib. 6. Sed dictū Ber. potest dici verum de iure: dictum vero Hosti. de decentia & honestate, & omnis indementia in principe qui est omnium director est impossibilis saltē in moris, de quo. j. de reg. iur. nemo potest. lib. 6. & not. Card. j. de hæreti. super eo. lib. 6. Aut queris qualiter est interpretandum ab alio quam ab eo a quo, vel cuius auctoritate est indultum. Et tunc, aut queris de beneficio seu rescripto ad iuris cōis obseruationem concessio: aut de beneficio, seu gratia, vel rescripto ad beneficium ecclesiasticum obtinendum cōcesso: quia quicquid princeps facit beneficium seu gratia est, & vt le. & no. s. de rescrip. ca. sedes apostolica. in princ. & de elec. c. cum inter vniuersas. in fin. aut de beneficio seu rescripto ad priuilegiū, seu aliud gratiosum con-

tra vel citra vel vltra iuris communis obseruationem vel tenorem cōcesso. † In primo casu dic quod beneficium principis est strictè interpretandum vt. s. de prescrip. nonnulli. & c. fin. & c. titu. c. cum in multis. lib. 6. de off. deleg. p. & g. Fallit. C. de diuer. rescr. l. 1. r. vbi habes quod supplicatione porrecta per duos in causa communi principi, rescriptum postea super ea in persona vnus solius ipsorum obtentum, extenditur ad aliu & pdest alij, & hoc s. m. Iaco. de Ra. ibi operatur duo simul concurrentia videlicet causæ cōitas, & communis supplicationis amborum, alias si alterum istorum deficeret non videretur rescriptū extendi ad personam alterius: quia quæ in præfationibus dicuntur, & c. ff. de verb. oblig. l. Titia. s. idem respōdit. Per. vero de Bellapert. dicit ibi quod requiritur & hoc operatur causæ tantum cōmunitas. Vnde si tu pro causâ tua separata, & ego pro mea supplicamus, & princeps rescriberet mihi vel pro me tantum, non extenditur ad te: item si res esset cōis mihi & tibi, & ego solus supplicassem, & mihi soli seu pro me solo fuisset rescriptum, extenderetur etiam ad te propter causæ cōitatem: vt. ff. de quibus re. ad eundē iudi. eatur. l. 1. quia est eadem ratio. arg. ff. de verb. oblig. l. a Titio. s. m. Pet. pro quo facit, quia quod vni personæ de iure cōmuni conceditur, omnibus concessum intelligitur, vt 4. dist. denique. & s. dist. ad eius vero concubitum, vt no. Ber. & Hosti. j. de priui. sanè. † In secundo casu beneficium principis non est largè, sed strictè interpretandum, vt. s. de præb. c. vlt. & j. de præb. c. quamuis. j. c. is cui. & c. non potest. lib. 6. extra de præb. c. quamuis. j. c. is cui. & ca. non potest. lib. 6. extra præben. c. si dignitatem in cle. cum ibi no. In tertio casu refert, † Aut queris vtrum priuilegium principis largissimè interpretatur vt extendatur, ad aliu seu alios ab illo cui specialiter est concessum, & dic quod non, vt. ff. de conscrip. princ. l. 1. s. planè. de reg. iur. l. priuilegia. & l. in omnibus inflit. de iure natu. s. sed quod prin. j. de priui. c. sane. 16. q. 1. hinc etiã j. de reg. iur. c. priuileg. lib. 6. cum concor. ibi alleg. facit quod not. Hosti. j. de sent. excom. cum illorum. s. si vero claustralis. & Ioan. Andr. post eum in c. canonica. dicentes quod priuilegium concessum hospitalarijs, nō extenditur ad templarios licet Ber. contra in d. s. si vero, glossa multa enim licet enim vbi est eadem ratio sit idem ius, illud tñ verum cum agitur de extensione iuris communis, secus si de prorogatione priuilegij. Fallit in illo qui ad sui postulationem impetrat, & obtinet ius iniquum contra alios, pari ratione vtentur eodem iure iniquo contra eum, quod dicit vt leg. & no. ff. q. quisq. iuris. l. 3. Sed ista extensio non fit virtute priuilegij, sed rōne vsus talis iuris iniqui, vt ibi & sic non est ibi proprie fallentia. Aut queris vtrum priuilegiū largissimè interpretatur in persona illius cui est concessum, & tunc. † Aut est contra ius commune. & tunc, non imò est restringendum, vt. j. de cōsan. & affi. quod dilectio vbi hoc not. Inno. & Hosti. & maxime qñ est in præiudicium alterius. Idem not. Inno. c. j. de priuile. dudum. in glo. idem præbunt. & c. recepimus. in gl. 1. ver. sed quæ res. & de cōces. præb. c. dilectus. & Hosti. post eum ibi. idem Vinc. Ala. Lau. Goff. Ber. Inno. & Hosti. s. de filijs presbyt. c. literas. Idem Laur. & Archi. 1. q. 7. c. requiritur. s. nisi rigor. in gl. adde ob hoc dicitur quod tñ dispensatio & c. Et eo casu potest dici vt no. Dy. j. de reg. iur. quæ a iure. lib. 6. dicens quod si cōcedatur capaci de iure communi, videtur ad ius commune aliquid superaddi. ff. de bonis lib. l. etiam. s. 1. ad municip. l. 1. in fin. si non capaci reducitur ad ius commune. C. de inoff. testa. l. si quado. & si verba sunt ambigua restringuntur vt in c. alleg. quæ a iure. & de filijs presbyt. cap. 1. lib. 6. Interferit tñ quod priuilegia ius commune continentia, concedi videntur s. m. conditionem illius personæ cui conceduntur, militi. s. vt militi, clerico vt clerico, laico vt laico. ff. de iniusto rupto & irrito testamēto. l. si quis ab exhæredat. s. sed & si quis. & de testamēto militi. ex militari. Aut non est directè contra ius commune, sed præter, citra, vel vltra, & tunc aut queris nunquid largissimè interpretatur in præiudicium alterius, seu aliorū quam cōcedentis: aut in præiudicium ipsius concedentis: aut in nullius singularis præiudicium, sed in se. † Si in præiudicium alterius seu aliorum, tunc dic quod est strictè interpretandum. s. dist. florentinum. ff. ne quid in loco publico fiat. l. 1. s. si quis a principe. & s. merito de administratio. tut. l. impuberi. C. de eman. lib. l. nec ausus. s. de vsu pallij. c. ex tuarum. j. de rescr. c. quamuis. lib. 6. de decimis statuto. eo. lib. vbi de hoc no. Et hoc no. Inno. & Hosti. Abb. & Ioan. Andr. hic & Ber. & Hosti. j. de verb. sign. olim in fin. & Ioan. ibi super glo. fin. Et Compo. s. de rescrip. c. causam quæ circa princ. Fallit in casu vbi priuilegium non afferret ali- quod commodum, seu de nihilo operaretur nisi interpretare-

tur in

tur in alterius læsionem saltem modicam, quia tunc interpretatur in alterius modicam læsionem. C. de pre. impe. off. l. quoties. j. de priu. in ijs. priuilegium enim debet de aliquo operari vt ibi, & de verb. signifi. Abbate sanè. de priuile. c. vt apostolica. lib. 6. Et interpretandū est vt res potius valeat quam pereat vt ibi, & ff. de reb. dub. quoties. 2. vt not. Ber. j. c. proxi. glo. pen. in fin. & Hosti. post eum. Idem Hosti. in c. alleg. literas. s. de filijs presbyte. vbi dicit quod indulgentia est restringenda quantum potest, dummodo remaneat in aliquo gratiosa, alias enim si cederet in enormem alterius læsionem nō valeretur in d. l. quoties. 2. respon. s. m. Innoc. & Hosti. hic. Et idem Arch. 79. dist. in cap. i. vbi de hoc. j. de verb. signi. quid per nouale. vnde verba priu. ita interpretanda sunt quod alteri enorme præiudicium non afferat vt ibi. Si autē ex postfacto superueniat præiudicium cessat priuilegium: vt. j. de decimis suggestum. nam priuilegium extinguitur propter abusum, negligentiam, cōtrarium factū, & superueniens enorme præiudicium, quod dic vt leg. & not. 2. dist. in. renouantes. 1. 1. q. 3. priuilegium. & in c. alleg. suggestum. & per Io. Andr. j. de reg. iur. c. decet concessum. lib. 6. † Si queris in præiudicium concedentis seu heredis sui, vel causam habentis ab eo tunc, s. m. Inno. Host. Abb. & Io. Andr. hic q. largissimè debet interpretari vt hic. 1. 6. q. 1. cap. 1. & j. c. proxi. & in d. c. olim. j. de verbo. signi. & ff. de constit. prin. l. vt. de tri. & oleo leg. l. 3. C. de sen. p. s. l. 1. & de bonis vacantibus. l. si quando. lib. 1. o. j. de priuile. quia circa. & de præben. si motu proprio. & c. seq. lib. 6. in auth. constit. quæ de digni. §. illud. coll. 6. Pro tanto dicunt quidam, q. licet Comes vel Marchio merum imperium specialiter transferre nō possit, vt. ff. de off. ius. cui mandata est iurisdic. l. 1. si tamen donauit aliquam ciuitatem, vel castrum, tunc cum ipsa vniuersitate transit merum imperium nisi excipiatur, arg. hic & s. de re iudic. cum Bert. j. de iure pat. ex lictis. & c. cum s. m. præsertim cum sibi in concessione retinet aliquid aliud specialiter, arg. ff. de offic. præfec. vrbis. l. 1. §. cum vrbem. ver. sed & si quid & s. de præsump. nonne. Verum tamen plures ex iudicibus Regni Franciæ tenent q. quantumcumq. generalis vel indistincta sit alicuius castri vel ville concessio, non intelligitur transferens etiã princeps ea quæ sunt meri imperij transferre, nisi hoc specialiter exprimat, arg. ff. de ijs quæ in fraud. credi. l. Si autem pater de offic. præfdis. l. pen. 1. 6. q. 2. visis. s. de offic. lega. quod translationem. de ijs quæ si. a præla. pastoralis. vt not. Spec. tit. de iurisdic. omnium iudicum circa medium versic. & dicit quidam. † Sequitur q. in nullis singularis præiudicium sed in se, & tunc aut beneficiū seu priuilegium cōceditur mero motu, & libera voluntate cōcedentis seu indulgentis, & tunc largissimè debet interpretari, ita potest intelligi hic & in cōcor. alleg. in glo. ita potest intelligi quod no. Laur. 2. q. 7. clericus aduersus. vbi sic querit, pone simpliciter dispensatū fuisse, qualiter intelliges dispensationem, & dicit quod quo ad omnia vt C. de nup. imperialiar. 2. q. 3. c. si quem. §. si autem. s. m. Laur. ibi. Et idem not. ibi Archi. Et pro ista sententia facit optime. j. de præben. si motu proprio. & c. si pluribus. lib. 6. & eod. tit. c. si Romanus Pontifex. in cle. s. m. Archi. in §. alleg. nisi rigor. Aut conceditur ad instantiam petentis non libera voluntate, seu motu proprio concedentis, siue indulgentis, & tunc debet strictè interpretari, arg. ff. q. quisq. iuris. l. 3. & j. de consang. & affi. q. dilectio. & sic sentiunt ibi Alanus & Vinc. & Archid. in §. alleg. nisi rigor. Sed tu potes sic dicere & satis probabiliter, aut conceditur in & super materia odiosa, siue ambitiosa, siue ibi publico aduersa aut non. † Si sic, tunc nō est largè, sed strictè interpretandū, & restringendū: & ita potest intelligi dicta opinio Ala. Vinc. & Archid. de materia odiosa, patet. ff. de iur. in mu. l. 1. de ambitiosa, pater. s. de transla. epi. cap. vlt. j. de præben. c. quamuis c. i. cui. & c. non potest. lib. 6. de iure publico aduersa, patet in d. l. 1. de iure immu. j. de sent. ex com. cal. ma mater in fin. lib. 6. extra eo. titu. de sent. ex com. cap. ex frequentibus. & c. cum ex co in cle. Et ideo indulgentia per quam alicui indulgetur vt possit plures ecclesias licitè retinere, licet liberet eum vt non teneatur in omnibus personaliter residere, vt not. Ioan. 7. quæstio. 1. si quis in clero. non tamen liberat eum quin teneatur in earum altera residere, nisi expressè hoc in ea dicatur: nam ambitiosa est & ideo restringenda. vt. s. de præben. c. quia in tantum. & c. seq. & si. vt no. Spec. tit. de offic. legati. §. videndum restat. ver. quid si indulgetur alicui. & Archid. in c. alleg. si quis in clero glo. fin. † Si conceditur in & super materia favorabili, tunc est interpretandū saltem, vt de aliquo operetur. j. de priuile. ca. vt apostolica. lib. 6. pro hoc. j. de reg. iur. c. odia. lib. 6. Et ita potest intelligi quod not. Inno. in

c. alleg. quod dilectio. glo. fin. & etiam Hosti. post eum. Et de ista materia satis not. Rayne. in summa ritu. de filijs presby. §. item pone. Goff. in sum. de filijs presby. §. sunt quidam sed dispensetur. & Hosti. in summa de filijs presby. §. quis possit. ver. quid si ijs visis. Hæc decr. facit ad. q. alias in parlamento Fraciæ. vt dicitur ventilatam. Rex Franciæ cuidā militi dedit castrū in feudum hoc modo, do tibi & hæredibus tuis tale castrum, & miles iste decessit sine liberis, rex repetebat feudū, quia in casu huiusmodi hæredes debent intelligi filij, hæredes militis contradicunt, quaritur quid iuris, narratur parlamento Franciæ iudicasse pro rege, per l. ex facto. §. vlt. ff. ad Treb. vbi appellatione hæredum soli filij intelliguntur, cum sua glo. quæ hoc not. Sed Iaco. de Ra. & Pet. de Bellaper. cum eo dicunt q. male fuit iudicatum, quia debuit intelligi de hæredibus qui buscunq. cum adiectio illa & hereditas fiat ad ampliandum, vnde non debet interpretari ad minuendū, vt. ff. de condi. & de. l. cum tale. §. vlt. Et ad l. ex facto respondent q. ibi non extenditur appellatio hæredū, sed restringitur ad filios, ideo quia alias inutile redderet fideicommissum, cum raro vel nunquā cōdicio possit existerre, si intelligeretur de hñdib' quibuscunq. cum impossibile vel raro sit quem non habere hæredes, saltem enim habet fscum: vnde vt possit cōdicio impleri, intelligimus mentem testantis ibi fuisse de liberis. Dy. vero videtur sentire cum illa glo. quæ est in l. alleg. ex facto. §. vlt. c. sic secundum eum bene fuit iudicatum: quia quæstio loquitur in contractu feudali, qui de sui natura non transit in hæredes extraneum. Vnde in casu feudorū dicitur, quod quoties de hærede tractatur, intelligitur de filijs masculis & nō de feminis, siue de hæredibus extraneis, vt in lib. feu. de ali. seu. c. vnico. ver. & si clientulus. & ita scribit in d. §. vlt. & ff. de verb. signi. l. in conuentionibus. Ad hoc tamen potest responderi pro Iac. & Petro, q. verum est q. simpliciter res in feudū datur: nam tunc videtur concessa sibi & hæredibus suo iure, vt arg. ff. de leg. 3. l. si quis in princ. §. 1. ac. cum exprimitur nomen hæredis tunc ampliatur eius natura vt dicitur est: & istam partem credo veriorē per istud c. & per præmissa. † Pro hoc etia facit quod no. Spec. rubricella de testamētis §. 1. ver. fi. vbi dicit q. in vltimis voluntatibus appellatione hæredis liberi solum intelliguntur, sed in contractibus intelliguntur etiam extranei hæredes si liberi non extant, vt in d. l. in conuentionibus. & ff. de operis lib. l. cum patronus licet eius dictū non credam simpliciter fore verū. Vnde opinio illius glossæ & Dyni vera est vbi testator vel donator voluisset castrum ad se reuerti aliquo casu, vt quia dixisset ita, do tibi castrum ita, q. si sine hære de decesseris castrum ad me reuertatur, nam tunc nomine hæredis intelligerem liberos tantum: sed in ista quæst. vbi non expressit aliquo casu castrum ad se reuerti, dico quod intelligendum est de hærede quocunq. maximè quia beneficia principum largissimè sunt interpretanda, vt hic in concor. alleg. Et idem intelligerem in dispositione testatoris, quæ facta simpliciter largè est interpretanda: vt hic & ff. de regu. iur. l. in testamētis. de vino tri. & oleo leg. l. 3. de penu leg. l. qui penum. §. fin. & de an. leg. l. legatum ita. in princ.

- 1 Ecclesia a religiosis adificata, qualeius in ea habeant.
- 2 Ecclesia religiosis donata ab 1 pisco, quid iuris ei in ea remanet. 4. 6.
- 3 Ecclesia ius patronatus donari potest.
- 5 Consuetudo ecclesia onerosa non valet.
- 7 Cathedralicum non prescribitur.

Astoralis. Si queris quæ & qualia iura possunt habere religiosi in ecclesijs vel capellis sibi concessis, distingue, circa quod aduertendum, quod duobus modis sunt ecclesiæ vel capellæ religioforum, scilicet edificatione, & donatione. † Aut ergo ecclesiæ vel capellæ sunt religioforum edificatione, & tunc religiosi habent temporalia, & episcopus spiritualia. j. de capel. mona. cap. 1. 1. 6. q. 2. sanè & c. pen. & vit. & q. 5. c. 1. 2. & 3. Aut sunt religioforum donatione, & tunc aut donatio facta est ab episcopo, aut a patrono: aut ab episcopo de consensu patroni: vel e contra. Si ab episcopo tunc, aut sub certa forma: aut cum omni iure seu pleno iure: aut simpliciter: aut non apparet qualiter sit concessa. † Si sub certa forma, tunc non habebunt plus iuris in ecclesia vel capella donata quàm forma contineat, vt. ff. de pac. lin. traditionibus. & C. de dona. l. legem. Si cum omni iure seu pleno iure, tunc habet religiosi temporalium & spiritualium administrationem, & sacerdotum institutionem & destitutionem. 1. 6. q. 2. visis. secundum Inno. hic in glo. &

glo. & non institutio. & Hosti. post eum: licet Innoc. innuat in glo. pen. cōtrarium in institutione. Et sic intelligitur q. capellæ pleno iure pertinent ad religiosos. 1. 6. q. 2. ca. fi. in quo casu non coguntur episcopo presbyteros præferre, vt. s. de præben. in Lateranensi. ibi quatenus in ecclesijs quæ ad ipsos pleno iure non pertinent & c. a contrario sensu. Ad quod facit illud quod no. Host. & Io. An. post eum. j. de priuile. cum olim. 2. scilicet q. episcopus concedit priuilegia libertatis, quod dicitur. vt. j. de relig. do. c. constitutus. & de censi. cum venerabilis. remanet tñ ius episcopale in ordinatione, in iurisdictione, in visitatione, in altarium cōsecratione, & similibus. 9. q. 3. per singulas. Si simpliciter cōcessit episcopus ecclesiam vel capellam religiosis, tunc aut in illa ecclesia vel capella ipse episcopus certam percipiebat fructuum portionem, quotam, vel quantam, quæ forsan imposita fuit tempore dedicationis. 1. 8. q. 2. Eleutherius. vel debetur ex antiqua consuetudine. 1. 8. q. 2. seruitiū. secundum Hosti. hic. Et illam tantum concessisse videtur, vt hic. arg. j. de iure pat. c. quod autem consuluit. ff. de contrahen. empt. l. qui tabernas. de leg. 1. domus. §. fin. & tunc s. m. Ioan. & Ber. hic in gl. fi ita generaliter intelligitur dedisse ius instituendi. 1. 6. q. 2. visis. Tu tamen dic contra vt. s. de suppl. neg. præla. cap. 2. nam q. dat ecclesiam simpliciter, non videtur dare aliquid spirituale vt hic innuitur, & institutio spiritualis est. ar. j. de simo. in tantum. in fin. & dic q. ca. alleg. visis. locum habet q. episcopus non simpliciter, sed expresse dat ecclesiam cum pleno iure, s. m. Goff. Inno. Host. & Ioan. Andr. hic. Aut in illa ecclesia vel capella episcopus non percipiebat aliquam fructuum portionem, & tunc proventus cōcessisse videtur vt hic. Et videtur mirabilis hæc distinctio, quod q. episcopus minus habet in ecclesia, intelligitur plus dedisse: sed hoc ideo est, quia donationē interpretari debemus vt magis valeat quam pereat, arg. j. de verb. signi. Abbate sanè. §. circa quod fuerat. Si nō apparet qualiter sit concessa, tñ de cōcessione cōstat præsumitur simpliciter concessa, arg. ff. de seruit. l. si cui & j. de priuile. quia circa. † Si donatio, vel concessio sit facta a solo patrono, tunc valet donatio, & illud quod habet scilicet a patrono donare videtur, vt. j. de iure pat. c. vnico. lib. 6. No. tamen quod licet sine cōsensu episcopi laicus possit donare ius patronatus ecclesiæ seu capellæ eidem, vel alteri ecclesiæ vel capellæ, vel loco religiofo vt ibi, non tamen potest ipsum donare alteri laico sine cōsensu & autoritate episcopi, vt leg. & not. j. de iure pat. præterea. & not. Archi. in d. c. vnico. super verbo loco religiofo. † Si donatio vel concessio fiat ab episcopo de consensu patroni: vel a patrono de consensu episcopi, tunc vterque quod suum est concessisse videtur, vt hic s. m. Hosti. & in præmissis concordat Asten. lib. 6. titu. de regularibus in fin. No. tñ quod quantumcumq. episcopus generaliter ecclesiā a se eximat, vel alteri conferat, aut concedat pleno iure, semper videtur quatuor retinere. Primum scilicet, correctionem, vt in c. alleg. visis. Secundum scilicet, visitationem. Tertium, scilicet procurationem quæ rōne visitationis debetur. j. de censibus cum venerabilis. & c. venerabili. Et cathedralicum vt hic, quia cathedralicum datur in signum subiectionis in spiritualibus, & in iurisdictionibus spiritualibus, quæ cum nō intelligitur remitti per consequens nec cathedralicum, s. m. Innoc. & Hosti. & Ioan. Andr. hic & Ioan. Andr. in c. alleg. visis. in glo. pleno iure & Archi. super verbo glo. Vinc. & Goff. Ber. & Hosti. in calle. cum venerabilis. & G. Inno. & Hosti. in c. venerabili. Et Hosti. infra de relig. do. constitutus. & in summa de off. ordi. §. quid pertinet. sub. §. sunt autem quædam. versic. consuevit. & versic. & not. & de reb. ecclesijs non alienandis. §. an res versic. extra summam. Et est ratio s. m. Hosti. vt. ff. de offic. præfdis. l. legatus. C. de patria po. l. abdicatio, supra de off. ordi. irrefragabili. & institutionem authorizabilem quæ nec præscribi potest supra de offic. Archid. cap. satis. & etiam forsan canonicam portionem, quia hæc duo æquiparantur, vt. s. de off. ordi. conquirente. nisi expresse illā conferat. 1. 2. q. 3. c. fin. Et sic ex tali titulo potest præscribi cōtra ipsum. s. de præfdis. de quarta. vbi de hoc. Alij dicunt q. non potest dare canonicam ius canonicæ portionis sibi inhærentis, licet possit dare fructus quo ad tempus præteritum. i. reventos retro, vel etiã in futurū quandiu viuit, sic intelligunt. 1. 2. q. 3. c. fi. arg. ff. de periculo & com. rei ven. l. necessarii. & no. fi. s. de loca. & cond. c. vltra. secundum Hosti. & Io. Andr. Et hoc q. dictum est quod cathedralicum non potest episcopus a se abdicare, no. etiam Io. 1. 6. q. 7. quicunq. quod verū in generali remissionem, vt hic, secus forte in specialij. ar. op. in c. alleg. cum venerabilis. in fin. j. de cen. vt no. Archi. in c. alleg. quicunq. glo. pen. & j. de præb. cap. 1.

super verbo episcopalia. lib. 6. s. m. id quod not. Lau. Vin. Tanc. & Ber. s. de transac. præterea. in 3. glo. qui scilicet. Quod dictū est de concessione episcopi, intellige dummodo cōsensu capituli intercedat vt hic in fin. & s. de ijs quæ sunt a præla. cum vos. & c. tua. & c. pastoralis. alias nō valeretur quo ad transferendum ius t nec valeretur consuetudo in contrariū, cum esset ecclesiæ onerosa. s. de consue. ca. 1. Nam hic necessarius est tractatus. s. de his quæ sunt a præla. c. tua. & c. cum apostolica. j. de reb. ecclie. c. dudum. lib. 6. Item talis concessio continet alienationem. s. de reb. ecclie. c. nulli. ergo cōsensu requiritur. 1. 2. q. 2. sine exceptione. ergo contraria consuetudo hoc casu nō valet s. m. Goff. Hug. Laur. Vinc. Aegid. Gui. Innoc. Hosti. & Io. An. quamuis Io. dicat valere consue. ar. s. de his quæ sunt a præla. c. ea noscitur sed non obstat, quia loquitur in concessione facta tanquam de beneficio vbi consuetudo bene valeret, secundum Goff. Host. & Io. Andr. Dic ergo quod non valeretur concessio episcopi sine consensu capituli quo ad transferendū ius, licet bene valeret quo ad transferendum titulum prescribendi j. de iure patro. cura. & no. j. eo. apostolica. Et talis consensus sufficit q. episcopus dat ecclesiā alij ecclesiæ, vel loco religiofo alteri a capitulo suo: si vero capitulo suo, tunc requirit consensus & autoritas superioris ipsius episcopi, vt no. Gen. extra de reb. ecclie. non alie. c. fi vna. super verbo mensē suæ in cle. Et idem innuit ibi Ioan. Andr. licet variet postea super verbo ecclesiam. Et quamuis Hosti. teneat contrarium. s. de his quæ sunt a præla. nouit. & vide quod ipse not. in summa de off. ordi. §. alleg. quid pertinet. sub. §. sunt autem quædam. ver. consuevit. vbi de ista materia. Et plenè vide per Io. Andr. in ca. alleg. venerabilis. de censibus super glo. 2. vbi querit, an episcopus etiam de capituli sui consensu ecclesiam eximendo, vel alteri cōcedendo puta abbati, vel decano pro sua dignitate recipiente, possit dato quod velit ex hoc exprimat in ea iurisdictione episcopalem a se in totum abdicare, dicens quod glo. pen. hic & alia glo. s. alleg. innuunt quod nō potest quo minus retineat hæc quatuor visitationem, procurationem visitationem, correctionem, & cathedralicum: ad quæ quatuor alia quatuor adducuntur. † Primum de reuerentia, vt recitat Hosti. in prædicto ver. & no. quod & facit quod not. Ber. in d. c. præterea. glo. qui scilicet. Secundum de charitativo subsidio s. m. Host. tertium s. m. eum de institutione authorizabili, vt no. in decre. c. fati de off. Archid. Quartum. de ijs quæ sunt ordinis episcopalis, vt notatur. 1. 6. q. 2. in summa & s. de præfci. veniens. Et post multas rōnes & iura alleg. ad præmissa coadiuanda colligit tres modos, quibus procedit plena abdicatio, q. scilicet interuenit principalis cōfirmatio ex certa scientia vt. j. de relig. do. constitutus & q. sic iudicatum est, nec est appellatum vt. s. de re iudi. cum inter vos. nec restitutio petita. j. de resti. in integr. ca. 1. lib. 6. & q. præscriptum esset alterius tñ nomine, ita quod subditus prescribat non nomine proprio contra episcopum, sed nomine non subditi, quod dicit s. m. Hosti. s. de prescr. cum ex offic. & c. cum olim. Alias tenet Ioan. Andr. cum glo. prædictis, quod nō tenet plena renuntiatio, remissio, vel exceptio quo ad casus prædictos: tñ putat quod vbi per episcopum cum cōsensu capituli sui ex causa prædicti casus excepti concederentur, exceptis cathedralico, reuerentia, & charitativo subsidio valeretur cōcessio necum perfonalis, sed etiã realis competens dignitati; ita tñ quod per id non fiat abdicatio, sed quædam vicariæ commissio licet perpetua. Vnde singulos casus sumendo, dicit quod si visitationem, procurationem, & correlationem abbatia vel alteri dignitati concessit, abbas vt eius vicarius faciet prædicta, sed per hoc non erunt ab episcopo abdicata, quin poterit saltem abbate negligente visitare. Sic dicit de institutione, quod licet Abbas tantum illam faciat, tamen illam facere possit episcopus per querelā, vel appellationem. Additus est sic non erat abdicata vel excusa. De cathedralico vero no. Archi. j. de præb. ca. 1. lib. 6. quod licet generalis remissio non extendatur ad illud, specialiter tñ possit remitti, inducit illas duas glo. de decretali præterea. in glo. 3. de transac. & de decre. de monachis de præb. Sed non ob. quia in illa præterea. prima pars facit pro secunda nō loquitur de episcopo, vel solum in tendit excludere vitium simonia. Item gl. decre. de monachis. quæ videtur innuere quod cathedralicum & prædicta remaneant, vbi simpliciter sit concessio, sed non vbi iure pleno, supplenda, & intelligenda est s. m. glo. s. allega. † Et Ioan. tenet contra Arch. 1. 6. q. 7. quicunq. in fin. 1. glo. vbi dicit quod licet non curat præscriptio in quantitate decime, tamen currit in quantitate cathedralici, vt extra de censi. cap. olim. non tamen in toto, cum nec remitti possit de reuerentia & charitativo

& charitativo sub sidio. Satis placet qd est dictum, illa non posse remitti de institutione authorizabili, licet Hosti. teneat illam prescribi non posse in decre. cum satis. de off. Arch. contrarium tñ seruari videmus. Et tñ dato qd id verum esset, non per hoc sequitur quin possit remitti per modum praeiudicij, vt scilicet alius vice episcopi authorizet, & non tñ per hoc dicitur abdicata, cum episcopo petenti fidem fieri oporteat, facit quod no. j. de reg. iur. ca. 1. lib. 6. De exceptio. illorum quae sunt episcopalis ordinis, idem dico qd valeat licentia de consensu capituli ex causa data prelato, vt clerici vel monachi sui possint illa recipere a data prelato, vt clerici vel monachi sui possint illa recipere a quo episcopo voluerint, nec per hoc dicitur abdicata, cum illa sint accumulata tantu: constat enim quod ipse episcopus concedens sine alterius licentia, vel dimissiois suo iure poterit ordinare, vel alia episcopalia conferre, secundum Ioan. Andr. qui haec no. vbi. s. a ver. & plene vide, &c.

- 1 Parochia respectu episcopi dicitur diocesis.
2 Parochia respectu curati dicitur parochialis ecclesia.
3 Episcopus an ecclesia bona donare possit.
4 Ecclesia bona donata ab episcopo qualiter reuocentur.
5 Episcopus de rebus proprijs disponit ad libitum.



Apostolica. ¶ Si quis queris vtum tota ciuitas & diocesis possit dici & ceteri parochia, distingue. ¶ Aut respectu episcopi diocesis sanis, & dic quod sic, vnde est vna parochia sua, & quilibet ibi habitans ei subest tanquam parochianus, vt no. s. de off. archiepiscopi. c. officium. s. confessionses. ad idem de off. ordi. significauit. & c. irrefragabili. cum si. s. m. Hosti. & Io. An. hic idem Archi. 7. q. j. sicut alterius. glo. 3. pro hoc. j. de parochia. c. nullus. & c. si. & 1. 2. q. 2. bonę rei. s. de ijs quae sunt a prelato. pastoralis, & ita sumitur nomen parochiae hic & j. de decimis ad apostolicam. de magistris. cap. 2. de haere. excōicamus. j. & s. ad iij. c. 2. de raptoribus. c. 1. vbi de hoc per Hosti. ¶ Aut respectu curati parochialis, & dic qd non. imo parochialis ecclesia proprie dicitur parochia vt. j. de parochijs. ca. 2. & c. parochiarum.

¶ Si quis queris vtum episcopus de possessionibus, rebus, & alijs rebus ecclesiae suae possit dare monasterio in suo episcopatu de nouo fundando quinquagesimam partem, vel monasterio iam constructo centesimam partem, & si ultra dederit nunquid & qualiter illud ultra poterit reuocari, distingue. ¶ Aut queris nunquid possit dari aut nunquid ultra debitum datum possit reuocari. In primo casu dic vt dixi. s. de ijs, quae sunt a prelato. pastoralis. ¶ In secundo casu refert, aut ecclesia per hoc enormiter non grauatur, & tunc nihil reuocatur, vt hic in fin. Aut enormiter grauatur & tunc, aut est vna sola donatio: aut sunt plures. Si vna sola, tunc illud solum in quo grauatur ecclesia reuocari debet, & qd plus est detrahetur. 1. 2. q. 2. si quos deferuis. vt no. Ber. hic in gl. hic respondet. Idem Goff. Tanc. & Io. Andr. Si plures, tunc aut per vltimam donationem tantum ecclesia est grauata, & tunc illa solum & in quantum ecclesia est grauata reuocari debet, argu. ff. de iure pat. l. si libertus. s. 1. s. m. Ber. hic in glo. hic respondet. in prin. quae sunt gl. Laur. Idem Vinc. Goff. & Io. Andr. hic & Goff. in summa de ijs quae fi. a prelato in fin. Idem Tan. & Bar. Brix. in q. venerealibus quae incipit, esto qd episcopus fecerit donationes & c. & Bar. Brix. & Archi. 1. 2. q. 2. bonae rei licet. Dama. hic cuius gl. posuit Phil. s. eo. ca. 2. teneat, qd de singulis detrahetur per l. si totas. C. de inoff. dona. Aut nedum per vltimam donationem, sed etiam per alias praecedentes ecclesia est grauata, & tunc ille etiam praecedentes donationes prout sunt posteriores, per quas ecclesia est grauata, & in quantum est grauata poterit reuocari per beneficium in integrum restitutionis, vt hic. s. hoc semper. secundum Inn. & Hosti. Vnde dic breuiter, qd sine vna, siue plures sint donationes, id tñ & illud totu in quo & per quod grauata est ecclesia reuocabitur, vt hic debet. s. m. Hosti. Fallit in casu vbi monasterium tutum est exceptione praescriptionis vt hic, vel alia exceptione, puta rei iudi. vt. s. de re iud. cum inter vos. & ff. de except. l. 2. vt hic in tex. & gl. puta rei. vel compositionis confirmatae a Papa ex certa scientia vt. s. de transf. ca. 1. & de confi. vti. c. venerabiles s. m. Goff. Hosti. & Io. An. hic. ¶ Et haec vera, qd episcopus vult dare de rebus ecclesiae de rebus vero, proprijs siue patrimonialibus, potest dare quantum vult, quia in re sua quilibet est moderatus & arbiter. C. manda. l. in re. manda. s. m. illud Mar. x. an non licet mihi qd volo facere: tolle qd tuu est & vade.

- 1 Donatio privati qualiter reuocanda.
2 Donatio ecclesiae qualiter reuocanda.

- 3 Donatio an per donatoris heredem reuocetur.
4 Donatio an per heredem donatarij reuocetur.
5 Ingratitudinis descriptio.



R'opter ingratitudinem.

¶ Si quis queris vtum & in quibus casibus donatio facta valeat reuocari, refert. Aut queris vtum possit reuocari a donatore aut ab heredem donatarij. Si a donatore tunc, aut queris vtum possit reuocari per donatorem: aut per heredem vel successorem donatoris. Si per donatorem tunc, aut queris de donatione facta priuato: aut de facta ecclesiae. ¶ Si priuato, potest reuocari ex quatuor causis hic positis in text. l. si donatarius in donatorem impius manus iniicerit: aut sibi atroces iniurias: seu graue rerum suarum damnum: seu vitae periculum, inferre praesumpserit. Item quinto potest reuocari, si conditionem appositam in donatione non adimpleuit. s. eo. cum dilecti. vt hoc totu habes. C. de reuoc. do. l. vlt. Item sexto in alio casu ibi notato in glo. scilicet si donatori inopi & egenti donatarius cum potest alimenta non praestet, vt. ff. de liberis agn. l. alimenta. in princ. & s. 1. ¶ Et de his casibus ecce verbus, Donatu reuocant atrox iniuria, Peccatum, & necis insidie, manus impia sic graue damnum. Et nisi donanti victus praesentur egenti. Et hoc verum regulariter. Fallit in donatione facta per matrem filio, quae postea transit ad secundas nuptias, quae non reuocatur, nisi ex tribus causis tantum. l. si vitae eius insidiatus est: si atroces manus intulerit in eam: si totius substantiae ipsius molitus est iacturam, vt no. hic Ber. in glo. 1. in fi. & est text. C. de reuoc. do. in aut. hoc quo. ¶ Si quis queris de donatione facta ecclesiae, dic quod talis reuocatur in casibus. Primo, propter conditionem vel modum appositum non seruatum, vt. s. eo. cum dilecti. & j. de condi. app. ver. Secundo, propter peccati turpitudinem. j. de simo. de regularibus. & c. de hoc. Tertio, propter donantis turbationem, vt si pater iratus filiu exheredet & ecclesiae donet. 1. 3. q. 2. si quis irascitur. Quarto, propter fraudem & doli donatariarum personarum. 2. q. 3. constituit. j. de testamētis. c. fi. Quinto, propter filiorum natiuitatem, vt no. Ber. hic in 1. gl. ver. reuocatur etiam. Sexto, propter dantis impotetiam. 1. 7. q. 4. q. & j. de testamētis filius. Septimo, propter causam defectum. s. de cler. coniug. quoda te. & de renun. ex transmissa. Octauo, quatenus excedit vt. s. c. pxi. de reb. eccl. non ali. ad nos. 1. 2. q. 2. si quos de feruis. & c. eo. l. sancimus. Istos casus ponit Hosti. hic & in sum. eo. tit. s. qualiter reuocetur & Io. Andr. hic. Alias donatio non reuocatur, vt. C. de reuoc. do. l. si d. notationem. ad hoc. 2. 2. q. 2. non enim. vbi dicit, non aufero quod ipse donauit. ad idem de pe. di. r. quantumlibet. vbi dicitur quod Iesus Christus non reuocat beneficia: ad idem. 1. 6. q. 2. visis. ¶ Si quis queris vtum possit reuocari per heredem vel successorem donatoris, dic quod non vt hic & c. de reuoc. do. l. si in fi. Fallit primo, vbi donator in vita se preparauit ad agendum & reuocandum, ar. C. de inoff. testa. l. si pater. & l. sancimus. in fin. Item qd donator in vita causam reuocationis incepit, nam incepta potest haeres perficere vt hic in fin. qd dicit, tacuit a contrario. & c. de reuoc. do. l. si in fin. & l. 1. in fin. s. m. Hosti. hic. Item nisi donator dixerit si praedicta contra me vel meum heredem fecerit, donatio reuocetur, tñ donatio reuocabitur a successore donatoris secundu Inno. hic. Et intellige qd ex praedictis causis potest donatio reuocari etiam si contrarium sit actum, ne per hoc donatarius inuitetur ad delinquendum. ar. ff. de pac. l. si vnus. s. illud. s. m. Spec. hoc titu. s. 1. ver. quid si actum & c. vbi de hoc. ¶ Si quis queris vtum possit reuocari ab heredem donatarij, dic quod non s. m. Ber. Inno. & Hosti. & Io. An. hic in glo. fin. dicit etiam Ioan. Andr. hic quod beneficij collatio non potest propter ingratitudinem a collatore reuocari, quia non est proprie donator, quia sibi retinere non potest. s. de insti. c. fin. & de iure cogente confert, alias potestas transit ad alium de co. praeb. ca. 2. pro hoc. C. de reuoc. do. l. vlt. ibi donator res suas perdere, & c. Nec ob. s. de concess. praeb. p. posuit. in prin. & c. seq. j. de off. vicarij. c. vlt. l. 6. vbi dicitur donator, quia collator beneficij non est liberalis in dando, sed in cui dando, vt no. s. de preb. relatum & c. inter caetera. nec ob. s. de postu. c. vlt. quia non loquitur de ingratitudine circa collationem, sed circa ecclesiam, in qua habet beneficium, nec ibi per viam reuocationis, sed per viam restitutionis necesse est instituti priuari. Et eodem modo responderetur ad decre. graue de excess. prela. Itē cessat reuocatio si donatarius se defendendo, vel alias casu licito percutit donatorem, per verbu impias, quod ponitur hic, & in d. l. si. C. de reuoc. do. Item si ignorabat illu esse donatorem, ar. ff. loca. si ignoras. j. de sent. excom.

sent. excom. si vero. 2. Si vero percuriat per alium, vel percuriat non manu sed pede, locus est reuocationi, per no. 1. 7. q. 4. si quis suadente. Item graue damnu de quo dicit hic potest inferri nedum in maiori parte substantiae vt. ff. de excu. tut. l. propter litem. j. de reb. spol. freques lib. 6. sed etiam in minori, vt aperte probatur. s. c. prox. vbi dicitur quod perditio quinquagesimae, vel centesimae, vel minoris partis substantiae potest esse cum graui damno. Item si donatarius attentauit insingere graue damnum, sed res non habuit effectum, non est locus pene, per l. si. C. de reuoc. do. ibi substantiae donatarius imponi. Nec ob. iste tex. vbi satis est fuisse periculum vitae, licet mors secuta non fuerit, quia hoc iure punitur, cum illatio periculi sit delictum consummatu: nec ob. C. de re. do. in aut. hoc quoq; loquitur in casu specialii. ¶ Et no. s. m. Beatus Ber. quod ingratitudo est ventus vrens, sicca fontē misericordiae, rorem pietatis, & fluua gratiae: hoc peccato laborant recipientes libenter dona & beneficia, nec habent illa grata, & donatores quibus tenentur ad antidora interdū remunerant scabios, ad hoc j. de iudicis & si iudges. & quod habetur. 23. q. 3. sex sunt differentiae. Provenit autem hoc peccatu ex superbia, sunt enim qui credunt sibi debita oia seruitia quae sibi sunt: vnde idem Beatus Ber. est quaedam praesumptio & delictum maximu vti datis quasi meritis, & in acceptis beneficijs gratiam beneficij vsurpare, secundum Ioannem Andr.

¶ De peculio clericorum. Rubrica.

- 1 Clericus de patrimonio suo ad libitum disponit.
2 Clericus de bonis ecclesiae non disponit.
3 Reiores hospitalium de bonis ipsorum non disponunt.
4 Clericus quo ad bona sui beneficij equiparatur vsufructuario.
5 Fructus bonorum vasalli decedentis ante kalendas martias sunt eius heredis.
6 Praelatus an testari possit.
7 Clerici decedentis bona cui obueniant.
8 Clerici coniugati de bonis suis prout volunt, disponant.
9 Religiosi decedentis bona cui obueniant.
10 Religiosus habens liberos, inter eos bona sua ad libitum dividit.
11 Religiosus non professus testari potest.



S'iquis sine ¶ Si quis queris vtum clericus possit facere testamentum, vel donare inter viuos, distingue. Aut queris de clericis secularibus, aut de regularibus. Si de secularibus tunc, aut de beneficiatis, aut de alijs. Si de beneficiatis, tunc aut queris de ijs qui habent de patrimonio, vel quae sibi obuenerunt ex successione parentu, vel artificio, vel intuitu personae: seu alias quam intuitu ecclesie: aut queris de his que ad eos perueniunt, vel hnt de bonis vel intuitu ecclesiae: aut est dubium. ¶ In primo casu dic quod de illis potest clericus secularis indubitanter facere testamentum, & donare inter viuos, siue ea habuerit ante beneficiu adeptum, siue post. j. tit. 2. c. 1. 1. 2. q. 1. sint manifeste & q. 3. c. placuit. 2. respon. & c. quicunq; 28. dist. de Siracusan. j. tit. proxi. ad haec praesentibus. & c. quia nos. & c. relatum. 2. s. caeterum. C. de episc. & clericis in aut. licentiam. & in aut. presbyteros. in aut. de eccl. tit. s. interdicimus. de sanctis. episc. s. presbyteros. colla. 9. Quod veru etiam si sit sub patria potestate vt ibi, & not. Hosti. in d. c. quia nos. Tenetur tamen, vel si ipse non fecerit, haeredes eius tenentur ipsam ecclesiam de rebus illis cōseruare indemnem, si forte aliqua de rebus ecclesie expendit in meliorationem proprij patrimonij, vel etiam si propter diligentiam nimiam propriarum reru neglexerit res ecclesiae. & ita diminuta sunt aliqua vel amissa propter culpa suam. Et econuerso si de rebus proprijs expendit aliqua in vtilitatem ecclesiae, potest ipse vel haeredes sui cum hoc consliterit recuperare de rebus ecclesie, vt ita hincinde fiat debita compensatio, vt. 2. q. 7. lator. in fi. & 1. 2. q. 4. c. 1. & 2. vt hoc no. Hosti. in summa de poeni. & remis. s. 2. 3. quibus & qualiter. Et si talis clericus de bonis huiusmodi non disposerit in vita vel in morte, venient ad consanguineos si sint, vt in c. alle. sint manifeste, quia nos. & relatum. Et si non sint, tunc venient ad ecclesiam vt. C. de episc. & clericis. l. si quis presby. & j. de suc. ab intest. ca. 1. in fin. & ibi no. Hosti. & Ber. & in ca. 2. Inno. j. tit. proxi. c. cum in officijs in glo. not. qd circa princ. & Hosti. & Ioan. Andr. post eum ibi. & in ca. 1. & Ber. Inno. & Hosti. in c. requisisti. in fi. & Ber. Inno. & Hosti. j. de verb. sign. cum tibi. & frater Ioan. in summa confel. rubrica de raptoribus, rubricella de rapina clericorum, in q. vtum clericus possint, vbi de hoc. Si quis queris de ijs qui hnt, vel ad eos per-

ueniunt de bonis ecclesiae vel intuitu ecclesie tunc, ¶ Aut queris de rebus quae sunt proprie ipsius ecclesiae, vt sunt beneficia ecclesiastica praedia iocalia, & alia bona ecclesiae: aut de fructibus beneficiorum ecclesiasticorum ad ipsos clericos pertinentibus. Si de rebus ecclesiae, quae sunt proprie ecclesiae, tunc dic quod de talibus etiam si sint mobiles testari non possunt, vt in iuribus alle. & 1. 2. q. 2. non liceat Papa & q. 5. quasi per totum. ¶ Si de fructibus beneficioru ecclesiasticoru refert. ¶ Aut queris de rectoribus gubernatoribus vel magistris elemosynariarum, leprosarioru, seu hospitalium, & de fructibus seu redditibus ipsaru, & tales de talibus fructibus cum ipsos non faciant suos etiam a terra separatos, vt patet extra de relig. do. quia contingit in cle. & no. ibi Io. An. & Gen. testari, seu alias in morte vel in vita disponere non possunt, nec miru, quia nec tunc talia duntur, proprie beneficia, vt extra de praeb. c. per literas in cle. ¶ Aut queris de alijs proprie loquedo beneficiatis, & tunc distingue s. m. Hosti. hic inter clericum habentem administrationem: & clericum non habentem sed simpliciter beneficiatum. Nam clericus hns administrationem quadiu viuut & sanus est donare potest, moderatē tamen. j. de do. caeterum; coparatur enim vsufructuario, quia ius suu morte finitur, sicut ius vsufructuarij, vt hic. & s. de do. consultationibus. de pig. ca. vlti. & instit. de vsufu. s. finitur. Si autem incepti in firmari comparatur vsuario, & sic nihil habet nisi vnum tantu, aliquantulum plus habet, quia potest elemosynam facere vt. j. tit. proxi. c. ad haec. testari tñ non poterit vt. j. tit. proxi. c. 1. & c. cum in officijs. Si autem sit clericus non hns administrationem, sed simpliciter beneficiatus, tunc in vita & in morte omnino comparatur vsufructuario quatum ad faciendum fructus suos, & de ijs poterit testari. j. tit. proxi. requisisti. s. illud. & hic, & hoc generalis consuetudo obseruat. Si tñ isti scilicet habens administrationem, vel non habens ab intestato quo ad istos fructus hoc est non ordinato de eis decedant, ecclesia in eis succedit. j. tit. 1. relatum. 2. s. nomine & s. fi. & ar. j. de poeni. c. 2. Sed quid erit de fructibus pendentibus, videtur idē quod in vasallo, ¶ vt si decedat beneficiatus post Augustu, & ante calend. Martij ad ecclesiam pertineant: si vero post kalendas Martij ad clericum, vt in lib. seu. hic finitur lex. s. si vasallus. Tu dic verius ipsum comparandum vsufructuario, vt fructus perceptos & reconditos suos faciat. Alij autē omnes ad ecclesiam pertineant, sic enim est in vsufructuario cui talis coparatur. ff. de vsufu. l. arboribus. s. l. alias est. l. & incipit si fur. quib. mod. vsufu. amitt. l. si vsufu. in fi. de vsufu. l. qui scit. s. 1. & s. praeterea. ¶ Et haec vera nisi de speciali statuto, vel consue. ecclesiae aliud censetur, tali enim standum erit, si de ipsa appareat, ar. j. tit. 1. relatum. 2. s. licet igitur. s. de concess. praeb. c. ex parte Asten. in fi. dummodo, non sit ecclesiae onerosa, alias secus. s. de consue. ca. 1. s. m. Hosti. qui ita distinguit hic ab illo ver. Aut queris de alijs vsq; hic. Idem per oia cum eo Gar. j. de re. eccl. non alie. c. hoc consulsissimo. & Cardi. ibi in gl. & sic haec prohibitio. lib. 6. & Io. Andr. j. de off. ordi. c. praesenti. in gl. per eorum. eo. lib. 1. Et vide quaestione Io. An. j. de reg. iur. c. nemo plus pot. lib. 6. in nouella, qua quaerit an valeat consuetudo mutinensis ecclesiae permittit canonicos testari de fructibus praebendaru suarum percipiendis post mortem vsq; ad annu: & post multa arg. pro & contra dicit Guidon Archi. Bonon. qui hanc quaestione disputauit tenuisse qd non. Sed ipse tenet contrarium per ca. j. de rescr. si propter. l. 6. vbi patet qd de consuetudine fructus primi anni possunt deberi singulari personae, & sic mortuo vel ipsius haeredi vel legatario: ad idem. s. de rescr. cam te. j. de consuet. c. 1. lib. 6. de preb. quia s. p. eo. lib. Per que patet qd consuetudo vnus ministri seruitium subtrahit ecclesiae faciendo qd duplicem seruiendo seu sinendo. l. vt habeat dignitate & canoniam. Ad idem de praeb. cum in ecclesia. lib. 6. vbi perpetuo nedu ad tempus praebenda deberi potest non canonico: ad idem c. all. praesenti. & de elec. g. ali. Nec mirum si consuetudo valeat, cu per eam principaliter non prauidetur ecclesiae, sed successori, & sibi imputet qui talem canoniam assumpsit, quo respectu facilius vt consuetudine peruenire posse de percipiendis quae de perceptis, de illis dico in quibus succederet ecclesiae: & hoc est hodie approbatum per extra. Io. 2. suscepi. s. m. eum. vnde Vinc. non credit qd generalis consuetudo excuset clericos, qui tempore mortis oia mobilia dant parentibus, quod etia tenebat Hug. ut no. Arch. 13. q. 5. in summa, vbi de ista materia per eum. ¶ Sequitur de tertio qd est dubium, vtum. l. hntibus ad administrationem sibi obueneru de bonis vel intuitu ecclesie vel non, & tunc sunt opiniones. quaedam distinguunt, an praelatus promiscue utatur rebus suis, & ecclesie, necne: alij distinguunt Hen. Boich super Decret. GG an conset

an constet praelatum habuisse proprium ante promotionem: nec ne: tertij considerant quis possideat, & quis petat vt petitor probet contra possidentem, & hoc placet Goff. j. tit. 1. c. 1. in fin. Et iste opiniones no. in calle. sint manifeste. Alij distinguunt, an praelatus fecit inuentariū nec, vt primo casu vltra expresso in inuentario presumatur pro herede: sed o casu presumitur pro ecclesia: sicut. n. in culpa non faciendo inuentariū, facit. C. de iure delib. l. sancimus. 38. dist. de Syraculan. extra de relig. do. quia cōtingit. §. illi etiā in cle. Tu dic q̄ refert, aut certum est q̄ clericus habuit aliqd. de p̄prio, seu alias quā intuitu ecclesie, sed nescitur quid vel quantum sit: aut certū est q̄ non habuit, aut nescitur vel dubitatur vtrū habuit p̄prium: vel non: in primo casu refert, aut quæris de clerico quondam seruo, & tūc fient quatuor partes de bonis suis vt. j. de suc. ab intest. c. 2. quod c. loquitur de clericis seu presbyteris quondā seruis. §. m. Lau. Ber. Goff. Hosti. Pet. de Samp. & Abb. ibi. † Aut quæris de clerico semper libero & nunquam seruo, & tunc de omnibus debet fieri virilis siue aequalis diuisio inter ecclesiā & parentes siue consanguineos, vt. 1. 2. q. 4. c. 1. §. m. Ber. & Hosti. in d. c. 2. j. de succes. ab intest. Et vide Io. in d. c. 1. gl. pen. in si. vbi dicit diuisiōnem debere fieri §. m. quantitate patrimonij sui, & rerum ecclesie. In secundo casu presumitur pro ecclesia, quia in incertis, & c. ff. de verb. obl. l. continuus. §. cum ita. in fin. & hoc tenet Host. j. tit. 2. c. 2. per c. cum in officijs. j. ti. 1. In tertio casu. q̄ nescitur vel dubitatur vtrum habuit p̄prium vel non, refert. Aut clericus habet ecclesiā, & tunc presumptio est semper pro ecclesia, nisi cōtrarium p̄betur, vt. §. eo. c. 1. cum concor. alleg. ibi in gl. vlt. & sic incumbit semper probatio hæredibus beneficiarij, siue ipsi sint in possessione siue nō vt. j. ti. 1. ca. 1. ibi detineri, & c. Et est expressum in aut. de eccl. tit. §. interdicimus. coll. 9. vbi hoc tenet gl. & in dicta aut. licetiam. vbi idem tenet gl. & Abb. hic & Ber. j. ti. 2. c. 2. glo. 1. & Hosti. post eum. Et ita intellige quod no. Ber. j. tit. 2. cum dilectus. in gl. si intelligas. Nec obstat iurata volunt q̄ actor p̄bet intentionem suā. C. de rei ven. l. si. 1. 2. q. 1. in si. & c. sint manifeste. quia illa vera sunt nisi sit presumptio pro actore, nam tūc succumbit reus nisi aliud probet. §. vt ec. ec. c. vnico. C. de probat. siue possidetis. & j. de priuil. c. cum personæ. §. si aut cum duobus. §. sequentibus. lib. 6. Nec obstat. 1. 2. q. 2. ca. 1. quod videtur expressē cōtra, quia illud quod licet simile intelligitur in casu certū. q̄ constat quod aliunde habuit, ideo de hoc inquirendum est ante quam ei sua possessio auferatur, §. m. Hosti. in summa. eo. tit. §. si. Et plenius. §. eo. ca. 3. & in hoc concor. Spec. rubr. de statu monachorum. ver. §. 8. quæritur. vbi de hoc quod verū in rebus immobilibus vt ibi & §. cap. proxi. Porro in mobilibus modicis quilibet possessor tenendus erit, nisi aliud probetur, & sic potest intelligi dictum. ca. 1. 2. q. 5. ca. 1. vt hoc not. Hosti. in d. c. 3. & j. ti. 1. c. 1. si ceteram possit intelligi quod no. ipse Hosti. in summa de succes. ab intest. §. 2. in fin. Sed cōtra hoc facit expressē. §. alle. interdicimus. de eccl. col. 9. qui idem dicit in rebus mobilibus, quod in immobilibus. §. q̄ semper in dubio pro ecclesia presumatur, & hoc tutius est tenere, maxime si nō fecit inuentarium. Aut non habet ecclesiam seu administrationem, sed simplex beneficium, & tunc non est presumptio pro ecclesia, arg. j. ti. proxi. requisisti. §. illud. C. de vsufr. l. fin. arg. l. si defunctus §. m. Hosti. in sum. eo. tit. §. fin. & §. eo. ca. 1. Fallit q̄ probatur, q̄ nihil hñs promotus fuit ad beneficium simplex, nec probatur q̄ aliunde acquisierit, quia tunc pro ecclesia iudicabo, vt. §. eo. c. 1. hoc no. Host. §. eo. c. 3. pro quo no. per Inn. j. tit. 1. cum in officijs in magna gl. † Si quæris de clericis nō beneficiarij, vt cōiugatis, & alijs, tunc dic q̄ possunt de bonis suis pro libito disponere, & donare siue inter viuos siue in vltima voluntate, sicut & laici, vt. j. ti. 1. ca. nos quidem. & c. quia nos. 1. respon. cum ibi alle. † Sequitur de secūdo membro principali. de clericis regularibus & tunc, aut sunt iam p̄fessi tacite vel expressē, & tales testari non possunt. 1. 9. q. 3. c. quia ingredientibus. c. perlatum. §. ecōtra Paulus. c. si qua mulier. & j. tit. proxi. ca. 2. & si consuetudo hoc daret hoc casu non valerit, vt ibi in glo. hæc consuetudo. Et est ratio, quia tales non hñt bona: nam ingressi monasteria se & sua Deo dedicant vt ibi, & C. de sacrosan. eccl. in aut. ingressi. 1. 2. q. j. nolo. & c. non dicatis, de quo per Ala. Ber. & Hosti. j. ti. 1. c. 1. vbi Ala. & Ber. in gl. pe. dicunt religiosus etiā administrationem episcopalem habentem testari non posse etiā de bonis intuitu personæ sibi obuenientibus. idem & expressius Io. 1. 2. q. 1. quia tua. gl. 1. ad quod facit. j. de priuil. cum olim. 2. Sed hoc nō placet Hosti. in d. c. j. j. tit. proxi. in si. nisi quantum ad bona intuitu ecclesie acquisita: nam ex quo administrationem habet maxime episcopalem,

contrarium videtur sibi tenendum. j. tit. 1. requisisti. §. fin. dicens q̄ etiam simplex religiosus a iugo huius obedientie in morte absoluitur, vt. j. de sepul. de vxore. Sed quicquid dicit Hosti. etiam q̄ acquirat intuitu personæ ep̄s regularis acquirat episcopatum, per iura predicta, & 1. 8. q. 1. c. vno. vnde quo ad administrationē dum viuit potest locum hñe quod dicit Hosti. non vt de p̄prio, cum illud nō habeat impediēte p̄fessione, sed vt de ecclesiastico. j. tit. 1. relatum. 2. §. m. Io. An. Et hoc tenent, nec ob. d. auth. licentiam. in fin. quæ vt facere pro Hosti. quia non loquitur de religioso, sed de administratore loci religiosi, largē sumpto verbo religiosi, vt patet in §. alle. interdicimus. de eccl. ti. vnde sumitur. † Fallit in religioso habente liberos de legitimo matrimonio, inter quos pōt diuidere bona sua, iuxta ea quæ le. & no. in §. alleg. si qua mulier. & illa diuisio non est testm̄, sed quædā vltima voluntas, vt no. Spec. in summa de statu mo. §. hi. & §. seq. & se. † Aut non fuot p̄fessi tacite vel expressē, & tunc p̄nt testari. 1. 2. q. 5. c. vlt. vt not. Inn. de monialibus nō p̄fessis. j. ti. proxi. c. 2. & Hosti. & Io. An. post eum, cum etiā ad seculū reuertit possit, vt. j. de regularibus statutimus. Idem no. Hosti. in summa ti. de testamentis. §. 1. sub. §. quis possit facere. ver. idem puto. Et pro hoc videtur casus. j. de sent. ex com. c. religiosi. §. si. lib. 6. & de regularibus c. beneficium. eo. lib. vbi idē tenet Arch. super verbo assensus. pro hoc etiam facit in aut. de san. ep̄s. §. si quis autem. colla. 9. j. de elec. indemnitatibus. in fin. lib. 6. & de statu regula. attendentes. in cle. Et quantum ad istos religiosos adde quod dixi. §. de p̄ba. in præsentia. vide etiam quod no. Hosti. j. de succes. ab intesta. cap. 2. vbi dicit quod obligatus ad ratiocinia ecclesie facere non videtur posse etiam facere testamentum, vt legitur & not. 1. 3. q. 2. c. illud etiam. 2. 1. q. 3. cap. 1. & per totum.

¶ De testamentis & vltimis voluntatibus. Rubrica.

- 1 Ecclesia ante aditam hereditatem laesa in integrum restituitur.
- 2 Ecclesia post aditam hereditatem non restituitur in integrum.

Vorundam. ¶ Ad declarationem glo. hic non habebit. Si quæris quando minor vel ecclesia est enormiter læsa, hæreditatē alterius adeundo, vtrum ex hoc restitutionem possit.

- 1 fit & debeat obtinere, distinguat. Aut illa læsio seu casus propter quem euenit læsio ante aditam hereditatem accidit: aut post. Si ante tunc sic. C. si vt ab hæredi. se absti. l. 1. & 2. §. de in integ. resti. c. 1. & per totum. j. de in integ. resti. ca. 1. & 2. lib. 6.
- 2 † Si post nō restitueretur. ff. de minor. lit. prætor. §. restitutus. alias est lex & si sine. & l. verum. §. si locuplet. §. m. Hosti. & Io. Andr. hic. idem Archi. 1. 2. q. 2. c. episcopus qui filios.

- 1 Monasterium si in loco destinato edificari non possit, alibi construatur.
- 2 Actus si non valet vt agitur, an valeat vt valere potest.
- 3 Quod volui non potui, quod potui nolui.
- 4 Collegio licito legari potest.
- 5 Collegio illicito an legari possit.
- 6 Ind. an legari liceat.

Os quidem. ¶ Hic est argu. q̄ si testator volens monasterium cōstrui de certo loco, mandat, & ibi fieri non potest, debet alibi fieri, vel si mādauerat destructū monasterium reparari, & tunc si ibi vbi prius erat nō potest reedificari, alibi reedificabitur. §. m. Aegi. Inn. Hosti. & Io. An. hic. & spec. de instr. edi. §. nunc verō aliqua. vers. qd si testator iussit fieri pontem. Pro quibus facit optimē. ff. de vsufr. l. e. legatū. de cōdi. & dem. l. in testamēto quidā. & de adm. re. ad ciuit. perti. l. legatū.

in prin. & §. si. cum ibi alle. † Et ex hoc no. q̄ si actus non valet vt agitur, valet tñ vt valere potest. circa quod distingue. Quia aut res vel actus prout agitur nō valet in aliquo nec in toto nec in parte: aut licet nō valeat in toto: valet tñ in parte. In primo casu refert, aut quæris in obligationibus parahendis: aut in liberationibus cōsequendis aut in iurisdictionibus exercendis. In primo casu refert. Aut quæris nunqd valet iū ad actionē pariendā, & actionē acquirendā certē p̄sonæ, & dic q̄ nō valet vt valere pōt vt. ff. de cōst. pec. l. j. eū qui. Fallit in actū seu obligationē m̄simonij seu sponsaliorū, quæ si nō valet vt m̄simoniū, valet tñ vt valere pōt. l. vt sponsalia. j. de despon. impu. c. literas. & c. accessit. & eo. ti. c. unico. §. idē quoq; in prin. & in si. li. 6. ubi de hoc. Aut quæris nunqd valet quantum ad officij iudicis implorandum circa ipm actū, & tunc valet ut valere pōt, ut hic & in concor. §. alleg. Fallit in his quæ ut valeat ut valere p̄nt, dependent

dent ex mera potestate seu voluntate agentis seu disponentis, vt patet in testatore faciente testamentum suum quod si non valeat vt testamentum, nec valebit vt valere potest, scilicet vt codi. illi, nisi hoc exprimat. C. de codicil. l. vlt. Et est ratio, quia exprimere, & facere valere vt codicillos dependet ex voluntate & potestate sua vt ibi. In secūdo casu refert, aut liberatio peccat in forma, & tunc si nō valet vt agitur, nec valet vt valere potest, vt patet in acceptatione, quæ si non valet vt acceptatio propter peccatū forme, nec valet vt valere potest. l. vt pactum ff. de accepta. l. an inutilis, §. m. antiquam litteram ibi & l. si acceptolatum. Aut liberatio peccat in materia: & tunc si nō valet vt agitur, valet tñ vt valere potest, verbi gratia cū essem mihi obligatus in c. ex mutuo libero te per acceptationē, non peccat in forma sed in materia, quia cum deberet interponi super obligatione verbis cōtracta, fuit interposita super obligatione re contracta. Et ideo licet nō valeat vt acceptatio, valet tñ vt pactum. ff. de pac. l. si vnus. §. pe. de rescin. vendi. l. cum emptor. & in d. l. an inutilis. prout est ibi littera Pisana. In tertio casu regulariter si nō valet vt agitur, nec valet vt valere potest: & ideo si iudex ordinarius cognoscat inter partes, vt delegatus credēs se habere iurisdic. delegatam cum non habeat, quia fortē rescriptum erat falsum, vel tpe commissionis sibi factæ nō erat capax talis iurisdictionis, vel alias & processus non valet vt coram delegato, nec valebit vt valere potuit. l. vt corā ordinario, vt videtur casus. §. de off. dele. c. ex literis Patriarche. in fin. §. m. intellectum Bernar. ibi in gl. in. Et hoc tenet Hosti. §. de prescrip. si diligenti. licet Inn. variet ibi in gl. not. q̄ simul. & Spec. rubr. de iurisd. om. iud. in si. vers. vlt. not. † Vnde ibi habet locum quod alibi dicitur, quod voluit non potuit, quod potuit noluit, vt. §. de off. dele. cum super abbacia cum ibi no. Fallit in confessione quæ fit in iudicio, quæ licet nō valeat vt facta coram iudice & in iudicio, valebit tñ vt valere poterit. l. vt extra iudicium, vt no. Hosti. §. de elec. per inquisitionem. & de iud. at si clerici. Et est ratio, quia indignum est vt quod sua quique voce dilucidē protestatus est, id in eum casum infirmare testm̄ monioq; proprio resistere permittatur. C. de nō numerata pecunia. l. generaliter. in fin. In secūdo casu principali. Cq̄ res vel actus valet non in totum, sed pro parte prout agitur, tunc dic vt plenē scripti in calle. super abbacia, de off. deleg. l. iuxta hoc quærit hic Hosti. quid si ep̄s in edificatione monasterij expendat plus quā relictum sit, videtur q̄ hoc ab hæredibus exigere possit, arg. ff. de verb. sign. cum in testamento. sed contra. ff. de neg. gest. qui aliena. §. 1. Solutio, ex qualitate dignitatis defuncti, & consuetudine, & affectu, & facultatē & residui q̄ expensum est quātitate, hic arbitrabitur bonus iudex, ar. ff. de dona. int. vir. & vxo. l. si sponsus. §. si quis rogatus. de iure do. l. quæro. de vsufr. l. qui semisses. de leg. 3. l. si filij. cum suis cōcor. §. m. dominos cōiter. Sed ex benignitate canonica statim putat illi. l. qui alien. vt sic nihil vltra q̄ relictu fuerit exigat, ad hoc q̄ leg. & no. j. eo. filius. & j. de censibus ex parte §. m. Hosti. idē Io. An. §. Super eo. c. Hic habes q̄ legatum factū collegio valet. † Circa q̄ distm̄ aut collegium est licitū & approbatum: aut illicitū. Si licitum & approbatū, vt collegium fratru predicatorum, & minorum, tunc potest sibi legari vt hic, & C. de sacrosan. eccl. l. 1. vbi de hoc. Si est illicitū tunc, aut est illicitum ea sola rōne quia nō est approbatū: aut alia ratione puta ratione sectæ. † Si ea ratione, quia nō est approbatum, quia regula generalis est q̄ omnia collegia sunt illicita quæ non sunt expressē approbata: vt. ff. de colle. illi. l. 3. Tunc aut quæris nunquid possit relinquī collegio vt vniuersitati, & dic q̄ non, vt. ff. de reb. dub. l. cum senatus. §. 1. & C. de hæ. insti. l. collegium. Aut nunquid possit relinquī singulis de collegio, & dic q̄ sic vt in lalle. cum senatus in fin. Si sit reprobatur alia rōne, puta rōne sectæ, vt collegium hæreticorum, iudeorū, vel paganorum, tunc nō potest eis relinquī, nec vt vniuersitati, nec vt singulis, vt. C. de heret. l. 4. C. de iudeis. l. 1. & de hæred. insti. l. collegium. j. de hæret. c. si quis ep̄s c. in eos c. excōicamus. 1. §. credentes. † Licet Hosti. in sum. ti. de Iudeis. §. & in quibus grauentur. ver. sed nunquid singulis dicat §. m. Azo. q̄ licet vniuersitati iudeorū legari non possit vt d. l. 1. c. de Iudeis, singulis tñ fortē potest legare laicus per lalle. cum senatus. non tñ clericus vt in d. c. si quis ep̄s in eos. Et idem sine fortē Accur. in d. l. 1. quod non credo verum etiam in laico, ar. 2. q. 2. sanē profertur. ver. item multi ep̄i §. m. lite rā de ipsis statuerunt. Sed alia littera dicit de episcopis, iuxta hoc quæritur quid si testator illis de collegio in sua præsentia ex iustentibus legat per hunc modū, vobis lego. c. & sic non apparet vtrum legauit eis vt vniuersitati, nec vt singulis, nunquid erit legatū inutile tanquam relictu collegio, an valebit vt

relictu singulis de collegio. † In hac quod dicit quidam, aut dixit vobis omnibus, & tunc videtur eos nominasse, & ita singulariter videtur legatum. ff. si cer. pct. l. certum. Alij dicunt q̄ si dixit vobis omnibus, videtur legasse vt collegio, quia istud verbum collectiuum est: vt. ff. de leg. 2. l. si pluribus. Aut dixit vobis tantum, & tunc refert, aut vocauit eos tanquam singulos & singulariter nominando, & tunc singulariter videtur legasse. Vel dic q̄ respicienda est causa legandi, nam legatum relinquitur ob meritū. ff. pro socio. l. nec adiecit. & tunc si præcessit meritum collegij, videtur relinquere collegio: si verō præcessit meritum singulorū, quia fortē omnes erant sui consanguinei vel amici, tunc vt amicis singulariter videtur reliquisse vt. ff. de reg. iur. l. secundum naturam. In dubio verō interpretari debemus vt res potius valeat quam pereat. j. de verb. sign. Abbate sanē. ad si. & sic videtur in dubio relictu vt singulis. Et hoc videtur tenere Cyn. in d. l. 1. C. de sacrosan. ecclie.

¶ Super eod. c. in s. cum autem. in glo. deficiat enim. ¶ Si quæris vtrum si pater vel auus vendit patrimonium suum, competat filijs vel nepotibus quærela, quantum ad debitum bonorum subsidium detrahendum. Dicit Host. hic se audiuisset, de hac materia sic distingue, quia aut vendit partem patrimonij, sui & sine fraude, & tunc stabilis est contractus. Aut vendit totum nulla causa cogente, & tunc præsumitur fraudulentus, vt hic patet ff. de his quæ in fraud. credi. l. omnes. s. Lucius. Nam dicit, lex qd si quis quartam non habeat, datur ei vtil. rei vendicatio tam contra emptores quam contra alio modo res accipientes, vt in authent. de resti. fideicommi. s. penu. col. 8. Vnde semper potest filius agere ad bonorum subsidium contra emptores, qui emerunt omnia, nisi tali necessitate sit facta venditio, in qua nedum substantiam suam, sed etiam filium ipsum vendere potuisset. C. de pa. qui filios distra. l. vlti. ¶ In Ho. hic & Ioan. And. post eum. Et in hoc videtur concordare. C. de Monte laud. extra de sepul. c. super cathedram. s. verum. fu per verbo de qua decesserat. in clemen. ¶ Et per hoc videtur soluta quæstio, quæ quæritur nunquid pater in bonis filij, & contra filius in bonis patris habeat reuocatoriam, & videtur, quod sic, nam eadem ratio immo maior vocat filium, & patrem, quam patronum, vt ff. ad l. Corne. de falsis. l. si quis legatum. s. si. & in fi. de success. libert. in prin. Sed patronus habet reuocatoriam, vt C. si quid in frau. pa. l. j. & 2. ergo & c. pterea filius

filius arrogatus habet reuocatoriam, vt ff. si quid in fraud. pa. l. vlti. ergo multo magis filius naturalis & legitimus, qui habet potiora & fortiora iura. præterea p hoc videtur expressè ista decretalis. Quid dicendum? dico sic, aut parens alienat in vltima voluntate, & tunc filius habet reuocatoriam per querelam, inofficiosi testamenti, vt ff. C. & inli. de inof. test. per totum. Aut alienat inter viuos & tunc, aut titulo lucratiuo, & tunc habet locum querela in of. donationis, vt C. de inof. don. per totum, de hoc non est dubium. Aut alienat titulo non lucratiuo, & tunc si vendit pro minori pretio animo fraudandi filium, videtur esse donatio quantum ad illud plus vt ff. de dona. inter virum & vxor. l. si sponsus. §. circa. Sed pone qd emptor non habet animum recipiendæ donationis, & sic non est donatio, quia deficit consensus vtriusq; partis, qui debet cõsonare adinuicem, tunc quod erit remedium filij vel pone qd instrumẽtum bene continet iustum pretium sicut hodie fit, quomodo tunc consuletur filijs, vel econtra parẽtib; erga filios in ista q. vides hic opinionem. Host. dicens qd per istam decretalem introducta est reuocatoria, quæ consulit filijs aduersus fraudulenta parentum diminutiones bonorum, Ber. verò distinguit vt hic vides. in glo. dicunt quidam. inuit qd hic totum accidit de consuetudine ciuitatis Custanz, q. d. qd de iure communi sit secus, vel quod alienationis ista simulata, & in fraudem facta erant, vel quod donatio facta erat in officiosa, & contractus venditionis non erat verus, sed sub simulatione venditionis intellexit facere donationem. C. de inoffi. do. l. j. 2. & 4. fm. eum. Item ista Adelfia non vendidit. P. nisi istam tertiam, quã habebat iure Longobardorum in bonis Raynutij. mariti sui, & tamen non est verisimile quin habuisset aliqua alia bona, & per consequens non. fuisset facta venditio nisi de parte patrimonij, & sic haberet locum primum membrum distinctionis ipsius Host. Vel secundum Abba. hic tam donatio, quã venditio fuerunt facta in vltima voluntate, & ideo sicut nec per testamentum, ita nec per contractum pot. quis alienare bona sua, quin talia sit legitima filij, vel nepotibus. Quid plura, durum est contra simulum calcitrare, lex est expressa quæ reuocatoriam in casu prædicto. alienationis facta ex titulo non lucratiuo per parentem denegat filijs & nepotibus. ff. si a parẽte quis fuerit manu. l. non vsque adeo. & hoc tenet & approbat Cy. C. si quid in fraudem patro. l. j. in fin. dicens, quod de illa. l. non meminit Hostien. & hoc aperte innuit Ber. infra de sepul. cap. de his glo. j. & Host. post eum in glo. & est argum. & hoc tenes.

¶ Super eo. c. ver. in eo verò. Ad declarationem glo. no. ergo, si quæris quot sunt quarta, & in quibus conueniunt, & in quibus differunt, distingue. Aut quæris quot sunt, & potes dicere probabiliter quod sunt quatuordecim, quæ omnes his verbis comprehenduntur.

21. ¶ Haurit subsidium proles rebus genitorum. Ista vocatur quarta debita iure naturæ quæ debetur filijs in bonis parentum, & econtra. Item fratri in bonis fratris turpi persona instituta. Quæ ideo dicitur iure naturæ debita, quia fm naturam est vt filius succedat patri. ff. de inof. test. l. nam & si parentibus. & l. Papinianus. §. quarta. & §. quoniam. C. de inoffic. testa. l. scimus. Et quandoq; vocatur munuscula vt C. de inof. testa. l. si quis in suo. quandoq; debitum bonorum subsidium, vt C. de inof. do. l. si totas. & hic in §. s. prox. quandoq; legitima portio, vt C. de inof. testam. l. omnimodo. & de epi. & cle. in authen. presbyteros. Hodie verò non est quarta, sed triens si sint quatuor liberi vel pauciores. si sint plures tunc semis vt in iuribus in glo. ista allega. vnde ver. Quatuor aut infra dant natis iura tridentem. Semissem verò dant natis quinq; vel vltra.

22. ¶ Exhaust hæredi Trebellianica norma dodrantem. ff. & C. ad trebellianum per totum.

23. Nec de legatis Falcidiæ quarta negatur. ff. & C. ad leg. falcidiam per totum.

24. ¶ Rursus ego seruo si substituar peto quartam. vt instit. de vulg. substitutione. §. penul. quod die vt ibi. & ff. de hæredi. insti. l. si pater.

25. ¶ Curia quartam decurio cum moritur dat. vt C. & quibus quando debet. l. j. quarta pars & 2. l. i. ro.

26. ¶ Constat adoptatam quartam deferre pupillum. vt ff. de adopti. l. si arrogator. de inoffi. testam. l. Papinianus. §. si quis impubes de qua in gl.

Vir quartam diues vxori præbet egent. vt C. vnde vir & vxor in auth. præterea. Sed non est quarta nisi sint tres vel pauciores liberi. Si verò plures virilis est portio, vt ibi.

27. Si monachus fiat quartam capit officialis. vt C. de episcopis & clericis in auth. sed neq;.

Bursat quod superest quartam præstare rogatus. hoc est hæres rogatus restituere alteri quod superest de hæreditate bursat. i. tenetur seruare ad commodum fideicommissarij ad minus quartam, vt C. ad trebellian. authenti. contra, si rogatus.

Occupat & quartam frater si sic grauis alius. vt ff. de iudi. sed & sic restituatur. §. si pater. & ff. si pars hæred. pe. l. antiqui.

Vult dari damnati quartam Iulia filiabus. vt C. ad l. Iulia. maie. l. quifquis. §. ad filias. filij verò nihil habebunt.

28. Hoc quæ repulsa viro coniunx quadrante iuuatur. vt C. de repud. l. vltima. ita tamen quod nunquam habebit vltra 300. libras.

In nouo coniuge stat cum natis primi virilis. Et sic quando sunt tres liberi de primo matrimonio vitricæ, vel noueræ potest dari quarta, alias virilis est portio & sic nõ semper est quarta, sed solum qñ sunt tres liberi.

Commisum hæredis indigni fisco paratur. hoc est quarta falcidia quæ spectat ad hæredem querelante testamentum & succumbentem applicatur fisco. vt ff. de inof. testa. l. Papinianus. §. meminisse.

Lunge simul capita nuncupator ita. in primis literis istorum versuum simul iunctis, habebis nomen meum. f. Henricus Boich.

Addunt quidam alias quartam de qua. C. de bo. ma. l. pe. Sed credo quod ibi loquitur de quarta iure naturæ. Item aliam in authen. qui. mo. na. e. f. §. filium. col. 7. Et aliam. C. de suis & legi. hæredi. l. vlti. Sed dic quod ibi. f. in §. filij. loquitur de quarta curiæ, & in d. l. vlti. loquitur de quarta debita iure naturæ. Est & alia fm glo. Accurlij. C. de imponenda lucra. descript. in rubrica. & l. j. lib. 10. Et secundum hoc vltra versus prædictos, potes addere istum versum lucratiuorum quartam descriptio prælat. sed textus ibi non loquitur de quarta. ¶ Si queris in quibus conueniunt ista tres primæ quartæ. f. quarta debita iure naturæ, quarta trebel. & quarta falcidiæ, quia de alijs nil plus dicam. Tunc dic quod conueniunt in hoc, quod omnes computantur deducto ære alieno, vt probatur de quarta debita iure naturæ vt l. alleg. Papinianus. §. quarta. de trebel. probatur. C. ad trebel. & sine scriptura. de falcidia probatur. C. ad l. falcid. in imponenda. hic tamen sciendum est quod in quarta debita, iure falcidiæ, detrahatur ab initio æs alienum. i. propter æs alienum, diminuitur ab initio quarta, vt si erant centum in hæreditate, & æs alienum. 20. prima detrahatur ab æs alienum, & sic remanet 80. de quibus hæres detrahit quartam. i. 20. de residuo soluit legata. At quarta trebel. propter æs alienum non minuitur, ab initio, immo detrahatur de omnibus bonis, sed postea quantum ad effectum minuitur vnde si in hæreditate sunt centum, & æs alienum est 20. ab initio detrahit hæres. 25. & 75. restituit postea verò cum hæres quartam habet de bonis soluet de debito. f. 5. & sic remanebunt sibi 20. fideicommissarius verò soluet tres partes. i. 15. & remanebunt sibi 40. & ita in effectum, erit idem. Sed cur tam variè, respondeo, quia quarta falcidiæ debetur delegatis & fideicommissis singularibus, vnde nisi ab initio hæres detraheret æs alienum, oporteret eum totum solvere, cum legatarij singulares non teneant hæreditarijs actionibus vt C. de hæredi. ac. l. vlti. & ideo necessarium fuit hæredi ab initio providere. Sed cum fideicommissarius vltis habeatur loco hæredis, & sic pro toto tenetur creditoribus, non fuit necessarium ab initio hæredi detrahere æs alienum, ideo & c. Itẽ conueniunt in alio ista tres quartæ, quia tñ est vna quantum est alia de iure antiquo, sed iure nouo est aucta naturalis, vt dixi, vt in authen. nouissima. C. de inof. testa. Item conueniunt, in alio, quia sicut non habet locum quarta iure naturæ in testamento militis, in quo cessat querela, vt ff. de inof. testam. l. Papinia. §. si quis in militia. ita non habent locum etiam alia, vt ff. ad Trebel. l. j. §. pen. & C. ad l. falc. l. in testò quod verum de iure antiquo. sed hodie dic vt ibi no. & C. de inoffic. testam. l. vlti. & de re. mili. l. in testò & de li. præteritis in authen. ex cã.

29. Disconueniunt autem in multis, nam quarta de iure naturæ, debita perditur propter multas causas ingratitudinis, q enumerantur. C. de li. præteritis in authen. non licet & in auth. vt cum de app. cog. §. causas. col. 8. & in authen. de nup. §. ingratitudinem col. 4. sed falcidia seu trebe. non cessant, pp prædictas cãs, sed pp alias bene, vt C. ad l. falc. in authen. sed cum testator. cũ ibi no. Item differunt quia quarta iure naturæ est aucta hodie,

hodie, non alia, vt dixi modo §. prox. vnde hodie ista debita, iure naturæ non debet dici quarta, sed triens vel semis, nisi secundum illos qui dicunt hoc esse correctum tñ in descendens rib. & non in alijs, vt no. in auth. alle. nouissima. Item differunt quia prima debetur certis personis, alia debetur cuilibet instituto grauo vel rogato. Item differunt in alio, quia prima non cessat in relictis ad pias causas. vt C. de episc. & cle. l. si quis ad declinandam. sed alia sic hodie, vt C. ad le. fal. auth. similiter & dic vt ibi. f. Item differunt in computatione, quia in prima olim computabantur omnia qualitercunq; relictã, hodie debet aliquid habere iure institutionis, quando pater facit testm alia veniret contra, vt in authen. nouissima. Item ad primam suppleendam computantur dos & donatio propter nuptias, & data causa militiæ empta de pecunia paterna. vt C. de inoffic. test. l. quoniam nouella. & l. omnimodo in fi. Item donata inter viuos hoc pacto expressè appositio, seu condõne appõsita, & computantur in quartam vt in d. l. si quando. §. & generaliter. C. de inof. testa. Item donata causa mortis & legata & fideicommissa, vt ff. de inof. testam. l. Papinianus. §. si quis mortis dum tamen aliquid habeat iure instõnis, quando fit testm vt dixi, vt in authen. vt cum de app. cog. §. aliud & §. ceterum. col. 8. Data verò causa conditionis implendæ, & non impurantur in ipsam primam, quia in ipsis rebus testatoris debet impleri, vt C. de inoffic. testam. l. scimus. §. repletionem. Donatio verò simplex si quidam facta sit filio emancipato nullo pacto appõsito de computando in quarta non computantur, vt in d. l. si quando. §. vlti. Si verò facta sit filio in potestate constituto videtur computanda, quia iure relictã & hoc dicitur tenuisse Iaco. de Ra. Sed in contrarium facit, quia donatio ista nõ cadit in fideicommissum vt ff. de leg. 2. l. sequens. ergo non computatur, in quarta. & hoc videtur innuere glo. C. fa. herci. l. filium, quod verius credo. ¶ In quarta tamen instõnis non computantur nisi illa quæ iure hæreditario percipiuntur, & est ratio, quia grauatur in alio. quod tenetur omnibus creditoribus hæreditarijs in solidum, nisi fecerit inuentarium vt C. ad l. fal. l. licet. & in auth. sed cum testator. ideo in hoc releuatur. ff. de iure i. l. cum qui. quod non est in bonorum subsidio. ¶ Et eadem ratio redditur in quarta trebel. C. ad trebel. l. 2. fm Host. Et Abb. hic vnde in quarta trebel. & in quarta fal. quæ computantur & rōnem diuersitatis. dic vt plures no. ff. ad l. fal. in quarta. Et vtrũ prælegata computentur, dic vt no. C. de fideicom. l. cum virũ. Sic ergo requiritur qd filius vel filia in aliquo instituat, & tñ agit non per querelam, sed conditione ex illa. l. omnimodo ad supplementum eius quod deficit de bonorum subsidio. Sed contra videtur sufficere qd habeat legitimam suam vel minus legitima quoquo relictã titulo, vt C. de inoffi. testa. l. omnimodo & l. cum qui. in auth. nouissima. Ad quod respondent quidam quod illa iura & similia corriguntur per dictam auth. vt cum de app. cog. §. aliud quoq; ¶ Alij distinguunt, vtrum testator voluit testari solenniter, qd apparet ex eo qd vocauit, & appellauit septem testes, signacula & subscriptiones apponi fecit, & sic est necesse qd instituat saltem in aliquo, sic intelligunt prædictam authen. vt cum de app. cog. Vel non solenniter, & nuncupatiua, & tunc sufficit quoquo relictõ titulo, vt in antiquis. l. secundum Azõ. Sed doctõr. Host. sic distinguebat, aut testator testamentum facit inter extraneos, & filios mixtos, aut inter filios tñ. In primo casu. f. quãdo instituit extraneos non sufficit qd reliquit filijs in eodem testõ, nisi & in aliquo ipso instituat, & sic intelligebat authen. vt cum de app. cog. Si verò inter filios tñ testatur, sufficit, & reliquat quoquo titulo, vt in antiquis legibus: nam inter filios sufficit etiam imperfecta voluntas, vt C. eod. ti. l. hac consultiissima. §. ex imperfecto. Tu dic fm Hostien. quod secundum ius canonicum indistinctè sufficit quoquoq; relictõ titulo, argumen. j. eod. Raynaldus. j. respon. nec est curandum circa vltimas voluntates, de hoc perniciosa subtilitate, sed tñ de veritate vt no. §. eo. cum esses. & c. se. & hic quia hic nihil fuit relictum expressè iure institutionis Alterochæ fm Hostien. hic. Præmissas itaque conuenientias & disconuenientias his verbis comprehendens. Quartæ naturæ trebellianicæ falcidiæq; Conueniunt, quod ex his deducitur æs alienum. De veteri iure iure coguales, militiaq; Testõ locum non habent vt bene nosti. Discordant, quod quarta prior sit nouiter aucta. Non tamen ingratiss per sonis præstita certis. Aut quæ quandoq; pia protensaq; iure, relictã. Quæ computantur quæcunq; iure relictã, Dos simul, & propter nuptum donatio, necnon, Mortui parentis empta militia rebus. Inter donata viuos appõsito pacto. Quod cedat in quartã restat quoq; iure ciuili. Per testatorem quod de quo

uis instituat. Sed secus in quartis alijs concede duabus. Et in tellige tu canonista, quod quarta trebel. de toto fideicommissõ, vniuersaliter, falcidia verò particulariter d' singulis legatis detrahitur, vnde versus. Tunc trebellaris, cum reddere cõtã rogaris. Tunc defalcaris, cum per legata grauaris. Et de ista quarta falcidicitur. j. eo. Raynaldus. de alijs duabus dicitur hic. ¶ Et octo casus in quibus cessat falcidia, vide per Host. j. c. proxim. glo. antepenultima.

¶ Super eo. c. ad declarationem glossæ, ex quo & c. Si quæris, vtrum & quomodo fructus computari debeant in quartam, distingue. Aut quæris de quarta debita iure naturæ, aut de quarta trebellianica. Aut de quarta debita iure institutionis. ¶ Si de quarta debita iure naturæ, tunc videtur quod fructus computari debeant per l. scimus. §. repletionem. C. de inof. testa. vbi dicit suppletionem fieri ex ipsis rebus testatoris, sed fructus sunt res testatoris, arg. l. bonorum. ff. de verb. signifi. Quid plura, videtur casus. ff. de inof. testa. l. Papinianus. §. si conditioni. in fi. ver. vnde si quis fuerit. Econtra videtur qd non quia in d. l. scimus. §. repletionem & eo. tit. l. si quando. §. & generaliter. & l. quoniam. in nouella. in fi. dicit ipsam suppletionem fieri, ex ipsa substantia. i. ex rebus, quæ fuerunt penes ipsum defunctum, sed fructus non fuerunt defuncti, nec penes eum, quare & c. ¶ Præterea cum omnis condõnis modus, omneque grauamen tollatur de medio in ista quarta. vt C. de inof. test. l. quoniam in prioribus. patet quod statim debet eam habere, pure & simpliciter, quare ergo expectabitur qd fructuum perceptione computet sibi quartam. Super hoc distinguit Accur. in d. l. scimus. & in d. §. si conditioni. an filius vel filia rogatur sub incerto tempore, an sub certo, vt in primo casu fructus non computentur in quartam, in secundo sic. Sed C. fa. erci. l. filium quem habentem. videtur indistinctè dicere, quod non computentur, & secundum hoc esset correctus Jille. §. si condõnem. sed qui vellet dicere quod non esset correctus posset respondere quod in d. l. quoniam nouella. scimus. loquitur quã habebat necesse quartam relinquere, quia alium faciebat si bi hæredem. ¶ Sed ex quo eum instituit non habebat necesse, & sic computabit sibi fructus in quarta. Veruntamen Accur. videtur dicere, quod etiam tunc statim habere debet bonorũ subsidium vt no. ff. de hæredi. insti. l. suus. in prin. & hoc videtur verius per Liubemus. C. ad trebel. vbi hoc tenet Lambertus. Item alia rōne, nam si computaret sibi fructus, sequeretur quod si perciperet tot fructus quod ascenderent quartam, nõ haberet aliud de domibus, prædijs, vel alijs rebus quæ fuerunt testatoris, ad quastamen habet seu habere debet magnam affectionem, vt ff. de mino. l. si in emptione, si quid in fraudem pal. j. §. sed & si rem. de bonis. l. libertus qui soluendo & C. de adm. tu. l. lex quæ tutores. ¶ Si quæris de quarta, trebellianica, tunc dicit glo. hic & Accur. in d. l. iudemus. quod aut percipiuntur fructus iudicio testatoris, aut negligentia non petentis, aut mora non soluentis. Primo casu computat in quartam & nihil restituit etiam si superest aliquid vltra quartam. In secundo nec computat, nec restituit, in tertio computat & superfluos restituit, & hoc in alijs hæredibus, quam in filijs, filij enim ex puris rebus hæreditatis detrahunt quartam vt ibi. Sed ista glo. est defectiua, nam omittit quosdam casus, quia nõ loquitur de fructibus perceptis ante aditam hæreditatem, nec de perceptis post aditam, siue negligentia, & mora voluntate testantis, vt ecce adiuu hæreditatem, fideicommissarius impeditus est, nec est negligens quia non est præfens, nec ego sum in mora ex quo non possum restituere, nec percipiuntur fructus iudicio testantis. Item fructus, qui percipiuntur iacente hæreditate neutro prædictorum modorum percipiuntur. Item quod fructus percepti aliter quam iudicio testatoris computentur in quartam nulla lex dicit, siue propter negligentiam, non petentis siue propter moram non soluentis, lex enim in fideicommissaria. ff. ad trebel. dicit quod fructus non veniunt in restõnem, nisi percepti mora hæredis: sed quod computentur in quartam non dicit, nec aliqua lex hoc dicit. ¶ Item fructus percepti iacente hæreditate restituuntur, sed non dicitur quod computentur in quartam. vt ff. ad Trebel. l. ita tamen. §. i. Et hoc verum quando potest opponi negligentia hæredi, alias non, vt ibi a contrario sensu, ex quo concludit Iaco. de Ra. qd fructus non computentur in quartam, nisi percipiatur voluntate testatoris. vt d. l. ita tamen. §. vlt. Vnde si quæratur nõ quid hæres rogatus restituere hæreditatem teneat fructus computare in quartam donatio, necnon, Mortui parentis empta militia rebus. Inter donata viuos appõsito pacto. Quod cedat in quartã restat quoq; iure ciuili. Per testatorem quod de quo

testatoris, aut de perceptis negligentia non petentis, aut de perceptis mora non soluentis, aut de perceptis alio modo. In primo casu, puta quando haeres rogatus est de restituendo post tempus. Io. annorum vel similia, tunc computabit sibi fructus in quartam, & tunc sunt percepti, quantum quarta nihil de rebus alijs percipiet, & si plus percepti totum est suum, ut ff. ad treb. l. si mulier. §. haeres. verfic. alia causa. & l. ex asse. & l. ex fideicommissaria. in principi. §. planē. Sed fallit in liberis primi gradus, qui nec computant sibi in quartam, nec restituunt, ut in d. l. iube mus. C. ad Treb. Sed fallit in casu, quod testator, gra fideicommissarii distulit restitorem. ff. de le. 2. l. si ita relicto. §. pegafus. vt no. glo. in d. l. fideicommissaria. Secundo casu. scum percipiuntur negligentia non petentis; vt quia non petitur fideicommissum, tunc nec computantur in quartam nec restituuntur, sed de bonis alijs haeres detrahet quartam, & restituet fideicommissarius tres partes, vt in l. alle. mulier. §. si haeres. in principi. quod verum in fideicommissario vbi, vt ibi, secus in singulari. Fallit secundum Lamber. de Sali. in d. l. iubemus, quado mora haereditis rogati restituere praecisit, tunc enim computat, eos in quartam, & superfluum quod habet restituet, vt in d. l. fideicommissaria. in principi. arg. ff. de leg. 3. l. patronus. 2. resp. Item dicta duo membra fallunt, quando testator praecipit expressē eos restituui vt d. l. fideicommissaria. 2. resp. vt ibi not. glo. Tertio casu. quando quaeritur de perceptis mora non restituentis. tunc in quartam non imputabit, sed integros fructus restituet haeres, argum. ff. de vfu. & fruct. lega. per totū. Quarto casu cum quaeritur de perceptis alio modo, nec iudicium testatoris interuenit, nec negligentia fideicommissarii, nec mora haereditis, tunc in istis casibus haeres non restituit nec computat, vt d. l. mulier. §. si haeres. & eodem tit. l. ita tñ. §. ja. trario sensu. Et quod dictum est quod quando fructus percipiuntur negligentia non petentis non restituuntur, intellige quando negligentia interuenit non petendo restituui sibi, saltem verbaliter, vt ff. ad treb. l. restituta. quia ea restituta iam habet ius, & factus est dominus vt ibi. Si quaeris de quarta falcidiae refert, aut quaeris de fructibus rerum non legatarum, aut de fructibus rerum legatarum. In primo casu refert. Aut fructus erant editi hoc est feminati & nati tempore mortis, & tales computabit vt ff. ad l. fal. in lege falcidia placuit. Aut non, & tunc non computabit, vt ff. ad l. fal. l. Paulus. & l. in rōne. In secundo casu quod quaeris de fructibus rerum legatarum tunc, aut eos percipit iudicio testatoris, & hoc casu computabit eos in quartam falcidiae ad instar quartae trebel. Et intellige, quod computantur in quartam falcidiae quodocumque nati & computantur, quantum ad commodum ipsius legatarij, & quantum ad commodum aliorum, §. m. Iaco. de Ra. Et sic intelligitur ff. ad l. falcid. l. q. de bonis §. fructus. Aut quaeris de perceptis mora non restituentis, & tunc non computantur in falcidia, sed veniunt, in restitorem, nam a tpe morae veniunt fructus. vt C. de vfu. & fruct. leg. j. & l. vltim. Aut quis de perceptis negligentia non petentis, & tunc non computantur in quartam, sed tamen non lucratur eos haeres, sed restituit legatario, vt in d. l. vltim. C. de vfu. leg. quia non ideo, quod negligo rem, meam petere, fructus quos alius percepit facit suos, nisi esset tanta negligentia per quam priuaretur dominio, alijs que priuaret dominū. Et in hoc differt singulare relicto ab vbi, quia singularis legatarius efficitur, statim dominus etiam ante aditam haereditatem saltem, in fideione iuris vt ff. de furtis. l. a Titio, post aditam aut haereditatem in rei veritate. vt ff. de leg. j. l. si tibi homo. §. cū seruus. & de lega. 2. l. mortuo boue. in principi. Sed fideicommissarius vbi non fit dominus, nisi restitōe saltem verbali facta, sed post dictam restitōem verbalem, idem est in eo quod in singulari fideicommissario, vt §. dixi. Et haec sufficiant pro ista materia. Sed si quaeris ad pleniorē euidentiā seu doctrinam, quando fructus veniant in legato, & quando non, distingue, §. m. Lambertum de Sali. & Cyn. de vfu. & fruct. leg. l. vltim. Aut quaeris de fructibus perceptis, & tunc, aut legatum est vniuersale, aut singulare. Si vbi, vt legatum gregis, vel peculij, tunc si sunt tales fructus qui possunt augere vniuersitatem, & reputari pars vniuersitatis, vt statim plenius dicam, veniunt a tempore legati relicti ante tempus morae, & etiam ante aditam haereditatem, vt ff. de vfu. l. equis. 2. resp. & de leg. 2. l. peculium. Si est singulare tunc, aut quaeris de fructibus perceptis ante aditam haereditatem, aut de perceptis post. Si de perceptis ante tunc, aut testator legauit rem propriam, & tunc fructus veniunt a tempore mortis defuncti, quia ab illo tempore transfertur dominium in legatarium, & fructus ex re mea percepti mei sunt. ff. de vfu. l. herennius. de leg. j. l. si tibi homo. §.

cum seruus. de fur. l. a Titio ad laquil. l. huic scriptura. in principi. ff. de rei vendi. l. solum. §. meum in principi. Aut legauit rem alienam & tunc, aut haeres distulit malitiose adire, vt legatariū fraudaret fructibus perceptis post aditam haereditatem. ff. de vfu. l. si vfufructu. Aut non distulit malitiose & tunc fecit. Si quaeris de fructibus perceptis post aditam haereditatem, tunc, aut sunt percepti ante interpellationem, seu moram, & tunc non veniunt, aut post & tunc aut post interpellationem & moram insimul. Aut post moram sola, & tunc veniunt nedū percepti, sed etiam percipiendi, quos percipere potuit haeres vel legatarius. C. de vfu. & fruct. leg. l. j. & vlti. Aut de perceptis post interpellationem sed ante moram, quia interpellatus iustam habuit cam litigandi, & tunc, aut quis de perceptis & illos restituere tenetur ff. de peti. haered. l. item veniunt. §. petitam. Aut de percipiendis & tunc aut quaeris de fructibus, quos percipere potuit legatarij & non haeres. & tales non veniunt vt ff. de vfu. & fruct. l. j. & vlti. Aut de illis quos percipere potuit haeres, & de illis tenetur, sic intelligit. Pe. de bel. per. ff. de lega. j. l. apud iul. in principi. & de leg. 3. l. patronus. 2. resp. & peti. haeredi. l. ite veniunt. §. petitam. Et quod dictū est fructus ante moram venire, intellige, nisi haeres esset bonae fidei, quia tunc faceret fructus suos vt ff. de acq. rer. do. l. quæsitū. quod verum si eos consumeret, alias §. m. Lambert. teneretur eos restituere, licet prius eos fecerit suos. Nam bonae fidei possessor per officij iudicis tenetur restituere fructus extantes, vt C. de rei vendi. l. certus. §. bona fidei. C. de qd dicitū est, qd in legato vniuersitatis fructus veniunt, a tempore legati relicti, intellige de fructibus qui possunt augere vniuersitatem, & qui possunt reputari pars vniuersitatis, vt sunt fructus vniuersitatis iuris, vt peculij sub quo seruus, fundus, & omnis alia res potest contineri & augere peculij ipsi. Secus in vniuersitate facti vt gregis, nam tunc refert, vtrū sint, fructus intrinseci, & qui possunt augere vniuersitatem vt agni & tunc idem quod in legato vniuersitatis iuris. Si verò extrinseci vt lac & vellera, tunc idem dicendum est quod in legato singulari §. m. Lambert. in d. l. si.

¶ Super eo. c. §. quia verò. Si quaeris vtrū p̄ possit grauare filium in quarta debita iure naturae, distingue. Aut quis vtrū possit eū grauare seu onerare eū in ipsa quarta in modo seu in conditione vel quantitate vel in vfu fructu eiusdem, seu alio grauamine a grauamine substōnis, & dic. qd nō, vt hic, & C. de inoffi. testa. l. qm̄ in priorib. & l. icimus. & in auth. nouissima. Aut nūquid possit eū grauare, seu onerare onere substōnis & tunc, aut per talem substōnem prouideretur ei qui alias decedere retestatus, cū non possit facere testm̄, vt quia pupillus, vel mente captus, vel alius qui testari nō potest, & tunc potest ei subdituere vt C. de inoffi. testa. l. ex tribus. de impu. & alijs substi. l. humanitatis. nam cū testari non possit, in f. de pupilli sub f. §. j. magis consultur ei q̄ grauetur, argu. C. de inoffi. testa. l. filijs. & l. si pater. Aut per talem substōnem non prouideretur ei sed grauaretur, vt quia fieret ei, qui testari potest & tunc nō teneret nec fieri posset talis substō. vt C. de inoffi. testa. l. si maritus. & l. filijs matrem. & probantur haec euidenter in f. i. q. i. ex. ca. ma. non licet. §. j. verfi. valde. & de pupi. substi. in d. §. i. ver. nam moribus. & ff. de vulg. & pu. substi. l. si plures. §. ad subditutos. & de testa. m. l. miles ita §. ex haereditas §. m. Hostij. hic. & concordat glo. in dictis l. quoniam in prioribus ex tribus humanitatis. Et vide quod no. Gui. de Mon. laud. extra de re iudica. c. pastoralis. super verbo nec praedicta suppletio, in cle. dicens, quod portio iure naturae debita filijs, si alias penitus egeant, nō potest propter delictū patris quamuis grauissimum eis de iure auferri, ex quo iure naturae debetur vt hic. Vnde est argumē. quod si filij audita cōdemnatione patris furrim vel vim vel dolose suam partem abscondant & asportent, non tenentur saltem in foro animae ad restitutionem principifaciendam. Nam ex quo iure sibi retinere possunt, ergo iuste. j. de verb. signi. c. ius dictum. §. m. C. de monte laud. ibi. Sed Qe ce. ibi tenet contrarium in primo casu, cum & per cōtractum. as alienum paternum huiusmodi quarta tollatur, vt ff. de inoffi. testa. l. Papinia. contra y eterani. §. quoniam autem quarta. Sed sustinendo primā opi. posses dicere quod debitū seu obligatio emanans ex contractu est fortior & fauorabilior quam il la confiscatio quae ex delicto procedit vt patet. ff. de iure fisci l. mochis. C. de seruo pig. da. ma. l. 2. de priuile. fisci. l. 2. & 3. in quibus causis pi. ra. contrahi. l. i. iuncta. l. vnica. C. p̄cepis ficalibus credi. §. ferri. l. i. 10. Nec mirū quia obligatioes ex cōtractu regulariter p̄cedūt ex cōsensu principij vel incidēt seu cōsecutiue, in f. de obli. ex cōsensu p̄ totū. & ff. de act. & obli. l. ex cōsensu, qui quidā cōsensu est de iure naturali, & sic firmius obligat

obligat vt C. de act. & obli. l. sicut. q̄ lex ciuiliis, q̄ confiscationē, inducit. Imo et quod plus est §. m. Ho. in casu vbi parēs vēdit, oīa bona sua, semper potest filius agere ad bonorū subliditū contra emptores, qui emerūt oīa, nisi tali necessitate sit facta vēditio, in qua nedum suā substantiā, sed et ipsum filiū vendere potuisset vt C. de patribus qui fili. distra. l. Quod intellige q̄ vēditio fuit, vel vsumitur fraudulēta, vt ff. de his quae in frau. cre. l. oēs §. Lutus. Et hoc vltimum no. Ho. hic in §. dictus verò. super verbo vendiderat. in fi. & iam plenius §. dixi.

¶ Super eo. c. ¶ Ad declarationem glo. retinebunt er go. Si quaeris, vtrum filius institutus, haeres per patrem possit deducere duas quartas, vt quod sic, vtra argumenta, quae sunt, hic in glo. quia quotiescunq; concurrunt duo iura in eadem persona, q̄ in diuersis personis habent, diuersos effectus, illum effectū, quem habent in diuersis personis eundē hnt in eadē persona. vt ff. de his quib. vt indig. l. tuorē. Præterea hoc vī persuaderi argumēto sumpto a contrario sensu, in auth. de haered. & fal. §. si quis aut non implens col. j. Contra videtur vltra quarta, q̄ sunt hic. in glo. per l. Papi nia. contra veterani. §. quarta. ff. de in offi. test. vbi hēs q̄ quarta institutiois cōputatur in quartā iure naturae. Azo. & Accur. in d. l. Papi. §. si quis in plures. distinguunt prout distinguit Ber. hic in fi. ver. alij volūt. & c. quae distinctio tolli vī per l. ff. si cui plus q̄ per l. fal. j. §. pe. nisi diceret, q̄ aliud sit in debita patrono, & aliud in debita filio, vt no. ff. ad l. cor. de falsis. l. si quis legatū. §. vlti. Vñ totū huius distinctionis vī dicendū, quia plus grauatur qui rogatur purē, quam qui sub condōne, & rogatus pure debet deducere duas quartas. non rogatus, sub condōne, iuxta illud, qui in vno grauatur & c. ff. de iure iur. l. oī qui. Et hoc tenent Mar. dicēs quod, aut filius est sub cōditione institutus, & tunc detrahit duas quartas, vñ iure naturae, i qua nō potest grauari p̄ appositionē conditionis, vt C. de inoffi. test. l. qm̄ in prioribus, & istam hēt ab initio, aliā detrahet post ea conditione adueniente, dum restituit haereditatē. Aut purē est institutus, & tunc non detrahet nisi vñā. Nec refert hoc casu vtrum purē, an sub condōne fuerit rogatus restituere, quia interim oīa bona sunt sua, vnde a semetipso nō detrahit, sicut legatū sibi ipsi non valet, sed detrahit, tunc q̄ restituit. ¶ Tu vero circa hoc probabiliter dicere potes, aut quaeris, de iure canonico, & est expeditum, quod de vna, & eadem haereditate, non solum vna, sed et plures, quare deducuntur, vt probat hic & j. eo. Raynaldus §. m. Inno. & Host. & Io. And. hic idē tenet Io. 2. dist. c. responsa. Aut quaeris, de iure ciuili, & tunc refert, §. m. Iaco. de Ra. aut quis, vtrum filius possit habere duas quartas iure detractionis, & dic, quod nō p̄ iura §. & hic in glo. Ber. all. Aut iure cōputatiōis, & tunc potest euenire, quod hēt duas quartas, quia quaedam cōputantur in quartā iure naturae, q̄ nō computantur in quartā iure instōnis, vt legitur & no. ff. ad l. fal. l. pater & C. fa. her. l. filium quem habentē. Concedo tñ q̄ si plus, sit in vna, quam in alia, quod supplementum possit hēre, arg. ff. vbi rap. l. j. Non obstat dictus §. quarta, vbi vī dicere, quod nō possit habere aliā, si hēt quartā iure naturae, quia loquitur §. m. sua tempora, q̄ quartae erant aequales, sed cū hodie vna fit maior altera, non tollitur in eo, quod excedit, ar. d. l. j. Ad l. tutorē, rñdeo quoties iura in eandem personam concurrunt p̄inde ac si in diuersis concurrerent, verum est si manet eadem rō, q̄ erat si in diuersis personis concurrerent, sed hic non remanet eadem rō, quia institutus detrahit quartam fauore vltimae voluntatis implendae, alias non acciperet. Sed si filius est haeres, hāc quartam detrahit, quia non est eadē rō in sua persona, quae esset in duabus, ita distinguunt Iaco. de Ra. & Cyn. C. ad l. fal. l. q̄. & satis in hoc conc. Pe. de bel. pertic.

- 1 Exequutor post onus susceptum, exequi compellendus.
- 2 Exequutor legitimus ad officij exequutionis subeūdū cōpellendus.
- 3 Exequutor testamentarius an ad onus exequutionis subeūdum compellendus.
- 4 Exequutor datiuus munus exequutionis suscipere, an non compelli possit.
- 5 Numerum seu officiorum diuisio.
- 6 Episcopus vltimarum voluntatum exequutor.
- 7 Exequutor vltimarum voluntatum id munus subire a quo compellendus.
- 8 Exequutor, an inuentarium facere debeat.
- 9 Exequutor intra tempus determinatum a testatore eius voluntatem adimpleat.
- 10 Exequutor quanto citius potest exequutionem impleat.
- 11 Exequutore intra annum non exequente ad episcopum deuoluuntur

tur exequutio.

- 12 Hospitali relicto, cum plura sint, cui id debeat.
- 13 Monialibus prius quam monachis subueniendum.
- 14 Pauperibus relicto, de quibus non apparet, quibus id debeat. 16.
- 15 Religiosi mendicantes sunt vere pauperes.
- 17 Exequutor legitimus an agat, & exigat.
- 18 Exequutor testamentarius, an agat & exigat.
- 19 Interpretatio plenior faciendā in testatoris voluntate adimplenda.
- 20 Exequutor datiuus an agat, & exigat.
- 21 Exequutor an conueniatur. 23.
- 22 Exequutor ab episcopo exequi cogendus.
- 24 Exequutor datiuus, rationem episcopo reddit.
- 25 Exequutor testamentarius, an rationem administrationis episcopo reddat.
- 26 Exequutor vltimarum voluntatum an religiosus esse possit.
- 27 Exequutio vltimarum voluntatum regulariter ad episcopum spectat.

Vanobis. Si quis, nūquid exequutor cōpelli possit, offm̄ exequutiōis testamēti, seu vltimae voluntatis exequi, vel et adimplere, & p̄ que, distm̄. Aut quis de primo. C. vtrū cōpelli possit & tunc, aut hmoī exequutor post mortē defuncti onus exequutionis in se legitime suscipit expressē, vel et tacite, puta quia alicui creditori de debito satisfacit, vel legatū soluit, vel aliud tanq̄ exequutor gessit, & tunc tenetur & cōpellitur exequi, vt j. e. l. o. cum ibi no. per Inn. & Ho. ff. de acq. haere. l. pro haerde. Aut post mortem defuncti nō suscipit in se onus, nec tacite, nec expressē, & tunc aut quis de exequutore legitimo, aut de testamentario, aut de datiuo. ¶ Si de exequutore legitimo. i. dato, per le. dic quod talis p̄t cōpelli offm̄ exequutiōis suscipere, & exequi, & de tali loquit. C. de epi. & cle. l. si quis ad declinādā. & l. nulli. §. j. ff. qd̄ pet. haere. l. hrditas. §. j. in auth. de ec. ti. §. si quis aut. col. 9. & hic. & j. e. l. o. vbi hēs qd̄ eps ordinatur p̄ l. vt exequatur. & est publicū munus seu offm̄ auctoritate, ergo non potest illud refutare. ff. de le. l. lex est. ff. de mu. & ho. p̄ totū. C. de ap. l. hi qui ad ciuilia. cū ibi alleg. legitime dixi p̄ p̄ religiofos q̄ non p̄nt hmoī offm̄ suscipere vel exequi, nisi a superiore suo petita sup hoc licētia & obtēta, quod dic vt plene le. & no. j. e. ti. c. religiosus. l. 6. & eo. ti. religiosus in cle. Et p̄ p̄ alios qui cō sensum non habent, vt furiosi. ff. de p̄cu. l. 2. §. de iudi. cū furiosus. j. rā. in f. i. qui da. tu. po. §. furiosus. de inutili. f. i. §. furiosus. vel pupilli saltē quo ad se effectualiter obligandū, in f. i. de inutili. f. i. p̄ pupillus. ff. de reg. iur. l. pupillus. Si quaeris, de exequutore testamētario, i. quē testator noiauit. & instituit in suo testō, seu vltima voluntate, tunc refert, aut exequutor testatore viuēte suscipit in se onus exequutionis, & tunc cōpellitur exeq, vt ff. ad l. Corne. de fal. vxori. §. si ff. commo. l. si de testa. tu. l. ex fia. & de exc. tu. l. spadonē. §. j. Non tñ sufficit, quod p̄ns, fuerit in cōstōne sui, & tacuerit. ff. de arb. l. Pōp. §. m. Io. An. j. e. l. o. & credo qd̄ bene licet Spe. ti. de arb. §. vlt. 2. col. ver. nū quid arbitrator teneat cōtrariū in arbitrio & arbitratorē, qui suscepisse vñ arbitrium eo ipso qd̄ p̄ntes patiuntur in se cōpromitti. ar. ff. man. l. si remunerādi. §. si passus. & l. qui patitur. & l. e. §. m. eū, q̄ iura loquuntur in actu appetibili & vti taceti fecus vbi tractatur de tacete p̄sonaliter obligādo, vt ē hic, & dixi plenē §. de p̄sum. nōne. Et intellige q̄ exequutor post onus exequutionis assūptū, cogi dēt exequi, nisi ex cā legitima emergētī petat ab ep̄o exonerari. ff. de p̄cu. l. si post datū. vt no. vin. j. e. l. o. & Io. An. post eū, qui alle. j. de p̄cu. c. 2. l. 6. Aut nō suscipit in se onus exequutionis, & tunc dnt quidā q̄ si p̄sona onere exequutiōis onerata, est cōiuncta p̄long testōris, q̄ tunc tenet & cōpellitur exequi vt ff. vbi pu. edu. debe. l. j. §. quāuis, quod verū saltē in casu illius legis. l. vbi testōr voluit pupillū suū apd̄ aliquē affinē vel cognatū suū educari. Aut nō ē cōiuncta p̄sona, & tunc, aut exequutor nudus absq; aliquo cōmodo sibi a testōre relicto, & tunc nō cōpellit, q̄a mādātū alienū suscipere, voluntariū est, & liberū. vt ff. de ne. ge. l. Pōp. in f. mādari. §. mand. Aut est exequutor nō nudus, vt q̄a testōr legatū sibi in testō relicto, in quo eū exequutor deputauit, & tunc, aut erat sibi a s legatarij, p̄t si onus exequutionis se recusatū sciret, & tunc nō tenet, nec p̄t cōpelli et si legatū agnoscat, vt ff. vbi pu. edu. debe. l. j. §. si. Aut nō erat sibi a s legatarij, & tunc si agnouit legatū, debet & p̄pellit agnoscere exequutionē, vt in d. l. nulli. §. j. & de reli. & sūp. fun. l. si sepulchrū. §. funus. de cō. & de. l. is cui. de his qb. vt fidi. l. post legatū. §. amittere. si non agnouit legatū, tunc nō tenet exequutionē agnoscere vt in iurib. alle. & j. e. c. 2. §. fanē, ibi aut id exequi forte nolente. l. 6. ¶ Si quaeris de datiuo. i. dato a iudice, tunc dic q̄ nō tenetur nisi esset datus & electus, de illis q̄ simul

hoc exequi tenebantur, vt ff. de ali. & ci. leg. l. r. & de leg. j. huiusmodi. §. si cum ibi no. Sed videtur quod teneatur indistincte de exequi, ad instar muneris iudicandi, quod quis potest compelli subire, vt ff. de mu. & honest. l. vlti. §. iudicandi. & l. si quis magistratus, & in authen. de ecc. ti. §. munus. col. 9. ad qd' dicitur, quod dicitur Quaedam sunt officia, seu munera publica auctoritate, & vtilitate, vt munus iudicandi, Quaedam sunt publica auctoritate, vtilitate tamen priuata, vt tutela, & talia quis tenetur, & compellitur suscipere, vt in iuribus alleg. Quaedam vero sunt, priuata auctoritate, & vtilitate, & illa nullus compellitur suscipere, & talis est executio voluntatis per testatorem, seu alias, quam per ius, seu auctoritate iuris indicta, & similiter officium procuratoris. Nec obstat si dicatur, quod publicè vtile est exequi voluntatem defuncti, vt §. eo. nos quidam & c. seq. quia verum est impropiè, non principaliter. Nam proprie publicè vtile est, quod particulariter in omni casu particularis est publicè vtile, vt munus iudicandi, sed voluntas morientium executioni demandare, est publicè vtile, secundario, & non principaliter, quia est principaliter vtilitas testatoris, & hæredis, & ex hoc redundabit publica vtilitas, quia si voluntas istius & illius executioni demandetur, est publica vtilitas. Sic a simili, publicè vtile est locupletes habere subiectos, quod verum secundario, quia principaliter tua vtilitas priuata versatur, tamen si tu & iste, & ille, & alij estis locupletes, abundabit imperium, vt in auth. vt iudic. sine quoquo suffra. fiant. §. cogitatio. col. 2. Sic publicè vtile est absentes, a quibuscunque defendi, qd' verum, secundario non principaliter, vt ff. de procu. l. feruui quoque §. publicè. & de ista materia executorum, vide plenè per G. in Spec. tit. de instru. edi. §. nunc verò aliqua, per totum. Et quod dicit Bern. hic in j. glo. quod relicta ad pias causas, per diocesanos episcopi debent executioni mandari, idem intellige & de relictis ad non pias causas, vt no. j. eo. Ioannes. Dicitur enim pie voluntates defunctorum, non solum rone locorum, & relictorum ad pias causas, sed ad quascunque alias non improbatas, per l. C. de sacros. eccl. l. j. 13. q. 2. vltima voluntas. §. sed aliud, & hoc innuit. j. ibi vniuersa. procedant & s. ibi i omnibus pias voluntatibus & c. q. d. omnes sunt pias, nisi sint contra legem, hoc est innuit. §. si quis pro redemptione. in authen. de eccle. ti. hic alle. fm. Host. & Io. An. hic. Aut queris de secundo membro principali. per quem compelli possit, & tunc dicit Io. An. j. eo. Ioannes. q. circa executionem legitimam testamenti, quam habet episcopus, planum est q. intelligitur episcopus, originis ipsius testatoris, sed si alibi habet domicilium, dicitur quidam q. vterq. exequi potest, alij q. episcopus domicilij, si in totum illud transfuit, nisi in loco originis essent facultates ipsius, de hoc in d. l. nulli. & per Spec. in d. §. nunc verò aliqua. in fin. Sed quo ad compulsionem purat ibi Io. An. q. episcopus executoris habeat illum compellere. ff. de tu. & cu. da. ab ijs. l. j. in fi. & l. diuus. Et si dicas, etiã a tutela excusatur, qui illius ciuitatis non est. ff. de excusa. tuto. l. fin. C. eo. l. testa. fatetur si excusationem proponat, alias secus. ff. de testa. tu. l. quæro. in prin. ex quo ergo suscipit officium sibi imputat. Si tamen ipse executor, suscipit officium, in domicilio testatoris, episcopus ipsius domicilij ratione illius, quasi contractus, eum compellet, si eum ibidem inueniat, alias seruabit, q. dicitur. j. de foro comp. Romana. §. cōtra hentes. l. 6. Vel dic, q. ex quo, absens est, in fideicommissario, & si collegam non habet, nec aliter testator prouidit, non instabimus, compulsioni absenti, sed exequetur, episcopus testatoris. j. eo. c. 2. lib. 6. Et per prædicta expeditur, q. queritur, coram quo legatarius conueniat executorem, de quo in Spe. præalle. §. 11. col. ver. sed coram quo. Et an exequitor teneatur facere inuentarium, item, an teneatur reddere rationem, & cui, & an in ea reddenda sufficiat, sacramentum, sufficit remittere, ad præalle. §. 11. col. ver. fed, an tenetur, & duobus versibus seq. fm. Ioan. And. ibi.

¶ Si queris, vtrum executor testamentorum, teneatur, infra annum executionem implere, frater Asten. tit. de fideicom. ar. ti. 2. distinguit sic. Aut testator, determinat tempus, j. quod vult testamentum esse cōpletum, aut non. Si sic, non tenetur executor, de necessitate, vsq. ad tempus, illud testamentum implere, nisi viderent, se citius implendo animæ defuncti, magis prodesse, tunc, nãd citius implendum eos conscientia, debet ar. stare. Si aut non determinat tps, aut executores, habent liberè bona, de quibus possunt statim testm implere, aut non.

¶ Si hnt, tenentur implere, quam citius possunt, quia sunt debitoribus illis, quibus legata, vt ff. de reg. iu. l. in oib. obligationib. in quibus dies, nō ponitur pnti die debetur. Præterea, quãto citius testm implentur, tãto citius aia defuncti alienatur,

alias tales necatoribus egentiu cōparantur. 13. q. 2. qui oblatio nes. & in fidelib. vt in c. leg. Et executores si p se retineat illa bona, cōmittunt furtu, vt e. c. & sacrilegiu. 17. q. 4. c. sacrilegiu. ¶ Vnde si executores, j. annum saltè admoniti, ab episcopo, nō impias voluntates cū implere possent, p episcopi impleri debent, et si testor prohibuisset, vt §. e. tua. & hic & j. c. Io. Si aut nō hēant bona in propriu, de quib. possint j. annum testm implere, non credit, quod propter hoc deuoluatur, post annum ptas eorū, ad episcopi, tenentur tamen facere, quod in se est, vt bona hēant, & habita distribuere debent, quam citius possunt, hoc Asten. & Richar. Pro vltimo membro facit, quod non valenti agere non currit præscriptio. C. de annali excep. l. j. in fin. cum concordantij.

quia parochiam: nam causa iuris cōmunis est magis spectanda quam iuris specialis, vt. ff. de tute. l. qui habet. s. quod aut. C. de his qui ver. eta. imper. l. vlt. cum ibi alleg. Et supposito q; posset ibi dici aliqua cōsuetudo introducta, tunc posset fortē dici, q; sicut tu transferendo domiciliū tuum ad aliam parochiam, & recipiendo ibi ecclesiastica sacramēta, eximeris a iure cōi sepulturæ in illa parochiali ecclesia parentum & maiorum, ita & a iure speciali cōsuetudinario s. m. ius commune introducto, ar. no. per Gul. & Io. Andr. j. de conti. ca. 1. & Cardi. de fil. presby. c. j. super verbo, natalium. lib. 6. vbi dicit q; Papa tollendo ius commune, tollit etiam cōsuetudinem s. m. ius cōmune introductam. † Si non habeat parochialem ecclesiam sitem certam, vt quia est vagabundus, aduena, vel peregrinus, vel viator, tunc debet sepeliri apud ecclesiam parochialem in cuius parochia decessit. 13. q. 1. ecclesiās, secundū Hug. Vinc. & Ray. quorum opin. approbat Gul. j. eo. c. 1. super verbo, de iure. lib. 6. vel in monasterio, si ibi decessit, iuxta ea quæ leg. & no. 16. q. 1. ca. 1. & alia causa. & quæ dicam. j. de excess. præla. cap. nimis iniqua. licet Inno. & Host. s. eo. ca. 1. & Host. j. eo. in nostra & Alten. lib. 6. eo. tit. c. 2. dicant quod imò apud cathedralem licet etiam Goff. dicat in sum. eo. tit. quod debet sepeliri apud ecclesiā cathedralem, aut apud ecclesiam in cuius parochia mortuus est per c. alleg. ecclesiās. † Aut queritur de secundo membro principali. s. vtrum sepultura vendi possit, & tunc dicit, quod sepultura habet multas significationes, q; dicitur officij quod impenditur sepeliendis, & talis vendi non potest vt. j. de simo. non satis. 1. q. 1. dicitur. 13. q. 2. pre. cipendum. Quandoq; sepul. ura dicitur, ius inferendi in sepulchrum, & talis etiam vendi non potest. ff. de rei vendi. l. quæ religio. Quandoq; sepultura dicit ipsa possessio siue terra vbi aliquis sepeliendus est, & tunc, aut non est de cœmeterio. & tunc potest vendi antequam consecrata sit per pontificem, sicut venduntur possessiones ad ecclesiās edificandas. ar. 12. q. 2. aurum. postquam autem est consecrata, vel ad hoc deputata per epm, vendi non potest, vt hic. & 13. q. 2. quest. & c. postquam. Aut huiusmodi terra est de cœmeterio, & tunc vendi nō potest siue ibi aliquis sit sepultus siue non, vt hic & in cap. proxi. alleg. Quandoq; sepultura dicitur aliquod vas lapideū, vel ligneum, siue tumba marmorea vel lapidea, pro aliquo sepeliendo factū vel facta, & hoc potest vendi, nisi sit factum sacrum per pontificem, vel ad hoc specialiter deputatū. j. de reli. do. c. ad hoc, & istam distinctionē ab illo ver. aut queritur de secundo membro. vsq; huc ponit Ioan. 13. q. 2. s. item queritur. & Innoc. & Host. hic, & frater Ioan. in sum. confes. hoc. tit. q. 1. & Gof. in sum. eo. ti. s. 2. † Et not. quod licet in aliquo loco sit aliquis sepultus si ne Pontifice, non tū credunt Inno. & Host. hic locum sacrum s. m. canones, licet secus secundū leges. ff. de relig. l. 2. & idem tenet Archi. 13. q. 2. in ecclesiastico. & frater Ioan. in d. q. 1. Item quod dixi. s. quem posse in ecclesia, nedum in cœmeterio sepeliri; approbat. 13. questio. 2. nullus, & per. G. & Ioan. Andr. j. eod. cap. 1. lib. 6.

- 1 Hæres quo ad pœnam æternam pro defuncto non tenetur.
- 2 Hæres quo ad pœnam corporalem pro defuncto non tenetur.
- 3 Hæres quo ad pœnam bonorum pro defuncto confesso, vel condemnato tenetur.
- 4 Hæres quo ad pœnam bonorum pro defuncto mortem sibi consciens tenetur.
- 5 Hæres an teneatur pro defuncto qui contrahendo deliquit.
- 6 Hæres an teneatur pro defuncto priuati criminis reo.
- 7 Hæres an teneatur pro defuncto publici criminis reo.
- 8 Hæres qualiter pro defuncto teneatur de iure canonico.
- 9 Hæres qualiter pro defuncto vltra vires hæreditarias teneatur.
- 10 Dei iudicium veritatis inuoluitur.

Parochiano ¶ Si queratur vtrū, in quantum & qualiter ex delicto defuncti hæredes teneantur, distinguitur. † Aut queris vtrū teneantur quo ad pœnā æternam, & dic q; non. illa enim non punitur vnus pro alio. 1. q. 4. c. homini. s. ecclētra dñs ad Moysen. & c. non imputatur. Vnde filius non portabit iniquitatem patris, neq; pater iniquitatem filij, Ezec. 18. & 1. q. 4. c. iam itaq;. Aut quo ad pœnā temporalem, & tunc. † Aut quo ad corporalem, & dic quod non indistinctē, vt. ff. de publi. iudi. l. publica accusatio. & l. defuncto. C. si reus vel accu. mor. fuerit. l. 1. & 2. pœnæ enim debent tenere suos auctores, vt. C. de pœnis. l. famimus. pro hoc faciunt not. per Host. j. de pœnis. c. in quibusdam. & per Car. de vsu. c. 1. lib. 6. Aut vtrum teneatur quo ad

quo ad pœnam bonorum, & tunc, † aut defunctus in vita fuit condemnatus, vel confessus in iudicio, & tunc tenentur hæredes: nam ex confessione datur actio ac si sententia lata fuisset, vt. ff. ad l. Aquil. l. proinde. in fi. & quia in iudicio quasi contrahitur. ff. de pecu. l. 1. s. idem scribit. & q; q; quis confitetur firmiter ex quasi contractu tenetur vt. ff. de interrog. act. l. de ætate. s. 1. & hoc not. G. in Spec. tit. de accu. s. 1. ver. quid si latro. & de interrog. s. 2. vers. quid si is qui. & Io. Andr. hic. Aut defunctus in vita non fuit condemnatus nec confessus & tunc, aut queritur de iure ciuili: aut de iure canonico. Si de iure ciuili tunc, † aut quis moritur nō morte sua naturali, sed mortē sibi consciuit, & tunc transit in eius hæredem, quia reputatur cōdemnatus. ff. de bonis eorum qui mortem sibi consci. l. fin. vt. notat Lambertus de Sal. in d. l. vnica. C. ex delict. defunc. Quod intellige verū quatuor interuenientibus. s. quod propter crimen seu metu criminis consciuit sibi mortem, non tēdo vitæ; & si crimen fuerit probatum post mortem; & quod in vita fuerit accusatus, vel proclamatus, vel in crimine deprehensus; & quod crimen sit tale ex quo viuens condemnatus bona perderem, s. m. q; not. Accur. C. de iure fisci. l. vlti. lib. 10. Aut moritur morte sua naturali & tunc, aut delinquit contrahendo: aut non contrahendo. † Si contrahendo tunc, aut delinquit dolo: vel lata culpa: aut delinquit culpa leui. Primo casu, aut in quasi cōtractu: vt circa administrationem tutelę, & tūc eatenus tenetur hæres, quatenus tenetur defunctus, vt. C. de hære. tu. l. 1. & l. cū ostendimus. Aut in contractu, & tunc, aut dolo dedit causam cōtractui: aut incidit in contractū. In primo casu idem quod in delicto extra contractū, vt scilicet in tantum tenetur, in quantum peruenit ad eum, in d. de pe. & temp. ac. s. non autem qes. Secundo casu, aut erat talis contractus, ex quo nō solet ius in hæredem transire, & tunc idem vt scilicet in tñ conueniatur in quantum ad eum peruenit, vt. ff. de precario. l. questurum. s. fin. Aut erat talis contractus, ex quo solet ius in hæredem transire, & tunc in solidum tenetur, vt. ff. de positi. l. si hominem. de act. & ob. l. ex contractibus. & l. ex depositi. & de reg. iur. scilicet hoc iure. s. vlt. & l. ad ea. s. in contractibus. Sed fallit in casibus notatis hic in fi. per Ber. & Host. & per Accur. in lalle. si hominem. primus est. ff. si agrimensor. salum modum dixerit. l. si duobus. s. si. secundus est. ff. de trib. l. illud. s. si tertius. ff. de pollici. l. ex pollici. quartus in d. de pe. & tēpo. ac. s. aliqui. quintus. ff. de præcario. l. quæsitum. s. fin. sextus. ff. de dolo. l. fin. septimus. ff. de calum. l. in hæredem. Secundo casu quā deliquit culpa leui interueniente tunc, aut interuenit, contrahendo, & planum est q; hæres tenetur in solidum. Aut quasi contrahendo, & tunc non tenetur hæres nisi lite contest. contra defunctū, vt. C. de hære. tu. l. 1. hæc q; circa contractus vel quasi agitur ex delicto commisso per defunctum. Si aut committatur delictum extra contractū tunc, aut queritur de priuato delicto ex quo ciuilitur agitur aut de publico. † Si de priuato, tunc aut est lis contest. aut non. Si est lis contest. tunc conuenitur hæres in solidum vt. ff. de publi. iudi. l. ex iudic. s. ex cæteris. & C. ex delictis defunc. l. vna. Si non est contest. tunc, aut peruenit aliquid ad hæredem, & eatenus conuenitur. Aut non peruenit, & non conuenitur, vt d. l. vnica. C. ex delict. defunc. sed primum fallit in actione vi bonorum raptorum, quæ etiam in id quod peruenit ad hæredem non datur, sed cōdictio furtiua datur in locum eius, vt. ff. vi bo. rap. l. 2. s. si. item in interdicto vnde vi, quod in hæredem nō datur etiam de eo quod peruenit ad eum, sed in factum. ff. de vi. & viarma. l. 1. s. si. item s. m. fallit in conditione fur. quæ datur etiam si non peruenit. ff. de condi. fur. l. in condi. & l. si pro fure. s. vlti. hos duos casus not. Goff. j. de rap. in literis. & Io. An. hic, & in casu. ff. quod quisq; iuris. l. 3. s. quod autem. † Si queris de delicto, seu crimine publico tunc Accur. facit regulā, quod nec datur hæredibus nec contra hæredes, etiam lite cōtestata, vt in lalle. ex iudiciorū. & in lalle. vna ex delictis defunc. C. si reus vel accusator mortuus fuerit. l. fin. nisi in casibus quinque notatis per eum in d. l. vna. vbi Accur. Lamber. & Cy. ponunt istam distim. vsq; huc: excepto secundo membro. † Si queritur de iure canonico tunc, aut queritur vtrum ex delictis defuncti hæres tenetur vsq; ad vires, & s. m. vires hæreditarias, & dic quod sic, licet ad eū nihil exinde peruenierit: vnde quilibet hæres siue filius siue extraneus, non distinctō vtrum raptorū vel alterius, tenetur de iure canonico in quantum ad ipsum de hereditate peruenit, ad omnia defuncti debita perfoluenda, siue fuerit ex contractu vel quali, siue ex maleficio, vel quasi siue puenierit res illa pro qua debitū fuit contractū ad eum, siue non, siue lis fuit contest. cum defuncto, siue non, vt hic, & 1. q. 4. c. ecclesia. s. itē pec-

cato Israelitarum. 16. q. 6. si episcopum. s. de pi. ex presentium. in fin. de folu. c. 1. vbi de hoc. de app. qua fronte. j. de vsur. tua. de rapt. in literis. de sent. ex com. a nobis. 2. in fin. vbi de hoc: & hanc opinionem tenuerunt Laur. Vinc. Io. Tanc. & alij quam plures & Io. Andr. j. de vsu. quamquam super verbo mandauerint. lib. 6. licet Alanus contra, nisi lis fuerit contest. cum defuncto, vt in l. vna. C. ex delict. defunc. de hæc materia etiam nota. 12. q. 2. Episcopus qui filios. 96. distim. bene quidem. in gl. turpia. & 24. q. 2. in sum. & per Ray. qui hoc tenet in summa sua de raptoribus. s. hæredibus. cum tribus. s. ibi sc. & hoc tenent Io. & Archi. in s. alle. item peccato. & Bar. Brix. in quest. venera. i. quæ incipit, queritur vtrum hæres defuncti. & Hosti. in summa titu. de testamentis. s. ad quid hæres. ver. teneatur aut. & ver. seq. & frater Io. in sum. confes. tit. de rap. Rubricella de Bellis in quest. post hæc quero qualiter hæres, & c. † Aut queritur vtrū hæres tenetur ex contractibus, vel delictis defuncti vltra vires hæreditarias, & vltra id quod ad ipsum de hereditate peruenit, & tunc. Aut fecit inuentarium prout iura volunt, & tunc nō tenetur vt. C. de iure delib. l. famimus. ad l. Falcidiam. aut. sed cum testator. Aut non fecit, & tunc dicit Ray. in d. s. de hære. q; tenet in solidū ad omnia, per iura proxi. alle. quod verum s. m. Hosti. in d. s. ad quid hæres. ver. quid si non sufficit. & frater Io. in dicta Rubricella de Bel. q. 120. alias. 92. quid si non sufficit. in foro iudiciali. arg. s. tit. 2. Ray. s. verum. in fin. sed in foro seu iudicio animæ nō tenetur vltra quam ad ipsum peruenit, & ipsa hereditate, quamuis sibi imputari possit quo ad detractionem sal. Constat. n. quod hi duo fori sepe discordant. 17. q. 4. c. vlt. s. de resti. spol. literas. j. de sponsa. tua nos. de eo qui cogn. confan. vxor. sua. c. veniens. 2. vbi de hoc in glo. hoc intellige. de sent. excō. inquisitioni. Eandem opi. tenet Io. Andr. in hærede vsurarij in d. ca. quamquam. de vsur. lib. 6. in nouella, dicens, q; pro hoc bene facit illud. c. ibi, prout patiuntur facul. & c. dictum. ca. in literis. j. de raptō. † Item cum iudicium Dei innatur veritati. j. de sent. excō. l. a nobis. & in veritate, nil plus est in bonis, si iste hæres potest cadere iudiciale compulsionem, quæ sequitur opinionem ex præsumptione. l. q; plus fuerit in bonis: ex quo omisit inuentariū ex veritate, & foro cōscientiæ tunc erit. Ad idem facit æquitas qua nihil deperit recipere debentibus, cum defunctus non tenetur vltra facultates, vt in c. cum tu. de vsu. ergo nec hæres & per hoc soluitur quod dici posset, humanam legem factam ab eo qui potest si non nutrit peccatū ligare in foro cōscientiæ, de quo per Tho. in sum. parte. 2. q. 26. arti. 4. Idem tenet Fede. de Senis tali ratione, quia inuentarium quo ad vsuras s. m. leges quæ de inuentario statuerunt, nō est hæredis necessarium qui ex delicto defuncti nō tenetur, nisi quantum ex illo peruenit ad ipsum vt d. l. vna. ius aut canonicum quod voluit hæredem teneri & si nil peruenit ex delicto æquitate pensata non ardeat vltra facultates vt. s. dixi. quare concludebat q; cum iure ciuili nō tenetur, & ius canonicum eum non ardeat, ad plus in foro cōscientiæ non tenetur secundum eum.

¶ De parochijs & alienis parochianis. Rubrica.

- 1 Limites prædiorum præscribuntur.
- 2 Limites dignitatum temporalium præscribuntur. Fallit in finibus imperij, & in limir ophis.
- 3 Limites dignitatum spiritalium non distincti præscribuntur.
- 4 Limites dignitatum spiritalium distincti non præscribuntur.
- 5 Limites præbendarum præscribuntur.

Vper eo ¶ Si queris vtrum fines vel limites seu ea quæ limitibus adherēt præscribi possunt, distinguitur. † Aut queris de finibus prædiorum, & illi bene possunt præscribi vt. s. de prob. ex literis. ita etiam potest intelligi. 16. q. 4. volumus & s. de præscriptionibus. quia iudicāte s. m. Hosti. ibi. † Aut queris de finibus seu limitibus dignitatum, seu territoriorū temporalium, vt sunt baronij, ducatus, marchionatus, comitatus, & huiusmodi, & tunc quævis quædā leges videantur innum. quod non possint præscribi vt. C. de fundis l. 1. agros. lib. 1. de offic. præ. aphri. l. in nomine dñi. s. pro limitaneis. in lib. seu. de prohi. seu. alie. per Feder. c. imperialem. s. præterea ducatus, tota die tñ contrarium seruatur de facto: quia quæ tidie augmentantur, & diminuantur comitatus, & per fas & per nefas septius permittantur, in d. de iure natu. s. pe. Vnde termini ecclesiastici immutabiles permanent, secus de temporalibus: s. m. Hosti. hic & Ioan. Andr. post eum: quod intellige vt. s. dixi de præscri. si diligenti. Hoc tamen fallit in finibus seu limi-

seu limitibus imperij, & in fundis limitrophis vt in l.allea. agros. & no. Archi. 1.6. q. 3. quicunq; glo. fin. t. Aut quæris de finibus seu limitibus dignitatum seu territoriorum spiritua- lium, vt prouinciarum, & tunc, aut limites seu fines non sunt vel non probantur distincti, & tunc limites & ea quæ sibi ad- hærent præscribi pnt, & illo casu semper habet locum præscri- ptio & in prouincijs, & in episcopatibus, & in quo ad omnia iura, vt 1.6. q. 3. inter memoratos. §. q. si limes & cap. dilecto. & quæst. 4. volumus. §. de præscr. ad aures. fm Ber. & Hosti. §. de præscriptio. quia iudicanda. & Inno. & Hosti. & Ioan. Andr. & quasi oēs hic, & Asten. lib. 6. hoc titu. in fi. t. Aut limites seu fi- nes sunt vel probantur distincti per libros antiquos, & testes & famam & alia adminicula. vt. §. de probatio. cū causam. & tunc fines seu limites diocesis vel parochiæ aut prouinciæ præscribi non possunt, & sic loquuntur. 1.6. q. 3. ca. licet & c. quicunq; & hic: sed nec ea quæ limitibus adhærent vt. ff. de rei ven. l. quæ de religiosis. de contrahen. empt. l. in modicis. fm eos. Et hoc intelligit Hug. fore verum in ecclesia affini. f. quod non possit præscribere fines seu limitem alterius ecclesiæ affinis, sed eccle- sia non affinis potest præscribere limitem alterius ecclesiæ non affinis, ne ex hoc contingeret terminos prouinciæ con- fundi: & hoc potest colligi ex ratione quam ponit ille canon. 1.6. q. 3. quicunq; ibi nedū & c. vbi hoc no. Hug. & Archi. post eum in glo. antepe. Et quæ loca dicantur esse iuxta limites, vel vicina seu aduentualia limitibus, arbitrarium est: nam potius æstimatione potest attendi quæ constitutio declarari. ff. rem ratam habere. l. quo enim. §. l. iul. de solu. l. ratum. fm Vinc. & Archi. ibi in glo. pen. & Inno. Hosti. Pet. Abb. & Io. Andr. hic. hoc autem fm Hosti. certum est, qd illud quod remorum est a limite, præscribi potest. 1.6. q. 4. volumus. dummodo fines ex hoc non contingat confundi, quod dic vt legitur & no. j. tit. 1. cum sint homines. t. De finibus autem seu limitibus præben- darum, & aliorum beneficiorum inferiorum, credo qd præscribi possunt, vt. §. de proba. ex literis. & potest esse ratio, quia non hnt, proprie loquendo, certos fines seu limites, vt beneficia li- mitata, licet habeant certas possessiones. Item si sint limitata hoc non est autoritate seu dispositione iuris cōis, sed homi- nis: item ratione confusionis euitande, quæ habet locū in ma- ioribus beneficijs, celsat in præbendis, quæ debent esse æqua- les. §. de constit. cum Martinus. in fin. & de præb. cum causam.

¶ De decimis. Rubrica.

- 1 Decimarum diuisio.
- 2 Decima que ex necessitate debeantur.
- 3 Decimarum subdiuisio.
- 4 Doctoris opinio veritati consonans sequenda.
- 5 Doctoris opinio a veritate iuris deuians respuenda.
- 6 Doctoris opinio in dubio sequenda.
- 7 Primitiæ soluntur secundum loci consuetudinem.
- 8 Primitiarum solutio respicit consuetudinem mediocrem.
- 9 Primitiæ quæ non soluantur consuetudine induci potest.

Decimam ¶ Si quærat quæ sunt gene- ritate vel præcepto debent, distingue. t. Aut que- ris quot sunt genera, dic qd quatuor, quædam enim erant decimæ quas populus debebat ex lege Le- uiticæ tribui, ex lege. j. ex præcepto legis, Deut. 14. decimam partem separabit a cunctis fructibus terræ: & numeri. 18. filijs Leui dedi decimas omnes, & c. fm Hosti. & loco illarum sunt, & successerunt hodie illæ quas parochiæ dant parochiali ec- clesiæ, fm Abb. & Ioan. Andr. Item aliæ decimæ sunt, quas ex illis decimis a populo sic receptis, Leuitæ dabat sacerdotibus, de quibus loquitur numeri. 18. ante finem, ibi præcipuè Leui- tis, & c. fm Hosti. & loco istarum decimarum sunt partes, quas percipiunt episcopi ab ecclesijs parochialibus. 1.0. q. 3. vnio. vel quæ dantur quædamq; Papa, vel alicui Principi seculari de man- dato ipsius, & hoc est fm genus fm Abb. & Ioan. Andr. Item aliæ quas vnusquisq; de populo Israel separabat ad inuitadum sacerdotum: & loco istarum sunt primitijs: fm quod in qui- busdam prouincijs obseruatur qd quilibet parochianus faciens celebrari pro animabus parentū, inuitat quolibet anno ad an- nuarium sacerdotum, fm Abb. & hoc est tertium genus: & hoc legitur Deuter. 14. decimam partem separabis de cunctis frugibus tuis fm Hosti. Est & quartū genus decimarum, quas parochiani pauperibus recodebant, id est, ad vsum pauperum referuabant, & loco istarum succedunt & dantur elemosynæ pauperibus. fm Abb. & Ioan. Andr. & de istis quatuor generi-

bus decimarum not. Ioan. 1.3. q. 2. c. ecclesijs. §. his itaq; in glo. videtur hic. t. Aut quæris de secundo scilicet quæ ex necessi- tate vel præcepto debentur, & dic qd ille ex primo genere, arg. huius c. vbi dicit qd ex lege debentur: in alijs autem tribus gene- ribus not. factum quasi innuat, qd primum genus erat necessa- rium, sed alia tria voluntaria, non ergo sunt exigenda, arg. j. de censibus ex parte. fm Hosti. hic. & de hoc vide plenius per eum. j. eo. a nobis. t. Si verò quæris quot sunt, species istarum decimarum primi generis, dic qd duæ scilicet personales, vt quæ debentur ex negotiatione, vel artificio, vel scientia, vel mali- tia, vel venatione. Item prædiales quæ pueniunt ex ipsis præ- dijs, vt vinum, bladum, & fructus arborum. §. titu. r. c. fin. j. eo. ad apostolicæ. & c. paltoralis. De quibusdam autem dubitatur, vtrū sint prædiales vel personales, vt de agnis & foetibus alio- rum animalium, quæ in pascuis gregatim pascuntur, de quo per Io. 1.3. q. 1. c. ecclesijs. §. quia ergo in glo. arg. bonū nullam par- tem eligens per Ber. j. eo. ad apostolicæ fm Hosti. in sum. eo. tit. §. quot sint eius species. videtur tenere qd sint mistæ. idem frater Ioan. in sum. confes. eo. tit. q. 2. de quo etiam per Goffi. in summa eo. tit. in princ. & dicam. j. eo. peruenit.

¶ Super eo. ca. Ad declarationem glo. secundæ si quæras, vtrū opiniones doctorum sunt fouendæ, & sequendæ, distingue. Aut constat quod opiniones doctorū consonant veritati iuris communis: aut constat qd deuiant a veritate iuris: aut est du- bium. t. In primo casu sunt fouendæ & sequendæ, vt hic & j. de cogna. spiri. uali. c. 1. in fin. de appel. concertationi. & de off. deleg. cap. li delegatus. lib. 6. vbi reprobatur opin. Inno. no. ff. de off. deleg. c. si pro debilitate. & approbatur opin. Hosti. extra de electio. c. statutum. in cle. vbi reprobatur opi. Io. An. not. j. de electione, quia sepe lib. 6. & approbatur opi. G. ibi qui. t. In secundo casu nō sunt fouendæ, nam vbi est casus leg. vel decre- tæ pro veritate habetur non remanet opinio seu quæstio. C. de iure dot. l. Ancillæ. & j. de voto & voti redemp. c. ex multa. veritati enim cedere debet opi. 8. dist. c. veritate. & §. de reiu- dia. cum Ber. & extra de elec. c. ne Romani. in prin. in cle. t. In tertio casu opiniones sunt fouendæ, vt hic, & j. de sent. excom. c. officij. ff. de arbi. l. qualem alias diem. §. sed de plurib. de dam. infec. l. si ædibus. & 35. q. 9. veniam. & sint diuersæ, non aduer- sambræ sustinendæ sunt. §. de resti. spol. c. literas. & si ambe non possint sustineri in arbitrio iudicantis, relinquuntur quæ voluerit amplectitur, vt leg. & no. §. de constit. ca. 1. & de fer. capellanus. Caueat tñ ne sit solus in opi. sua, ne in hoc prudētia sue videat- innti. §. de consti. c. ne innitaris. ita distinguit in effectu. G. de Mon. Lau. in d. c. ne Ro. gl. 2. & adde qd dixi. §. de biga. nuper.

¶ Super eo. c. in fin. Si quæris quanta debeatur esse primitia, seu quantum nomine primitiæ dari debet. Lau. & Io. dicunt de- bere dari centesimam. Tu vero disting. t. Aut apparet de con- suetudine ecclesiæ, & illa est sequenda, vnde totum consuetu- dini relinquuntur, vt quælibet ecclesia seruet consuetudinē suā, si de ea appareat secundum Ray. & Goff. Ant de cōsuetudine ecclesiæ non apparet, & tunc recurrendum est ad consuetudi- nem vicinarum ecclesiarum, vt leg. & no. §. tit. 1. certificari. de cōsue. cum olim. cum distin. quia aut consuetudo vicinarum ecclesiarum est vna & eadem, & tunc ad eam est recurrendum, & vbi ibi. t. Aut sunt diuersæ cōsuetudines, & tunc illa est sequen- da, quæ magis tendit ad mediocritatem. 1.0. q. 2. c. ea em. §. hoc ius. vel qd minimū teneatur, ar. ff. de leg. 3. l. nu. mms. j. de cen- sibus ex parte. fm Goff. vel fm Hosti. potius videtur stādum esse dicto, & interpretationi Hieronymi hic in fin. licet Inno. hic dicat qd ex quo non inuenitur expressum de quantitate, in- optione relinquuntur dantis, vt quamcunq; velit det, nisi cōsue- tudo regionis aliud inducat. quod verum fm Hosti. & credo qd bene, inter quadragesimā & sexagesimam, sed vltra quadra- gesimam sacerdotes exigere, vel minus sexagesima laici offer- re non pnt, nisi aliud sit de cōsuetudine. Dicit etiā Ray. quod si ecclesia esset tenuis nec haberet vnde sacerdos posset susten- tari, quod illa cōsuetudo esset eligenda que amplius soluit, vel saltem medium inter illas, arg. §. alleg. hoc ius. t. Dicit etiā glo. super Ray. eo. tit. quod si consuetudo esset quod nihil soluat, vel exigatur de huiusmodi primitijs, excusantur a peccato nō soluentes, si tamen hæc consuetudo sine contradictione ob- tenta est, a tempore ex quo non extat memoria: & idem not. frater Ioan. in summa confes. q. 49. quanta debeatur, & c.

- 1 Clerici inferiores superioribus decimas dant.
- 2 Clerici aequalibus decimam non solunt.
- 3 Clerici inferioribus decimam non solunt.
- 4 Decimas prædiales quisq; possessor soluit.

Novum

Ouum genus. ¶ Si quæris vtrum, clerici alijs clericis decimas solue- re teneantur, distingue. Aut quæris de religiosis, & de illis dic, vt dicam. j. eo. ex parte. 3. Aut de alijs, & tunc. t. Aut quæris nunquid clerici inferiores ad decimas solu- endas superioribus quibus subiacent, vt Leuitæ sacerdotibus teneantur, & dic qd sic, tam ad prædiales, ratione prædiorum, si quæ hnt ex patrimonio, vel aliunde licite acquirita, vel ratione beneficiorum eis competentium: quam ad personales, ita lo- quitur h. o. c. in 2. respon. & §. eo. ca. 1. vt. rursus. nisi in perso- nalibus consuetudo cōtraria sit, quod dic, vt no. j. eo. in aliqui- bus. in fin. quia quilibet Christianus tenetur ipsas dare de om- nibus licite acquiri. is. j. eo. ex trāmissa fm Hosti. hic. in præ- dialibus vero refer, vtrū sint prædia ecclesiastica, & tunc ob- stat consuetudo contraria, vel priuata seu temporalia, & tunc non obstat quod dic, vt dicam. j. eo. peruenit. t. Aut quæris nun- quid clerici æquales, nō subditi æqualibus decimas soluere teneantur, vt Leuitæ Leuitis, sacerdotes sacerdotibus, & dic qd non, vt hic in 1. respon. & ita intellige gl. Inno. j. de statu mon. ca. 1. in magna glo. ver. ad personales aut, nec monachi nec cle- rici tenentur, & c. idem ibi not. Hosti. & Io. An. post eum.

t. Aut quæris, vtrū superiores inferioribus, vt sacerdotes Le- uitis ad decimas teneantur, & tunc idē multo fortius, quia par in parem non habet imperium, nec minor in maiorem, vt. ff. de arbi. l. nam & magistratus. §. de maio. & obed. cum inferior. & c. statutum. & intellige in ista distinctio. omnes inferiores, qui sub sunt alijs, licet alijs inferioribus vel ratione prædiorum in sua parochia sitorum, vel ea rōne, quia ab eis recipiunt eccle- siastica sacramenta. Vnde quærit hic Hosti. nunquid ep̄s da- bit decimas de prædialibus, quidam dicunt quod non, quasi sit confusa actio. ff. de solu. l. Stichum. §. aditio. nec potest libijpsi quis obligari. ff. ad Velle. tutor. & hanc opi. ep̄i nostri tempo- ris amplectuntur: & hoc videtur expressum in hoc. c. alij con- tra. pro quibus videtur expressum. 1.6. q. 1. si quis laicus. t. Nam prædiales soluit quilibet possessor. j. eo. c. 1. & 2. & c. dilecti. & c. licet. & c. in aliquibus. & duobus. c. seq. nisi ratione priuilegij contrarium sit. j. eo. ex parte. vel consuet. ecclesiæ. j. eo. cum sint. & c. ad apostolicæ. vel compositionis. j. cap. prox. alias si ep̄iscopus totū sibi appropriare emendo, vel alias posset om- nino parochialis ecclesia iure debito defraudari, quod non est sentiendum. j. eo. suggestum secundū Hosti. & de hoc per eum in summa eodem titu. §. a quibus.

- 1 Iuri de futuro, an renuntiare possit.
- 2 Ius duorum consensu quæsitum, eorum dissensu dissoluedum.
- 3 Iuri præsentati an renuntiare possit.
- 4 Renuntiatio differt a repudiatione.

X multiplici super. glo. 2. Si quæris, vtrum iuri fu- turo possit renuntiare, Goff. & Ber. hic, & Accur. ff. de pact. l. 1. & ff. de leg. 2. si ita sit scriptū. §. si sub con- ditione distinguunt. qd t. Aut simplici renuntiatione, & nō po- test, vt in d. §. si sub cōditiōne. & ff. de reg. iur. l. qui potest. Aut per pactum, & tunc nō potest, vt in d. l. r. C. de pac. & ff. de pa- ctis. l. & hæredi. §. filius. ita etiā distinguit Azo in suis bro- cardis. Sed cōtra primum membrū facit expressē. ff. a quibus ap. non licet. l. 1. §. si quis ante. sed Accur. ibi. & ff. de acq. hære. l. si qui. & l. in plurim. ad si. respōdet quod ibi renuntiatio facta fuit coram iudice, & idem no. ff. de cur. bo. dan. l. 1. & ean- dem so. sequitur Dy. in §. alleg. si sub conditione. Alij vero vt Iaco. de Are. dicunt quod aut iuri futuro renuntiat, quis per pactum, & potest vt in d. l. r. C. de pactis. Aut per simplicem renunt. & tunc aut renuntiat inter absentes, & talis renuntiatio non valet, vt in d. §. si sub conditione. Aut renuntiat inter præ- sentes, & tunc renuntiatio habet vim pacti vt. ff. de pact. l. tale pactum. & ita intelligunt dictā. l. r. ff. de cur. bo. dan. Ego verò credo sic dicendū meliori iudicio semper saluo, quia t. aut est, tale ius, in cuius acquisitione interuenit voluntas seu consen- sus duorum, sicut est in his quæ aguntur inter viuos, & tunc siue sit ius præsens, siue futurum requiritur consensus vtriusq; in dissoluedo, sicut in contrahendo, vt. ff. de regu. iur. l. nihil tam naturale. j. de regu. iur. ca. 1. r. C. qñ licet ab emp. disce. l. 1. & 2. & hoc not. Pet. de Bellaper. & Cy. post eum in d. l. r. C. de pactis: quod credo verum quo ad resoluedum cōtractum, & maxi- mē vltro citroq; obligatorum, sed quo ad prejudiciū & amif- sionem iuris renuntiat, credo id quod sequitur in iure, quod vnus solius voluntate niritur, per ea que dixi de renunt. c. quod in dubijs. t. Aut est tale ius quod vnus solius voluntate

niritur, sicut est ius quæsitum seu quærendum in vltima vo- luntate, & tunc refert, quia quoddam est ius præsens, quod de- bet exigi vel exerceri in futurū, seu cuius exactio vel execu- tio dependet ex futuro, vt patet hic in iure decimarum quod curato parochialis competit in præsentem, sed earū exactio com- petit in futurum singulis annis, & cum fructus excreuerint: & in iure quæsitio electio per electionē, & tunc tali iuri potest re- gulariter renuntiare etiam per simplicem renunt. fm Goff. & Hosti. hic. cum quibus concordare videtur quod not. Inno. §. de arbi. innotuit glo. 2. circa mediū. ver. sed cum hoc non pos- set. & Hosti. post eum dicentes, quod possum renuntiare ne possim excipere, vel vitare executionem, sicut possum renun- tiare appellationi, intelligo quam possum interponere ex gra- uamine iam illato, ita posses intelligere. §. de elect. cū inter. R. Seniore vbi R. senior renuntiauit abbatia, id est, iuri quod sibi competeat in ipsa abbatia ex electione eiusdem. eo. tit. c. si elect. lib. 6. §. qd met. cau. ad aures. cum ibi no. per Ber. in j. gl. de tran. l. ep̄iscopi inter corporalia. §. sicut autem. in glo. ante ergo, quod intellige dummodo sit tale ius, quod plene subiacet potestati renuntiantis, quod dic, vt dixi. §. de foro compe- ti diligenti. per eandem viam facit. j. de regularibus. ca. ad no- stram. ca. ad apostolicam. & c. statutum. t. Quoddam verò est, ius omnino futurum, & tunc, aut quis ei renuntiat in iudicio: aut extra iudicium. Si in iudicio, tunc valet renuntiatio, vt in l. alle. ff. de acq. hære. l. qui hæres. & in plurim. de cur. bo. dan. l. j. & a qui. app. non licet. l. 1. §. si quis ante. vbi hoc not. Accur. & idem Pet. de Bellaper. & Cyn. in d. l. r. C. de pactis. Si extra iu- dicitum, tunc. Aut renuntiat simplici renuntiationi, & nō va- let talis renuntiatio, vt in l. alle. si ita sit scriptum. §. si sub conditione. Aut renuntiat per pactum, & talis renuntiatio valet, vt hic, & in iuribus, hic alleg. in glo. 2. Et est ratio diuersitatis inter simplicem renun. vel repudiationem ex vna parte, & pec- tum ex altera, quia simplex renuntiatio vel repudiatio niritur autoritate vnus solius. f. repudiantis: sed pactum authorita- te plurim. vel duorum, & ideo maioris est autoritatis quam repudiatio. ff. de pact. l. 1. vnde non mirum si plus operetur con- sensus plurim. quam vnus. §. de offic. deleg. prudentiam. fm Goff. hic & Hosti. §. de testa. Ray. 1. respon. idem Archi. 2. q. 6. §. i autem. glo. pe. t. Item ratio, quare secus in renuntiatione seu repudiatione simplici facta in iudicio, & coram iudice, & secus in renuntiatione facta extra, pot esse, quia in iudicio quasi contrahimus. ff. de pecu. l. 3. §. idem scribit. & ibi est iudex per quem acquiri parti absenti, arg. ff. rem pu. sal. for. l. 3. j. de vltur. c. quamquam. lib. 6. cum ibi not. ideo non mirum si talis renun. habet vim pacti secus in renuntia. extra iudicium facta.

- 1 Decima personalis parochiali ecclesiæ danda.
- 2 Decima prædialis ecclesiæ prædiali danda.
- 3 Decima mixta cui solueda.
- 4 Prædium transit cum decima onere.
- 5 Decima soluitur a tenente loci consuetudine.
- 6 Decima de immobilibus non solueda.
- 7 Decima de mobilibus iuste quæsitis solueda.
- 8 Decima de mobilibus iniuste quæsitis solueda.
- 9 Decima de turpiter quæsitis solueda.
- 10 Decima de usuris non solueda.
- 11 Decima de usuris iuste quæsitis solueda.
- 12 Decima de usuris non solueda.
- 13 Decima papali priuilegio tolli potest.
- 14 Decima ab inferiori a Papa non tollitur.
- 15 Decima a laico non præscribitur.
- 16 Decima a laico non præscribitur.
- 17 Decima an præsentatione retineri possit.
- 18 Decima iure diuino introducta.
- 19 Decimam debitam esse, sanctorum autoritatibus comprobari.
- 20 Decima iure canonico debetur.
- 21 Decima personalis ex præcepto non debita.
- 22 Decima an a clericis præscribat.
- 23 Decima an ab ecclesiis præscribat.
- 24 Decima contra laicum ab ecclesia præscribitur.
- 25 Decima estimatio solueda a destruyente segetem vel arbores sine causa.
- 26 Decima estimatio non solueda a combuente segetem vel arbores.

Eruenit. ¶ Si quæris cui ecclesiæ, & de qui- bus rebus decima est solueda, di- stinguere. Aut quæris de iure cōmuni omni consue- tudine, præscriptione, priuilegio, & compositione circumscrip- ta.

circumscripta. Aut queris de iure speciali, puta privilegio, com-
 positione, consuetudine vel prescriptione. In primo casu re-
 fert, aut queris de primo. Si cui ecclesie decima sit soluenda, &
 tunc, aut queris de decima personali: aut de praeiali: aut de
 1 mista. Si de personali dic, quod danda ecclesie parochiali seu
 baptismali, id est, illi in qua dantes officia diuina audiunt, & re-
 cipiunt sacramenta. 16. q. 1. quae 1. 3. q. 1. ecclesias. §. 1. vt no.
 Ioan. in calle. quae 1. fi. & ca. can. & q. c. statum gl. 2. & 13. q. 1.
 in summa. & Ber. & Host. j. eo. ad apostolicam. & cum sint ho-
 mines. & c. quoniam. & Inno. in d. c. ad apostolicam. & Host. in
 summa. eo. tit. §. cui danda, & fratre Io. in sum. c. of. eo. tit. q. 3.
 & Asten. eo. tit. artic. 3. q. cui ecclesie. Circa hoc tñ distingue,
 quia, aut quis habet domicilium, & recipit ecclesiastica sacra-
 2 menta in vna sola parochia, & tunc illi debet solvere prout est
 dictum. Aut pluribus, vt quia est rex, vel princeps hñs domi-
 cilia in pluribus parochijs, & tunc. Aut in vna ipsarū habet do-
 miciliū principale, & illi soluet, arg. C. vbi fena. vel cla. l. 2. Aut
 in omnibus principaliter seu aequaliter habitat, & tunc ille in-
 ter se diuidit, vt arg. ff. ad municip. l. assumpt. §. iuris pruden-
 3 tibus, vt not. Inno. s. de maio. & obe. c. omnes, & frater Ioan. in
 sum. confes. eo. tit. q. 4. Si de praeiali, tunc dic, quod est
 uenda illi ecclesie infra cuius parochiam sita, sunt praeia. §. tit.
 proxi. ca. fin. j. eo. quoniam. 16. q. 1. si laicus. 13. q. 1. c. ecclesias.
 §. 1. & ad hoc facit optimē. s. de pactis pletiq. j. eo. quoniam.
 & c. contingat. & c. cum in tua & s. tit. proxi. cap. vlt. vbi Lau.
 Vinc. & Goff. Ber. & Phil. hanc sententiam approbant indistin-
 ctē, & eam sequuntur Goff. & Ioan. de An. qui ita not. in sum-
 ma sua tit. de decimis. §. sed quibus dicens, quod canones con-
 trarium innuentes, loquuntur fm antiqua tempora. Sed hodie
 fm Goff. danda sunt ecclesie parochiali, iure cōmuni etiam si
 non esset baptismalis, vbi praeia sunt sita, ad hoc. 13. q. 1. c. ec-
 clesias. in fin. ff. de mu. & ho. l. 1. & 2. & istā sententiam appro-
 bant Hug. Lau. & Archid. 13. q. 1. in sum. & Ray. in sum. eo. tit.
 in princ. & Goff. eo. tit. §. danda. & Host. eo. tit. §. cui danda.
 sed Ber. j. eo. cum cōtingat. intelligit q. tantum baptismali ec-
 clesie dandē sunt, decimę praeiales. 16. q. 1. c. de decimis. idem
 tenet Inno. j. eo. ad apostolicam. vbi ipse dicit, q. si de consuetu-
 dine non cōstat praeiales decimę dandę, sunt ecclesie bap-
 tismali, vt in praeiō. c. de decimis. tamen ipse Ber. j. eo. ad apo-
 stolicam. in glo. vlt. quae incipit ius, tñ commune, & c. ponens gl.
 Lau. tenet primam opin. & Host. ibi & s. eo. nouum. & idem
 tenet Ber. j. eo. cum sint homines. in glo. non tamen. & Host.
 & no. in c. quoniam. Quae opi. q. de iure communi decimę
 pertinent ad illā ecclesiam infra, cuius parochiam praeia sunt
 sita, est hodie approbata. j. de rest. spo. ad decimas. lib. 6. vbi est
 ista alteratio expedita fm Archid. ibi in glo. fin. & 13. q. 1. in
 summa in glo. adde de hoc habes. & hoc qñ constat in qua pa-
 rochia praeia sunt sita, alias si non cōstat, quia limites non sunt
 certi, habet locum. calle. quoniam. in fi. scilicet q. dioce. debe-
 3 tur. Sed Io. Andr. dicit ibi, quod si constaret noualia esse inter
 duas parochias, sed nescitur intra quam illarum, quia non appa-
 rent ibi limites, sed bene apparent in locis vicinis, quod inter
 illas deberet fieri diuisio, ad hoc. j. de sepul. cum quis. §. 1. lib. 6.
 Si queris de militis, vt de agnis, & foetibus animalū, quae pa-
 fcuis gregatim pascuntur, tunc. Aut apparet super hoc consue-
 tudo, & illa seruanda est. s. eo. cap. 1. & 2. & c. commissum. j. eo.
 cum sint homines. & c. ad apostolicam. & c. in aliquibus. Si non
 appareat, tunc sunt opinionēs, nam Host. in summa eo. tit. §.
 cui danda. dicit quod aut pascuntur continuē in praeijs pro-
 prie parochiae, & illi sunt soluendę, vt hic, alias videtur quod
 diuidi debeant inter ecclesiam, vbi pascuntur & propriam, arg.
 ff. de leg. 3. qui saltum. s. de testa. relatum. §. vlt. Si enim decima
 precipuē danda est, propter sacramenta. s. eo. ca. 2. j. eo. tua no-
 bis. §. verū. non debet conueniri ecclesia infra cuius parochiam
 pascuntur, si ratione sacramentorum, quae praestat pastoribus
 cum ipsa corpora suae parochiae sint, vult habere medietatem,
 vt sic quaedam societas inter ecclesias contracta videatur, vt si
 vna praestet corpora, & altera praeia: imō etiā plus videtur at-
 tendenda personā, cum gratia sua natura res cōparauerit. ff. de
 aedil. edic. l. iustissimi. de vfu. in pecudum. Ray. vero eo. tit.
 §. 9. item aliquis habens. dicit quod si aliquis pascit pecora in
 vna parochia, sed habet ouile in alia parochia, qd de lacte fetu,
 & lana detur, alias debetur decima illi ecclesie, in cuius paro-
 chia praeia sita sunt: quia cum deinde suscipiant totū nutri-
 mentum, tales decimę praeiales censentur, arg. s. ca. proxi.
 cum quo cōcor. Tho. in summa. artic. 10. cap. 3. argu. 2. Hug.
 vero. 16. q. 1. decimas a populo distinguit. Aut ouilia anima-
 lium aliunde veniunt, causa pascendi ibi ad tempus, & tunc si

cut de personali dñs pascua dabit decimam de pretio, quod
 inde recepit: si autem sunt ibi vt incolae, soluet vt de praeia-
 4 li. Inno. vero. §. cap. proxi. notat quod si dominus fundi gra-
 tis patiatur bestias pascere in fundo suo, tunc cū herba auulsa
 de terra a bestia, vel potius ab eo, qui bestias pascit trāstat cum
 onere suo decimę. j. eo. tua. & c. pastoralis. dñs bestię decimam
 aestimationis totius herbe debet dare ecclesie. ff. de vfu fructu.
 l. vfu fructu legato. & litem si fundi. & l. vfu fructuariū venari.
 Ex quibus videtur cōcludere, quod talis decima est persona-
 lis, cum de hoc sit tantum soluenda decima, quantum aestima-
 tio pascuorum poterat excedere, & non plus: sed ibi in princ.
 5 glo. dicit quod vendebantur pascua, & sic de pretio solueban-
 tur decimę, vel solui debebāt ecclesie parochiali, & sic innuit
 eas praeiales. Tu verō ad concordandas istas opi. distingue,
 vt not. Gul. de Monte Lau. extra eo. titu. ca. relig. super ver. de
 animalibus, in cle. quia aut loquimur de animalibus feris: aut
 de domesticis. Si de feris, aut de non inclusis quae venator ac-
 cipit, & tunc de eis seu eorū pretio tanquam de personali ca-
 piens decimam soluet, arg. s. titu. proxi. ca. vlt. j. eo. ad apo-
 stolicam. & hoc tenet Inno. s. eo. commissum. in fin. ar. in situ. de
 rerum dist. §. ferē & §. seq. Aut de inclusis, vt cuniculis, vel da-
 mis, vel ceruis, vel similibus infra clausuram alicuius forestę,
 vel loci positis, vt patet in nemore vicenarum propē Parisios,
 & tunc secus, quia talia censentur praeialia, & exinde debet
 dari decima ecclesie parochiali, vbi locus ille situatur, vt not.
 Inno. j. eo. non est. & Host. in d. c. commissum, arg. ff. de vfu-
 fru. l. vfu fructuariū venari. & de leg. l. de quibus. Si loquamur
 de domesticis, tunc aut loquimur de pretio pascuorū, & tunc
 soluet illi ecclesie cui est, soluēda decima herbae, & si de ea fiet
 foenum, & sic erit realis seu praeialis, & sic loquitur. §. cap.
 proxi. cum ibi not. per Inno. Aut loquimur de agnis, lana, & lac-
 te domesticorum animalium, & tunc credo veram opin. glo.
 in cap. alleg. ad apostolicam. quod parochiali ecclesie tanquam
 de praeialibus dari debet, sic etiam not. Inno. & Host. j. eo.
 non est. & Host. in summa eo. titu. §. quot sunt eius species
 & sequenti. Aut loquimur de mercede, quam pastor in eis cu-
 stodiendis lucratur, & de tali tanquam de personali soluet
 decimam ecclesie, vbi audit diuina, & recipit ecclesiastica sacra-
 6 menta, sicut miles de militia. j. eod. non est. & sic intelligatur
 opinio. Hug. De colono partitō, qui pro cultura certam par-
 tem fructuum recipit, puta dimidiam de hac parte sua, cui ec-
 clesie soluere debeat decimā, dubium est, nam hac pars vide-
 tur sibi prouenire ex opera culturae, & sic decimabitur, vt per-
 sonalis. E contra ex opere prouenit, & ibi principaliter ope-
 ratur manus Dei, & sic inter praeiales computāda videtur, &
 si hac ratione pro praeiali diffinias, per hoc fraudabitur paro-
 chialis ecclesia, quae nullas parochiales habebit, & tunc aliud
 aliud opus nō faciat, si singulis diebus, mensibus, vel annis iste
 reciperet pretium operarum illius pretij, daretur decima paro-
 chialis: sic videtur de hac parte, quae succedit loco pretij, si
 contra praeialem diffinias, idem videtur cum de omni fructu
 illius praeij sibi decima debeatur, & si ipse dñs suis expensis
 coli faceret vel coleret, solueret integram decimam, nō dedu-
 7 ctis expensis culturae. j. eod. cum homines. & c. non est ergo
 nec pars debita cultori transibit sibi non decimata. Io. Andr.
 tractans de hoc. j. eo. cum sint homines. dicit quod tex. ille vi-
 detur velle consuet. esse sequendam, de qua si non apparet fa-
 tis videretur partem coloni bis decimandam primo ecclesie
 praeiali, & in residuo ecclesie parochialis: & in prima nō de-
 trahet sumptus, sed detrahet in secunda. j. eo. pastoralis. Et sic
 simile, si pro salario doctrinae vel aduocationis das mihi fru-
 ctus praeij tui: nam parochialis praeij habebit illorum fru-
 ctuum praeialem decimam, reliquae partis quae mihi est, lu-
 8 crum parochialis domicilij habebit decimam. Vnde dicebat
 Host. j. eo. tua. 2. quod si colonus de acervo non decimato do-
 net mihi. x. corbes, illud bis decimabitur, primo ecclesie pre-
 dij, & residuum meę parochiali, sicut de eodem legato dantur
 duae canonicae. s. de testa. c. fin. Sed Inno. & Host. j. eo. a no-
 bis. dicebant hoc casu vnam solam decimā & praeialem de-
 beri, quando colonus pro cultura partem fructuum percipit,
 vel certas mensuras, dummodo ita sit, quod de fundo mensu-
 ras percipiet, & non aliunde, id est, si sunt in fundo illas per-
 9 ciat alias non. Et idem videtur si de fructibus nō debet sol-
 ui merces coloni, sed in pecunia hoc tamen acto, quod illa pec-
 unia deberetur de fructibus praeij, alias non, si fructus non
 essent illius aestimationis. arg. ff. de vfu fru. l. haec tenus. de iudi-
 l. fideieōmissum. Si autem colonus sit pensioarius, cum per-
 sona domini sit obligata ad soluēdum mercedem, etiam si nil
 percipiatur

percipiatur de fundo quem colit, tunc debet colonus decimā
 soluere, non ecclesie praeiali, sed suae parochiali, vbi percipit
 diuina, & hoc casu videtur loqui. 16. q. j. que 1. & arg. ff. de con-
 trahen. emp. & ved. l. fi. Et est ratio diuersitatis horum casuū,
 quia in primo casu omnes fructus sunt decimandi antequā di-
 uidantur, sine deductione expensarum, j. eo. tua. 2. ergo ex quo
 semel, sunt decimari, vltius non debent decimari ab his ad
 quos ex debito perueniunt, sicut sunt coloni, j. eo. pastoralis. §.
 1. In secundo vero casu agitur de lucro proueniente ex opera
 manuum coloni, de quo debet habere decimam ecclesia paro-
 chialis, vbi audit diuina. Item in primo casu totus fructus, est
 de terra, j. eo. non est. & c. cum non sit. In secundo vero casu lu-
 12 crum & merces coloni ex opera manuum suarū prouenit, nō
 ex fundo, secundum Innoc. licet fatetur Host. contrarium
 c. n. uet. tenendam, si de illa conset, vt j. eod. cum sint. & cad.
 Apostolica. Sed Io. An. in calle. cum sint dicit: quod licet satis
 iuri, & aequitati consonum reputet, quod. s. dixit. l. partem co-
 loni bis decimari, tamen quia id non seruatur, itari potest sa-
 tis probabiliter huic d. Inno. & Host. vbi non apparet consue-
 tudo contraria, vt praedixi: pro qua multum facit, quia si ipse
 idē dominus coleret, nec aliud opus faceret, non est tamen re-
 perire quod partem illorum fructuum decimet vt lucrum: ad
 hoc tamen responderi posset per decre. dilecti. j. eo. secundū
 eum. Si queris de secundo, s. de quibus rebus decima est solu-
 8 uenda, tunc refert. Si aut queris vtrum de rebus immobili-
 bus, seu pro proprietate rerum immobilium acquirarū de-
 cima sit soluenda, & tunc licet Host. j. eo. non est. dicat q. de-
 bet solui decima pars pretij communis, ar. ff. de leg. l. apud Iul.
 §. constat. & in eo. quod not. s. de test. filius noster. maxime qñ
 datur extimata, vel pro pretio ar. C. de iu. dot. l. tamen Inno.
 ibi in gl. vlti. & Alahic & Io. & Vinc. & Ber. j. eo. pastoralis. te-
 nent contra. Nam in veteri testamento, vbi praecipit fuerunt
 decimę, leuita, & habebant partem possessionum, quia de
 fructibus tantum decimas dandas dominus praecipit, Nume-
 9 ri. 18. & licet prima opi. considerato rigore iuris iustior sit, se-
 cunda tamen aequior & benignior est, & ipsam teneas, ar. s. eo.
 c. 1. in fi. secundum Host. in d. c. pastoralis. Aut queris vtrum
 de fructibus immobilium, vel de rebus mobilibus acquiritis
 decima sit soluenda, & tunc si aut queritur de rebus iultē, &
 licite acquiritis, & de illis omnibus decima est soluenda in quib-
 10 buscunq; rebus consistant, vt de fructibus omnium terrarum,
 pomis, herbis, pascuis, apibus, nutrimentis animalium, quae ta-
 men sub virga transeunt, lana, lacte, feno, lignis, piscationibus,
 venationibus, fictis, pensionibus, molendinis, furnis, balneis,
 fulonicis, argentariis, metallariis, lapidicinis, & ex istis debe-
 tur decima ex lege diuina. Item de negotijs, artificijs, officijs,
 & de omnibus bonis. & etiam de ipso tempore decima est solu-
 uenda, non ex lege diuina, sed secundum locorum consuetudinē,
 nem, vt hic, & j. c. proxi. & c. ex transmissa. 16. q. 1. decimę: se-
 cū dū Gof. Ber. & Hof. & Ioan. Andr. hic, & de hoc plenius per
 Host. in sum. eo. tit. q. 19. eo. etiam de palea cum sit in fructu
 decima debetur. ff. quib. mod. vfu fru. amit. l. si vfu fructuarius
 messem. & no. Spe. hoc. tit. §. si. Vnde dicit Vincen. j. de censu-
 bus licet. Melendum dixisse, quod is qui non abundat, sed ta-
 11 men habet, quod sibi & familiae suae sufficit, nō tenetur ad de-
 cimam, pro eo quia pauperes non tenentur ad tributa vt ibi
 sed decimę sunt tributa. j. eod. tua. 2. facit. 86. dist. non satis. in
 fin. alias incipit in singulis. ibi ne vestimentis alimentis q; & c.
 & 42. dist. c. hospitalem. §. quomodo. 1. ibi aliena rapere cōuina-
 citur qui vltra necessaria sibi retinere probatur: ergo necessa-
 12 ria non tenetur subtrahere: ipse tamen Vincen. ibi tenet con-
 trarium, quia praetextu paupertatis quis non debet tenere alie-
 na, vel peccare. ff. de ri. nup. l. palam. §. quae in dultero. Decima
 autem est debita, vnde dicitur reddi vel restitui, non proprie-
 dari. j. eo. ad apostolicam. & potest vendicari, vt j. eo. tua. 2. hoc
 idem videtur tenere Io. An. j. c. cum homines. & credo quod
 bene. Si aut queris de iniultē & illicite acquiritis, & tunc, aut
 queris de decimis praeialibus seu debitis ratione praediorū,
 & illę debentur, & exiguntur ab ecclesia a quo cunq; possiden-
 te praeia, non solum iulto, sed etiam inuafore, violente, vel
 elandestino, non solum catholico, sed etiam Iudaeo, heretico,
 vel pagano: nam eo casu ecclesia quod suum est recipit. arg. j.
 16 eo. de terris. vt hoc no. Gof. j. eo. non est. & Ber. Inno. & Host.
 in c. ex transmissa in fi. no. 16. q. 1. decimę in gl. dummodo. &
 Inno. j. de sen. ex com. cū voluntate. gl. 3. ver. Item nec eleemo-
 syna & Host. ibi. post eum. Aut de personalibus, & tunc secun-
 dum Goff. Io. Ber. Inno. & Host. Si aut queris de illis illicitē
 acquiritis, de quibus non competit repetitio, & dominium

transfertur, puta de his quae acquirunt meretrix ex meretricio,
 hystrio ex hystrionatu, & de his quae extorquentur per con-
 cussionem ratione officij, & quae dantur alicui vt iniultē iudi-
 cet, vel falsum testimonium dicat, & similibus, & de talibus
 debet dari decima, & etiam potest fieri elemosyna, vt 43. q.
 5. non sane. vbi probatur hac dist. secundum Aug. si tamen
 quæstus proueniat ex peccato notorio, ecclesia decimam ex-
 inde non debet recipere, ne videatur peccatum approbare: se-
 cus putarem si occultum esset, quamuis hoc sciret praetor,
 arg. 32. q. 5. christiana. 6. q. 1. si omnia. & q. 2. si tantum. & c. pla-
 cuit. s. de offic. ordin. si sacerdos. j. de simo, sicut tuus. & c. seq.
 Si aut queris de illis de quibus competit repetitio, vel domi-
 nium, non transfertur, vt in vfu. s. de iureiur. debitores. j. de
 vfu. quia in omnibus. & c. seq. & c. cum tu in simonia. j. de
 simo. de hoc & c. veniens in furto. j. de fur. c. 1. & penulti in ra-
 pina j. de rap. c. j. & 2. & de talibus non debet dari decima, nec
 fieri elemosyna, cum non sint illius, quia aliena non potest
 aliquis concedere praeter domini voluntatem. j. eo. tua nobis.
 vt hoc no. Goff. j. eo. non est. & Io. j. eod. pastoralis. & Ioan. &
 Archid. 1. q. 1. non est putanda. & Ber. j. eo. de verb. sign. c. ca-
 sa Carpenis. super verbo ex licitis. & Ber. Inno. Host. & Io.
 And. j. eo. ex transmissa. vbi dicit Host. quod breuiter regula-
 re est, quod vbi cunq; tam dans, quam recipiens in pari causa
 turpitudinis reperitur, ibi non tenetur quis restituere quod ac-
 cepit, vt ff. de condi. ob turp. cau. l. 3. & 4. & de talibus omnib.
 decima est soluenda: focus de omnibus detentis quae restitu-
 13 tionis subiacent, quia non dimittitur peccatum nisi restitutum
 ablatum, secundum beatorum Aug. vt in d. c. cum tu. & 14. q.
peccato suo nutrirī videatur, argu. §. q. 5. non omnis ibi vtilis esturienti, &c. ipsam tñ non debet retinere parochianus, sed de consensu dioc. sani in vtilitatem ecclesiæ conuertetur, argu. j. de Iudæis. cum sit. in fin. §. de iuc. ab intell. c. fin. Nec obstat, dicit hic Ber. de iudeo. & j. de vsu. quanto. quia ibi, & si iudeus nō audiat officium, ille tñ cui præstat decimas, ipsum facit, vnde non est iustum, quod debitū amittat propter infidelitatem iudæi, vel indevotionem excōicati, ne tales contingat ex delicto suo cōmodum reportare. §. de iudę. intelleximus. Hic autē is cui præstanda est decima, reddit se indignum perceptione, cum non faciat, nec facere debeat id propter quod decima est clericis assignata: vnde bene est, qd puniatur in eo in quo deliquit. §. de transla. epi. quanto. de tempo. ordi. literas. in fin. eo. titu. c. eos qui. & c. nullus. lib. 6. Porro, quia delictum personæ nō debet in damnum ecclesiæ redundare. §. de excep. cum venerabilis. iuxta dispositionem epi in vtilitatem ecclesiæ conuertetur, & hoc est quod not. j. qd dicit pro suo arbitrio, &c. secundum Hosti. hic, cuius opinio videtur esse vera in notorio simoniaco, argum. §. de cohabi. cleri. & muli. c. vestra. c. tua & c. fin. opinio vero Ber. in simoniaco occulto, ar. 8. q. 4. nonne. cum ibi not. & §. de appel. pastoralis.

Super eo. cap. in fin. Hic habes quod in causā decimarū appellatio est remota, & quod in decimis non appellatur, glo. no. 2. q. 6. sunt quorum, super verbo fiscalis, & 16. q. 1. decimę. Sed contra no. Ber. §. eo. ca. 3. in 1. glo. in prin. & pro hoc. §. de excep. dilectę. Tu verō dic. fm Hosti. hic. 1. Aut est lis inter ecclesiam & laicū: aut inter duas ecclesias. In primo casu refert, aut appellat laicus solam consuetudinem, vel præscriptionem prætendens, & tunc appellatio est remota, vt hic. Aut prætendit sufficientem exemptionem, puta priuilegium vel compositionem, vt patet in eo quod leg. & not. §. eo. a nobis. & de app. vt debitus. & tunc secus, quia admittēda est appellatio. 1. in secundo casu. l. vbi duæ ecclesiæ litigant adinuicem, & vtraq; se asserit potiorē vt. §. de excep. dilectę. tunc idem. §. quod debeat admitti appellatio, secundum Hosti.

- 1 Priuilegium odiosum super decimis concessum ad noualia non extendendum.
- 2 Priuilegium fauorabile super decimis concessum ad noualia extendendum.

X parte tua. Si queris vtrum, priuilegium concessum de, & super decimis nō soluendis, vel percipiendis, extendatur ad noualia, distingue. 1. Aut priuilegium est odiosum, vt quia cōceditur laico priuilegiū, ne de terris suis det decimas, & postea facit noualia, vel qd habeat & percipiat decimas alicuius parochiæ, & ibi sunt noualia, & tunc dic. qd ad talia noualia nō extenditur, vt. §. eo. tua & j. eo. 2. fm Hosti. ibi. 1. Aut priuilegium est fauorabile, vt quia conceditur alicui loco religioso, & tunc extenditur ad noualia, siue priuilegiū sit de decimis nō soluendis: vt. j. de priuili. quia circa. siue de decimis percipiendis vt hic, & vide quod not. Ber. & Hosti. j. eo. cum contingat. super verbo noualium. & Bart. Brix. in quæst. dñicāli quæ incipit quidam clerici decimas.

- 1 Expensarum diuisio.
- 2 Lucrum circa quid consistat.
- 3 Expensas extra rem, an deducere in decima solutione liceat.
- 4 Fructum alij germinant, alij non.

Astoralis. De materia huius ca. dixi. §. eo. peruenit. & c. a nobis & dicit Hosti. hic qd litera huius c. & tractatus ipsius & personaliu decimarū magis cōsistit in difficultate & subtilitate, qm in vtilitate, quicqd dicat Inn. & alij cum eo, asserente qd personales decimę ex præcepto dñi sunt soluende: tñ saltem quantū ad quantitatem, consuetudo generalis cōtraria est, cui standum est in hac parte: alias quasi oēs animæ damnarentur, quod dic. vt not. j. eod. in aliquibus fm Hosti. Io. verō An. hic ad huiusmodi cōtellectū quærit, quæ sint expensæ in re, circa rem, vel extra rem: sed o quid sit lucrum: & quid fructus vel redditus. 1. Circa primū est dicendum quod expensæ in re, est pretium rei, vt si emi domū, vel agrum, equum, vel bouem, librū, vel velleum pro centū, ista centū sunt expensæ in re. Circa rem, vt si domū feci reparari, agrum colli, foueari, vel impinguari, equū, vel bouem palci, vel curari, librū illuminari, corrigi, vel ligari, velle tingi, vel fullonari. Extra rem, salarium proxenetis dari, de vetricis vetricigal, & gabellas solui, & his similia, & ista dicuntur expensæ extra rem: tñ pro

re habēda: sunt tamen expensę quæ sunt circa rem, & extra rem pro habendis fructibus tantum: hæc oīa in larga loquutione possunt dici expensę in re vel circa rem, & de his in alia materia. §. a quo possessore recuperantur in spec. de expen. in prin. 1. Circa fm est sciendum, quod lucrum proprię cōsistit in negotiatione, vel cum mihi soluis salariū aduocationis, vel doctorinæ. item extra oēm negotiationem, vt cum mihi donas centum: idem possit dici in thesauro inuento, quo ad inuentorem, eo casu quod totū habet, vel partem inli. de rer. diui. §. thesauros: & §. seq. fructus est, regulariter qui germinat, vt granum, vinū, piscis, fetus, & similia. His præmissis, quæritur an expensę, quæ sunt extra rem in molendino, & piscaria sint deducendæ, cum soluere tur decima, de fructibus vel de lucro, & sunt in hoc casu expensę extra rem, quæ sunt pro iumentis mercenarijs, hæredibus, vel similibus. 1. Solutio, planū est istas expensas, quæ sunt extra rem, non dico pro re habēda, vt. pro habendis fructibus, non deduci de decima quæ soluitur de lucro, in illa tñ deducuntur expensę quæ sunt circa rem, & extra rem pro re habēda: vt. §. in decima verō quæ soluitur, de fructibus fuit opinio: & plus placet Inno. & Hosti. quod in illa tales expensæ extra rem non deducuntur, multo minus factę circa rem, vt in refectioe, & hoc siue dñs molendini habeat illud ad vsuū vel ad patrimoniū, siue ad mercedem: fatentur tñ ipsi alios tenere contrariū, qui dicunt qd inferioris literę mens est hæc, quod de lucro, & de eius decima non deducatur talis expensā, quæ est extra rem, vel circa pro habendis fructibus ipsius. Tamen Innoc. & Hosti. videtur quod licet hæc opinio sit æquior, prima sit verior, per literam sequentem. 1. Io. Andri. videtur æquū distingui inter fructus, qui germinant, & illos qui non germinant: vt in primis nulla, fiat deductio expensarum etiam extra rem: in secundis sic: motiuum huius, quia cōstat quod in primis plusquam in secundis operatur manus Dei. Et si dicis etiā in molendino licet non germinat, operatur manus Dei per potentiam aque vel venti quo ducitur mola, respōdet quod fm Ber. etiā in negotiatione vetricę nauis, & similibus, expensæ debent deduci, cum potentia Dei nauis per aquā deducatur: nō videt quare aliud dicatur in mola, quam in nauis, & quare aliud in salario molendinorum quā nautarum. In piscariis verō vbi piscis nascitur, & in grege sit vera predictorum opin. per que videtur, quod si pro pensione domus vel libri habeo decem, sed vnū dedi proxenetę, quod illam expensam extra rem detrahare possum, & solū de nouem decimā soluam.

- 1 Res eadem quod ad idem diuerso iure non censenda.
- 2 Res eadem quoad diuersa, potest diuerso iure censeri.
- 3 Decima duplex de eodem pradio solui potest.

Vm in tua. Si queris vtrum vna, & eadē ecclesia, vel res, possit, vel debeat diuerso iure censeri, distingue. 1. Aut queris, vtrum possit diuerso iure censeri quo ad idem, & dic quod non. ff. de statu lib. l. si duobus. & de liberali causa. l. si pariter. & l. cum duobus cum multis concor. ibi: vbi habes, quod aliquis non pot. esse partim liber & partim seru. 1. Aut quo ad diuersa, & dic quod sic: nam bene pot. vna, & eadem ecclesia, vel persona esse priuilegiata in vno, & non in alio, vt. j. de priuili. sanē & c. recepimus & c. porro. & c. ex ore. & c. cum capel. vbi hoc not. Ber. & Hosti. super verbo in quantum. Sic & aliquis habet plura domicilia, quorum rōne potest subesse diuersis. §. de fo. compe. ex parte. j. de sent. excom. officij. & in vnius foro censetur vno iure, & in alterius alio: sim. §. de mai. & obe. per tuas. j. de priuile. ex ore. ad idem facit. j. de reli. do. quia monasterium. ff. de pecu. l. hinc quæritur. §. potest. vbi habes, quod peculium quāq; diuerso iure censetur. Et istud cap. intellige quā monasteria, vel conuentalis ecclesię ex priuilegio vel consuetudine, vel alio iure percipiebant. i. percipere consueuerant in certis, & determinatis locis seu terris maiores decimas, nec aliqua alia ecclesia cōsueuerat in eisdem locis vel terris, de aliquibus fructibus alijs decimas percipere: vt puta monasteriū tantum cōsueuerat percipere, decimas fructuū puenientium ex aliqua terra, quæ semper fuerat frumēto seminata, nunc autē de nouo fuit feminata milio, de quo ecclesia parochialis petebat decimam, dicens qd & si monasteriū præscripserat quo ad semen frumenti, non tñ quo ad semen milij: sed nulla erat hæc ratio. 1. Si autē ab antiquo, duæ ecclesiæ cōsueuerant percipere simul in eodē prædio diuersas decimas annuatim, puta vna vini, & alia bladi, Hosti. dicit qd nō videt, quare hoc stare nō possit, quamuis Inn. hoc nō approbet: vnde opi. Hosti. obtinet in partibus gallicanis, & eandem approbat Io. Andri. hic & bene.

- 1 Decima vtri ecclesiæ seminationis, an plantationis soluenda. 3. 5.
- 2 Porrum in augusto comeditur.
- 3 Vxor vltimi viri iure censenda.

Vm non sit in homine. Si queris, vtrum res tranfit cum onere suo, dixi. §. de pign. ex literis. distin. vt. 1. Decret. ista facit ad q. disputatam per Io. Andri. j. de reg. iur. c. qui prior lib. 6. in nouella quæ talis est, Seminari porros in parochia Sancti Andree, quos ibi natos plantauit in parochia Sancti Ioannis: quæritur cui ecclesiæ de his decimæ debeantur, vbi post multa argumēta pro & contra dicit sic, solutio huius questionis colligi pot. ex notatis per Vin. Gul. Nazo. Phil. & Iaco. hic vbi Vinc. ex verbo incrementum hic in principio arguat, secundæ ecclesiæ decimam deberi, & illud asseritū tenent hic Vinc. & Phil. Iaco. verō tenet vtriq; deberi, & ex verbis suis videtur sentire vtriq; deberi incrementum ipforum: glosas in hac decretali posui, & per eas patet Vinc. arguendo, & alios asserendo cōcordes, quod secundæ debeantur, quod puto verum. Sed est sciendum, qd ex porris plantatis dupliciter fructus habet, alter est in semine producto per porrum, & de hoc fructu non proponitur quæstio, quasi non dubia, cum illud semen nō solum nutriatur, sed etiā nascatur ex humo huius prædij, vbi fuerunt secūdo plantati, & sic fructus omnino alteratus, & sic idem de eo quod de grano vel alio fructu. §. eo. ex parte. lo. 2. & c. cum tua. 2. & c. pastoralis. 1. Sed proponitur questio de ipsa substantia porrorū, quam sumimus in fructum ad olus, quod est optimū in augusto cū carnibus porcinis: vel ad ipsum crudum comedendum quod multis placet vel de his similia: puto autem sequēdo prædictos, de his integram decimam secundæ ecclesiæ deberi, vbi fuerunt plantatę, quod sic probō. Quo iure petantur decimæ dubitatur, & not. 16. q. 1. moderamine & §. eo. c. tua. 2. sed tollamus duriorē opi. & fingamus decimas vdicari posse, & ecclesiam etiā ante separationem ipsarū esse dominā, nihilominus tñ ex quo porrina istæ tranflatae sunt, & radicatae in parochia Sancti Ioannis, illi parochiæ decimæ debentur, quod sic probō. 1. Fingamus quod ista porrina fuerint euulsæ de proprio Sancti Andree, ex quo tñ radicatae essent in alio prædio perdidisset ipsa ecclesia dñium ipsarū, & applicatū esset dñio posterioris prædij. infit. de rer. diui. §. si Titius. ff. de rei. ven. l. quinta. §. arbore. vbi de hoc, & de acq. rer. dominio. l. adeo. §. si. & l. si ex meis. §. arbor. Nec ob. quod not. 12. q. 2. apostolicos. quia illa gl. non probatur iure: & dato qd vera esset, non habet locū in his, quæ ponuntur in prædio euellēda, vt in casu nostro: sicut ergo dñium acquisitum esset prædio vel dño prædij secūdi, ita & ius decimę esset acquisitū ecclesię, in cuius parochia situm est prædiū: nec dicas qd ecclesia S. Andree nō vult decimas de porris stantibus, sed cum fuerint eradicatæ: nam vt patet in prædicto. §. arbor. etiā post eradicationem prior dñs sibi ius non vindicat. Sic ergo arguēdo ex diuersis dñis prædiorum duorū, ad eundem dñm vtriusq; qd licet. 8. q. 1. in scripturis. de pe. dist. 3. adhuc instat. j. de præb. cū de beneficio. lib. 6. ff. si certū petatur l. singularia. dicam ipsi dño respectu secūdi prædij tm, & non primi dñium porrorum competere: quod patet, quia venditio post prædio tradito desinet esse dñs porrorū. ff. de rei vendi. l. fructus pendentes: & sic dicam de porris sedæ ecclesiæ dandam decimam, & non primæ. 1. Nec mirū cum & vnio carnis, quam habet vxor ad virum, facit illam censeri iuris vltimi viri etiam iam mortui, vt patet. j. de sepul. qui. in fin. cū suis concor. lib. 6. Item nec mirū si habet vnio realis per radicem vel coactionem, nam vide qd sola verbalis annexio præponit secundam expectantem post, quod probat decretalis. j. de præb. quia sape. lib. 6. ex verbali. n. annexione præbende, ad dignitatem secūdos canonicus expectans dignitatem & præbendam, in cōsequutione præfertur primo, multo magis vel saltem pariter ex radicali cōnexionē secūda ecclesia præferenda est primæ, facit etiam. j. de præben. super eo. lib. 6. Quod autem plus sit factio quam verbo annexere, probatur. j. de pign. de gradatio. eo. lib. 6. & quod not. ibi in fin. vel saltem par. de appel. dilecti. versi. de hoc. ff. de legibus de quibus. ad fi. 1. Ex quibus concluditur ecclesiæ Sancti Ioannis decimam hæc deberi, nec curandum an ibi nati sunt vel aliter percepti, ad hoc. ff. de vlti. le. arbores. §. 1. vbi dicit quicquid in fundo nascitur, vel quicquid inde percipitur, ad fructuarium pertinet. Vnde & si ille porrine fuissent furtiue tamen parochialis ecclesia, quæ in prædialibus prosequitur, quod suum est, exigit decimam, Hen. Boich super Decret. 11 4 & quod

& quod plus est etiam ab inuafore prædij, vt not. s. eo. titu. ex transmissa. in fin. primæ glo. & 16. q. 1. decimas. Dico autem quod prima ecclesia ab ipso domino porrinarij, & prioris fundi, exigit decimam, & æstimatione ipsarum porrinarum: æstimationo autem debetur quasi quo ad primum prædium, & ipsius dominium, per radicationem secundi sunt cõsumpti: pro cõsumptione autem bene soluitur æstimationo. 16. q. 7. quicunq. s. de transac. veniens. & not. de rerum permuta. cap. fin. de rebus ecclief. non alienandis: vt. s. Et per hoc quod dico decimam ad æstimationem porrinarum deberi primæ ecclief. soluta sunt quasi omnia iura in contrarium facientia: hac Ioan. Andr. in cap. allegato qui prior.

¶ De regula. & transeuntibus ad relig. Rubr.

- 1 Religionem improbatam ingrediens omni tempore ad seculum renuntiare potest.
- 2 Religionem ingrediens impubes sine parentum consensu ab eis intra annum reuocari potest.
- 3 Religionem intrans de consensu parentum ab eis non reuocatur.
- 4 Pater filium religioni offerre potest.
- 5 Religionem intrans impubes, puer factus exire potest.
- 6 Religionem vi ingrediens, exire potest.

Iquis ante. ¶ Si quæris vtrum, & infra quod tempus impubes religionem ingrediens possit ad seculum remeare, distin. t. Aut ingrediatur religionem a sede apostolica non approbatâ, & tunc non obligatur aliquo tempore religioni, & potest liberè omni tempore ad seculum remeare, vt videtur sentire Hosti. i. j. eo. tit. c. is qui & Gul. eo. titu. constitutionem. super verbo alijs. lib. 6. Hoc etiam tenent Ioan. Andr. & Gen. extra. eo. titu. c. eos. super verbo religionem in cle. & Gen. in extra. Io. 2. 2. quæ incipit Sancta Romana. super verbo approbatis. Aut ingrediatur religionem a sede apostolica approbatam, & tunc, aut ingrediatur spontè: aut coactus. Si spontè tunc, t. ingrediatur sine consensu parentum, & tunc ipsi parentes possunt eum inuitum infra annum ad seculum reuocare, etiam si esset doli capax iuxta formam istius. c. & 2. o. q. 2. puellæ. vt not. Hosti. j. eo. postulati. in fin. licet Hug. teneat contrarium de doli capacibus in c. alleg. puellæ. & malè, vt not. Gul. de Monte Lau. & Gen. extra. eo. titu. c. eos. in cle. & annis iste computatur a tempore scientiæ parentû, ar. 17. q. 2. si quis incognitus. vt not. Ioan. in calle. puellæ. melius facit ad hoc. s. de conse. preb. c. quia diuersitatem. & de sup. negl. prela. c. licet. idem not. Goff. in summa eo. ritu. s. fed. quæritur a quo tempore. & Hosti. in sum. eo. tit. s. fin. Post ea verò nõ possunt nisi monasterium sit valde remotum, vt per tatum tempus ad illud peruenire non possit, quia tunc indulgetur maius tempus, vt in c. alleg. si quis incognitus. ¶ Si Goffr. & Hostien. ibi. t. Aut ingrediatur de consensu & oblatione parentum, & tunc, aut amborum puta patris & matris, aut alterius tantû. Si amborum, tunc ex quo a parètibz offertur, parentes eum perpetuo reuocare non possunt, vt. 2. o. q. 2. c. 1. ¶ In Inno. not. hic: sed ipso ingrediens necesse habet in religione perseuerare, vsq; ad ætatem legitimam, & tunc si remanere noluerit, liber poterit exire, vt. j. eo. significatum. & c. cum simus. ¶ In Hostien. hic quod intellige iuxta determinationem. c. is qui. j. eo. lib. 6. & ita tim sequitur. Si alterius tantû, tunc dicit Innoc. hic, q. sufficit alterius oblatio sicut & amborum. 2. o. q. 1. addidistis. & c. quicunq;. idem tenet Laurentius in c. alleg. addidistis. Sed Ioan. ibi contra, dicens q. mater hoc facere non potest, cum nõ habeat filium in potestate, vt in st. de adop. s. femina. & illa fortè est melior sententia, scilicet, q. mater non possit sicut dicit Io. nec ob. allegatum quicunq;. quia factum recitat: nec ob. 2. o. q. 2. c. 1. quia ibi. ¶ In Ioan. Fa. exponitur vnus. f. pater: quia secundum eum mater filium offerre nõ potest, cum eum non habeat in potestate: ita not. Archi. in calle. addidistis. Primam opin. videri approbare Ioan. Andr. hic, & j. de despon. impu. ca. vnico, super verbo inducta. lib. 6. quam posses probabiliter vera dicere, patre pueri mortuo, alias secudam, maximè quando pater non prouidit sibi de tutore, pro hoc ea, quæ sumpsi. s. de conuer. in cle. c. ex literis circa mediû. vers. & premissa, & c. volens verò simpliciter tenere primam opinionem, potest respondere ad id quod dicitur de paterna potestate, vt sequitur.

4. ¶ Si verò pater offerat filium, sufficit perinde ac si pater & mater, in simul eum offerrent. Item pater inuito auo, & nepotem suum habet in potestate, potest offerre, & non conuenerit: & est ratio, quia in i. s. spiritualibus præfertur naturale ius, po-

fitiuo, vel ciuili, secundum Innoc. pro quo. j. de iudi. si annuata. s. vt. lib. 6. Si quærat vtrum, ipsa poterit autoritate propria exire, tunc, aut est oblatum a parentibus ambobus, vel ab illo parentum qui potest, puta patre secundû opinionem prædictam, & tunc infra annum pubertatis puta. 14. in masculo, & 12. in femina exire non potest, vt inuuitur. j. eo. cum virum, in tex. & in glo. & ibi notat hoc Hosti. in gl. occasionaliter. & Inno. in glo. parua in fin. & in gl. vt. & Abb. eo. significatum. & arg. oppo. j. eo. cum simus. & de despon. impu. c. de illis. & c. leg. Sed postea sic, ante tamen quam profiteatur expressè vel tacitè, vt sequitur, saluo eo quod legitur, & not. s. eo. c. quia in infulis. ¶ Aut non est oblatum a parentibus, & tunc potest liberè exire infra. 15. ætatis suæ annum, in masculo vel. 13. in femina, nisi anno. 14. completo professionem, tacitè faciat in sequenti, complendo ibi. 14. annum in habitu indistincto, non tamen indistinctissimo, hoc est dùmmodo habitus non sit, omnino similis habitui cohabitatiui in communi, quia tunc secus, vel scienter habitum religionis suscipiat, qui dari profitentibus consuevit, seu professionem prius a se factam ratam habeat expressè, aut professionem expressam ibi faciat, in quibus quatuor casibus obligatur religioni: vt. j. eo. is qui. lib. 6. vbi vide, quæ hic defunt, vel si tali modo, vt non exiret manumissus fuit. s. de ser. non ordi. c. eo libentius. & not. Hosti. j. eo. significatum, & plenius in d. c. is, qui & Ioan. Andr. ibi in nouella, vide etiam de ista materia Ioan. & Archi. 2. o. q. 1. monachum. Hosti. verò dicebat in d. c. is, qui. quod completo. 15. infra tri-duum potest exire, arg. j. eo. ad no. stram. Idem Carnalis ibi super verbo infra ipsum, dicens hoc expressum. j. eo. constitutionem. in fi. lib. 6. sed hoc est falsum cum tunc illa loquitur de tacita professione, quæ fit infra annum probationis, non de illa, quæ fit per lapsum anni, vt ibi not. Io. Andr. & in d. c. is qui in nouella, dicit se habere pro indubitato, quod tacita professio, quæ inducitur per lapsum anni in habitu cõmuni, vel no-uitiorum distinctè latente r, non habet pœnitentiæ tridui: sed de illa tacita, quæ ante probationis tempus inducitur per receptionem habitus nouitiorum cum indicijs, volendi dimittere seculum, vel per modum decretalis vidua. j. eo. cum nouitius, se immitcet actibus pfefforum, dicit se magis dubitare. Clemens quartus sensit locum esse pœnitentiæ tridui, arg. 2. o. q. 2. cap. 1. ¶ In eum in d. c. constitutionem. Et præmissa intellige, quado spontè ingreditur. ¶ Si verò ingreditur per vim vel coactus, tunc non debet exire durante pupillari ætate, nec infra illud tempus consentire intelligitur: & verum hoc q. compulso fit per parentes: vt. s. decima gl. pubertate verò adueniente si contradixerit, maximè q. benedictur, ratificatur, licet si pubes cogatur statim posse exire, & si non exierit, quã citius commode poterit, consentire videtur, arg. j. de sponfa. ad id quod. & de despon. impu. ex literis. s. quod metus cau. ca. 1. 1. q. 1. constat. vt no. Hosti. j. eo. significatum. & c. cum virum & hoc arg. illorum. c. Et quæ dicta sunt, de parentibus habent locum in tutoribus parentibus deficientibus, vt in cap. allega. puella. & notant G. & Gen. in c. alleg. eos.

- 1 Monachus, an simulatione impediatur. 3. 5.
- 2 Vir qui accepit habitum monialium, se mulierem fingens.
- 4 Monachalem habitum derisorie suscipiens decapitandus.

Clerici. ¶ Si queratur vtrum fictio, vel simulatio impediatur monachatu distin. Aut quis fingit, vel simulat t. monachû ex honesta causa, vt patet. 22. q. 2. vtilem. & 23. q. 2. dominus. & tunc si protestatio præcedat, nõ nocet simulanti, & impedit monachatum, quod die, vt leg. & no. s. quod met. causa. cap. 1. secundum Bernar. & Hosti. hic. & j. cap. proximi. Aut simulat ex inhonesta causa, & tunc, aut constat eum nõ esse monachum, vt quia nõ in monasterio, sed extra in tali habitu stat segregatus, & tunc habet locum istud c. quia datur sibi optio, vtrum velit esse monachus, vel clericus secularis, simile supra de elect. cum causam. & argum. 16. quæstio. 1. nemo potest. secundum Bernar. in glo. fin. Hostien. post eum, & Bernar. & Hostien. infra, cap. proximi. in glo. respicit. in fin. Aut non constat eum non esse monachû, & tunc, aut sine solennitate sumpsit habitum monachalem, fortè non de manu alterius, sed de manu propria, & inter monachos nihilominus conuerfatur, & tunc non obligatur, vt in cap. allegato cum causam. secundum Vincen. & Ioan. Andr. hic. licet Hostien. in hoc contra. & pro hoc facit, quod not. Innoc. j. cap. proximi. in glo. 2. & ibi dicam. Aut sumpsit cum solennitate habitum monachalem, puta de manu superioris, & inter monachos conuerfatur, & tunc

talis fictio, vel simulatio non impedit monachatum argu. j. c. proxi. & 27. dist. quod interrogati. ¶ Et per hoc potest responderi ad illam. q. de illo qui fingit se mulierem, & suscepit habitum in monasterio monialium, vt posset corrumpere monialem, vt obligetur ad religionem, & si non ad illam quam intravit. 27. q. j. si quis rapuerit. cum monialibus. n. commode remanere non posset. 18. q. 2. diffinimus. & hoc tenent Gof. & Hosti. Sed hæc quæstio aliter soluitur. j. de priuile. tuarum. in gl. per hoc vbi Bern. tenet contrarium & Vinc. Laur. & Gof. & Hosti. ibi. Sed opi. Bernar. & Gof. hic tenet Bar. Brix. in q. dominicali quæ incipit iuuenis quidam. & hanc sententiam credit Archid. veriore in c. alleg. quod interrogati. in glo. subaudi, & hoc ideo. argu. a. hoc. 27. q. j. mulieres. vbi de hoc & illud. c. quod interrogati loquitur de fitione intentionis. ¶ In Ioan. Fauentium, & Gof. ibi. ¶ Sed in hac altercatione dicebat Hugo. quod tali fit præiudicium, non fit monachus, sed ad cautelam, propter conseruandam ecclief. disciplinam, & ne detur eis licentia peccandi, & propter fraudem & dolum qui nemini debet esse lucrosus, & propter delictum, & propter illusionem, qua monasterio illud debet detrudi in idè, vel potius in aliud monasterium. 27. q. j. si qua monachorum. s. r. dist. si quis clericus. & c. Roma. ¶ Si tamen est laicus, potest decapitari. 27. q. 1. si quis rapuerit. & 36. q. 2. si quis non dicam. ¶ In Hosti. & recitat Archi. in calle. quod interrogati. & vide quod no. in Spe. Rubr. de sta. mo. ver. 39. vbi tenet idem quod Bern. hic. Circa hoc probabiliter potest dici quod, aut quæris, vtrum obligetur religioni, & tunc sic in his casibus, in quibus obligaretur si intrasset monasterium monachorum, puta si ibi stetit post pubertatem per annum integrum, vel alias est professus expressè, vel tacitè iuxta. c. is qui. j. eo. lib. 6. & ita potest intelligi opi. Gof. & Bernar. hic alias non, & ita potest intelligi opi. contraria. ¶ Aut quæris, nunquid teneatur pœna, seu obligetur pœna intrusionis, in monasterium, & potest dici, quod sic, iuxta opinionem Bern. hic.

- 1 Velum quintuplex.
- 2 Velum an professionem inducat.
- 3 Velum cum solennitate suscipiendum.

Velum. Not. fm Hosti. quod quadruplex velum religionis inuenitur. ¶ Primum dicitur velum consecrationis, quod folis virginibus datur ab episcopo, & in 25. anno. 2. o. q. j. deuotis. & c. placuit. 7. dist. placuit. Secundum est velum professionis quod quandoq; imponitur puellæ, dum modo fuerit. 12. annorum. 2. o. q. 2. puella quadoq; viduæ, seu corruptæ. s. quod me. causa perlatum. q. & ipsa recipit de altari. 2. 2. q. j. vidua. 27. dist. in. viduas. 2. hic. Nec obstat. 2. o. q. j. deuotis. vbi dicit viduas autem velare nullus pontificum attenter, quia illud verum est de velo consecrationis, vel dici potest, quod per se recipit hoc ab altari, nec ei imponitur ab episcopo. Nec ob. c. relatum, quia ibi non impositus episcopus sed imponere simulauit, nec ob. j. qui clerici, vel vo. consuluit. ibi. n. loquitur de velo religionis hoc est conuersionis, seu probationis. Tertium, ordinationis quod olim imponebatur diaconis. 40. anno. vt 2. o. q. j. sancti monialis. 27. q. j. diaconis. Quartum est velum prælationis, quod datur abbatibus. 60. anno. 2. o. q. j. iuenculas. secundum Gof. Est & quintum ostensionis, siue probationis, quod ex quo per annum portauerit, exire non potest, & sic intellige quod hic dicit & j. eo. statuimus. ¶ In Hosti. Idem not. Io. quoad primos quatuor modos. 2. o. q. j. c. illud. s. velamen. dicens quod per distin. multa sedantur contraria, sed quod dicit de velo prælationis quod datur in 60. anno, corrigitur hodie, quia datur in 60. anno vt j. de elect. indemnitate. in princ. lib. 6. ¶ Item no. secundum Innoc. in glo. alludit. & Hosti. post eum, quod hæc duo. s. velum non sacrum sibi imponere vt hic dicit, & cum velatis offerre, vt sequitur, sufficunt, ad probandum, quod fit, monacha, vel conuerfa, vt hic, & 27. dist. in. quod interrogati. alterum, autem, solum, non, sufficeret. j. de. conuer. coniu. charisim. Sed Innoc. in hoc, contra hic, in glo. non multum, dicens, quod si constaret, quod velum, non sacrum, vel etiam sacrum sine solennitate accepisset, tamen quamuis postea obtulisset, sicut monialis, non videtur, quod propter hoc, pro professa tacite haberi voluisset, alias dequisset. Et idem dicit, in glo. 2. dicens, quod hæc vidua, licet velum conuersionis, accepisset, vel etiam professionis. i. quod tantum conuersis, vel professis, deputatum est, non tamen præsumimus, eam velle fieri, conuersam, vel professam, nisi aliqua præsumptio, ad hoc iuuet.

3. ¶ Puta, quia cum solennitate, hoc velum accepit, puta vocatis, parentibus, vel de altari, vel in ecclesia, vel si accepit, solenniter ab episcopo, vel abbate, vel simplici, monacho, vel sacerdote. vel c. ea solennitate, quæ consuevit, omnibus alijs, profitentibus, dari, & sic, intelligitur. j. eo. ad no. stram, & c. seq. & c. alleg. quod interrogati, & 27. q. j. viduas. & idem, quod hic, Innoc. notat, Hosti. j. ead. no. stram. & c. seq. & c. ex parte. & s. quod me. cau. c. j. & idem no. Archi. in calle. quod interrogati, in glo. hæc femina & j. eo. constitutionem. in glo. ergo, non licebit. lib. 6. & vide, quod no. ipse, in calle. viduas, velæ, palea est, vbi in hoc concordat. ¶ Sed iste gloss. se possent probabiliter concordare, q. prima opi. intelligatur, quando offert, inter professas, & perseuerat, per triduum, secunda, quando inter non professas. Vnde dicit Hostien. q. si ab initio, sine solennitate, aliqua, quis recipit habitum, obligatur tamen cum effectu, dum modo ex post facto, sequantur præsumptiones, per quas conuincatur, quod intendit vitam mutare, puta, quia fecit ea, quæ solè professæ, solitæ sunt facere. Sed Inno. in hoc, contra in glo. 2. ver. & plus dicunt, quidam. cuius opi. potest esse vera, quado in istis actibus, non perseuerat, per triduum, alias opi. Ho. credem veriore. Vel dic, vt Io. Andr. hic, dicens sic, quicquid dicant, hoc credo, quod si non novicius immiscet, actibus, pfefforum, per hoc non dicitur professus, & sic intellecta sic vera opi. Inno. in nouicio verò, secus, fm opin. contrariam. Vnde dico, quod si nouicia, se scienter immiscet, actibus, pfefforum, quicunque sint illi actus. siue offerendi panem, vt hic, siue constituendi syndicos, in eundi contractus, faciendi electiones, vel receptiones monialium, abbatissarum, vel alios, ad pfeffas solas, spectantes, de iure consue. vel statuto, quod p eum intelligatur professa, si ætatis est aptæ, & sponte, id faciat, & perseueret, triduo, infra eod. constitutionem in fin. lib. 6. Ioan. Andr.

- 1 Pubes religionem ingressam sex casibus non egreditur.
- 2 Impubes religioni, quomodo obligatur.
- 3 Monasterium dissolutum ingrediens an ad regulam obseruandam compellendus. 5. 7. 9.
- 4 Obedientia promissa continentiam non comprehendit.
- 6 Seruire deo regnare est.
- 8 Inuitudo propria non alleganda.
- 10 Religioso an regula arctior indicenda. 1. 2.
- 11 Argu. valet de monacho ad canonicum regularem.

Nostram. Pro intellectu huius c. vide quod not. Archid. 2. o. q. 3. procliuus. gloss. fin. & j. eod. constitutionem. in gloss. fina. & Ioan. Andr. ibi.

¶ Super e. Dicit hic Hostien. quod ex quo quis est pubes, q. ingreditur religionem, potest exire, nisi in sex casibus. ¶ Primo, si distinctum habitum pfefforum recipit. Secundo, si professionem expressam, solennem emisit. Tertio, si tacitè pfeffus sit, puta, quia mundo, & pompis eius, & beneficio constitutionis. j. eo. ad apostolicam. & c. statuimus. & c. j. eo. c. j. & c. constitutionem. lib. 6. renunciauit, & hoc multis modis, alijs accidit, vt not. j. eo. statuimus. Quarto, si in habitu communi sine reclamacione aliqua, annum compleuit, & idem hodie, f. habitu probationis, distinctio latenter. per c. eos. eo. titu. in cle. nec hoc casu est locus illi c. constitutionem. 2. r. spon. j. e. li. 6. quia licet illa tacita professio, de qua in illo. c. constitutionem, obliget religioni, in genere tantum, vt ibi illa, tamen, de qua in d. c. eos. obligat illi religioni in specie, fm Ioan. Andr. & Gof. Et hi quatuor casus colliguntur. j. eo. ex parte. & c. statuimus. & c. is qui. lib. 6. Quinto, si nunquam magis exire iurauit. s. q. me. causa. c. penult. de iureiur. si verò, & c. cum contingat. Sexto, quando tali modo, non vt exiret, manumissus fuit pubes, vel impubes. s. de seruis non ord. eo libentius. & j. de condi. ap. pel. c. 2. secundum Hosti. & Ioan. Andr. hic, quos vide per Guil. de mon. lau. extra. eo. c. eos qui. glo. 2. in cle. Et hoc eod. casu ponit Hosti. in d. c. is qui. & Io. Andr. post eum in nouella.

2. ¶ Casus aut in quibus impubes ingrediens religionem obligatur, no. ibi, & dixi s. eo. c. 2.

¶ Super eo. c. Ad declarationem glo. Inno. hic quæ incipit, qd si aliqui & c. Si quæris vtrum ingrediens monasterium dissolutum, & vbi regula debita ordinis non seruat, possit postea compelli ad asperitatem regulæ obseruandam, & nunquid religio possit de nouo regula arctari, vel strictior regula indici. Re-fert. ¶ Aut quæris de primo, vtrum possit compelli ad asperitatem regulæ obseruandam, & videtur quod non, quia sicut ob-

initio quis non potest cogi ad totum votum, vt 32. q. j. integritas, ita nec ad voti augmentum. argu. ff. de reuendi. qua de tota. s. de offic. deleg. c. pastoralis §. i. Item licet potest quis se obligare separatim ad seruandam continentiam, vel propter caritatem vel obedientiam. vt 33. q. 5. q. Deo pari. 22. di. quāquam. 19. q. 3. c. perlatum. §. contra paulus. Nam quis pmitendo obedientiam, vt no. Spe. rubrica de Ita. mo. q. 37. In contrariū videtur, quia si nihil excepit videtur se simpliciter obligasse, maxime facta professione ad regulam integraliter obseruandam. 19. dist. si Romanorum. ff. de offic. prefec. vrbis. l. 1. §. cum vrbem. circa hoc distinguit. Aut talis ingrediens fecit, professionem, aut non. In primo casu, aut queris nunquid potest redire ad seculum, & dic q. nō, ex quo fecit ibi professiōnem, vt hic in versic. nec amplius. & j. eo. consulti. & c. statutus. Aut nunquid cogatur ibi remanere, & regulam obseruare, & tunc refert. Aut erat iuris peritus, & tunc cogetur remanere, & tenere regulam, quia videtur se obligasse, ad id quod de iure sciebat. arg. ff. de ac. emp. & vendi. l. j. in fi. s. de elect. cū inter vniuersas. & non ad id quod sciebat, sed ad id, quod fieri debebat. arg. ff. de offi. presi. sed licet. Aut erat simplex & idiota & tunc, aut fuit ei electa & explantata regula, ante professionem, vel etiam post, & dicit se eam seruaturum, & tūc idē vt in auth. quomodo oportet episcopos. §. igitur ordinandus. coll. j. Aut non, & tūc, aut credebat eos regulariter viuere, & ad illam asperitatem se voluit obligare, nō ad maiorem, & hoc expressit, & tunc non cogetur ibi manere, sed poterit ad latior religionem transire. Aut non expressit, & tunc credo, q. potest cogi, ad remanendum ibi, & imputet sibi, quia non ple ne examinauit, nec prodest ei etiam si dicat, se dolo inducendum ad hoc, & est ratio, quia melior intelligitur fieri conditio sua, ad hoc. j. de conuersa. coniug. dudum. & c. ex parte & hic & j. eo. consulti. s. quod met. causa. c. cum dilectus. 20. q. 3. c. consulti. Ita distinguit Ray. in summa sua. tit. de voto & voti redēptione. §. 1. Item pone & Host. in summa tit. de voto. §. vtrū & per quem. sub. §. quid si aliquis scholaris. & frater Ioann. in summa con. ritu. de votis. q. 15. quid si aliquis scholaris & Ast. lib. 6. e. od. titu. arti. 9. q. pone, quod aliquis. & c. seq. Et ad hoc, quod dictum est, quod ingrediens, non potest dicere se dolo inducendum, concordat Host. j. eo. cum virum. in princ. dicens, quod ingrediens, ante 25. annum non poterit contra introitū restitutionem petere tanquam læsus, quia seruire Deo regna re est, & cuiuslibet rei anima est præferenda. ff. de ædi. edic. l. iustissimē. C. de sacrosan. eccle. l. sancimus. & 12. q. j. præcipimus. In alio casu. s. quando non fecit professionem, dic vt not. Hof. in summa eo. tit. §. ad quod teneatur. versic. sed teneatur ad p. professionem, dicens, quod religionem ingressus, si non fecit p. professionem, & per annum steterit in religione, teneatur ad professionem faciendam, j. e. statutus, quam si præstare noluerit, & in loco quem intravit seruatur religio, præcisē cogendus est ad professionem faciendam, per distinctionem regularis discipline, & sic intelligi dictum. c. statutus. in quo, nec fuga proderit. vt j. eod. c. fin. & s. de offic. ordi. quanto. Si autem non seruatur religio, nec ipse obligauit, se ad ipsam seruandam expressit, sed simpliciter intravit, nihilominus cogendus est, non tamen præcisē, sed causatiuē, vt vel professionē, ab initio iustitiam faciat, & religionem seruet, vel locū exeat, & penitus dimittat, in quo nec abusus contrarius, nec numerus defendit annorum, & sic intelligi. s. de elect. cum causam. de testamentis. c. j. & si omnes deficiant, alij introducatur alterius religionis. j. ne clerici. vel mona. c. relatum. & si illi simili deficiant, tunc locus mutata institutione, autoritate ordinaria potest per seculares clericos retineri, & sic potest intelligi. j. de reli. do. inter quatuor. sed & potest quis ad aliam transire religionem petita licentia, vt j. eod. licet secundum eum, idem frater Io. vbi s. idem Archid. j. eo. c. is qui in gl. hoc idē dicit lib. 6. Inno. verò hic in ver. tamen melius videtur, dicit, in primo casu quod melius videtur dicendum, quod ex quo professionem fecit, quod in iudicio ecclesie, & in iudicio animæ semper tenebitur illam regulam obseruare, per c. allegatū constituit. & per c. alle. cum dilectus. s. quod met. causa. quia Aut dicit se bona conscientia intrasse, & se spiritu Dei ductū, quod esse debet. j. e. licet. & 19. q. 2. duæ sunt. & sic vñtio docuit ipsum omnia. s. de sacra vñtio. c. vnico. §. j. & sic efficaciter obligatur. Aut mala intentione dicit se intrasse, & sic non est audiendus, quia suam turpitudinem allegat, vt patet in eo quod leg. & not. s. de dona. inter dilectos. Est & alia ratio, quia præsumitur, quod quando regulam beati Benedicti, vel aliam elegit, quod plenē deliberatū de onere & lenitate eiusdem re-

gule, immo plus, quod si tunc plenē non deliberaret, q. postea deliberare non posset. 8. q. 2. dilectissimi. fatetur, tamen quod si impotens esset ad ordinem tolerandum, quod poterit secū dispensari de minori religione, vt hic in princ. & j. eo. significatum, & c. consulti & istam opi. Innoc. tenet & approbat Card. j. eo. tit. c. j. super verbo firmiter. li. 6. Et idem innuit Host. & Guil. ibi. idem tenet Io. And. j. regu. iur. c. quod omnes tangit. eod. lib. & eam credo veriore, & est satis expressum. j. de statu regu. c. vnico. li. 6. cum glo. Io. And. ibi, quæ incipit sed quomodo. & c. Nam si de nouo potest arctari regula vt ibi, multo fortius antiqua reformari, argum. s. de feu. ca. ex parte. de iudæis consulti. j. quia non intelligitur nouū quod ab insti tutione sua fuerat sibi impositum, vt patet in eo quod legi. & no. j. de censi. cum venerabilis. §. j. & quia non est aliquid de nouo facere, sed iam factum detegere seu declarare. ff. de acquir. re. do. l. adeo. §. cum quis. de testam. hæredes palam. §. sed si notam. & quia res de facili redit ad suam primæuam naturā ff. de pactis. l. si vnus. §. quod si in speciem dotis. Si queris de secundo casu principali. s. vtrum religioso possit regula arctari, vel strictior regula indici, tunc. Aut queris nunquid possit arctari præcisē, aut cautiuē. Si præcisē refert. Aut queris nunquid possit arctari vel arctior indici clericis non professis, & dic q. non. Inno. hic & s. de consi. cum omnes glossi. j. in fi. & Gen. extra de æta. & quali. ca. vt hi. qui in cle. super verbo constitutus. & in hoc concord. Io. & Archid. 82. dist. propo. sicut. in fi. & Hug. 28. dist. de his in fin. dicentes quod Papa nō potest constituere, ne accoliat iam promoti contraherent arg. 32. q. j. integritas, licet Hug. in dicto ca. propo. sicut. contra & male. Aut iam professis, quia renuntiauerunt voluntati p. priæ vt 12. q. j. c. nolo & c. non dicatis. & tunc secus. s. quod licet su periores non possint sine omnium voluntate mutare ordinē, vt in c. sepe alle. cum dilectus. constitutiones tamen aulteriores facere possunt, Inno. hic, & idem cum eo a versicu. si queris de secundo casu, vsque huc. Archid. 73. dist. in gesta. & Ioann. And. s. eo. c. Ioannes glo. fin. in fi. & j. de statu regu. cap. vnico. in glo. sed quomodo. lib. 6. & vide quod no. Arch. 11. q. 3. c. qui iustus. §. idem est. & 7. q. j. hoc nequaquam. glo. 2. & de conse. dist. in. 3. c. j. & quod not. Gen. extra de ætat. & quali. c. vt hi qui super verbo constitutus. in clemen. qui in hoc concor. licet Ioan. in callegado gesta. glo. fin. dicat argumentando idē in monachis quod in canonicis secularibus. s. quod eis inuitis, non possit eis districtior vita imponi, hoc etiam assertiuē ponunt Tancr. & Bern. j. ne cle. vel mona. c. relatum. glo. in pœnam. & male, vt patet per præmissa. Si queris nunquid poterit arctari cautiuē, puta per subtractionem locorum, vel fructuum beneficiorum, vel si necesse fuerit per priuationem eorum, & dic quod sic nedum regularibus, sed etiam secularibus clericis, argum. s. de æta. & quali. c. quæris. & in d. c. vt hi, qui vbi Gen. super verbo constitutus dicit, quod per illū text. patet quod nedum instituendis, immo & iam institutis in ecclesia potest per Papam certus status seu modus indici, & hoc ideo quia recipiens beneficium, recipitur ad seruitium & officium ecclesie conueniens exequendum, in tantum quod etiā ante illam decre. beneficiatus cogi poterat ex causa per subtractionem beneficij ad ordinem susceptionem, quod dic vt ple nē not. Gar. & alij post eum. j. de electi. licet canon. & dixi de hoc in c. alleg. quæris & quod dictum est de continentia, quæ indici nō potest simplici accolito, intelligi præcisē vt dixi, sed causatiuē bene, per calleгат. quæris. & c. vt hi qui. & hæc distinctio potest sub breuibus recolligi, licet diffusē ipsam posuerim ad materię euidentiam pleniorē.

- 1 Religioni non se deuouet demens.
- 2 Religioni se deuouere potest ægrotus.
- 3 Religionem intrans, intra annum liberē egredi potest.
- 4 Professio in manu pralati faciendā.
- 5 Professio in manu monachi, de mandato pralati fieri potest.
- 6 Professio in manu priuati non faciendā.

Rorrectum. Si queris, vtrum infirmitate grauat, possit se religioni deuouere, sed votum religionis emittere, distinguit. Aut tenetur infirmitate mentis, vt quia est mente alienatus, seu phreneticus, & tunc nō vt j. eo. licet tenor. s. de succes. ab intella. c. vlti. Aut non tenetur infirmitate mentis, sed corporis tm. Et tunc potest vouere, sicut si esset corpore sanus. vt hic. Inno. & Io. An. hic. idē Spe. ti. de sta. mo. vers. 22. & qui allegat se extra mentem fuisse, hoc probare tenetur, vt in d

in d. c. vlti. & no. Ber. j. eo. sicut tenor. & Ioan. & Arch. 17. q. 2. Gonsaldus. No. tñ quod posset esse vis in verbis, s. in. dicat sic, voueo me perpetuo religiosē victurum, & talem religionem seruaturum, tunc non potest amplius redire ad seculū. j. e. consulti. & c. statutus. quasi saltē tacitē professus intelligatur. ar. 28. dist. diaconi. vlti. ex c. contrarium protestetur. s. q. me. c. a. c. j. Si verò dicat, voueo me talem religionem intraturum, tūc tenetur ingredi, pot tñ exire liberē j. annum, nisi omnino voluerit mutare vitam. Super quo quantum ad ecclesiam requiritur probatio certorum iudiciorum, quantum autem ad periculum animæ suæ conscientia relinquatur ex quo aliud probari non pot. s. de æta. & quali. ad aures. de iure iur. mulieri. j. de homie. petitorio. ad fi. 3. dist. habui. & In hoc potest intelligi. j. e. consulti. & c. statutus. Inno. hic. Si verò votum nō emiserit nec professionem fecerit, & si habitum monachalem, si bi dari poterit, non obligatur, & etiam si intrauerit exire potest liberē j. annum, & sic intelligas. s. de renun. ex transmissa. & c. pen. j. de voto literaturam. Inno. hic. sicut tenor. & de ista materia not. Alten. lib. 9. eo. tit. articu. 8. q. 3. vtrum vouens. & q. sequent.

¶ Super eo. c. Ad declarationem glo. Innoc. quæ incipit, nisi. n. ellet. Si queris in cuius manu professio possit fieri, distin. Aut queris vtrum professio possit fieri in manu pralati, puta episcopi, abbatis, vel abbatissæ, & constat quod sic, vt hic & j. e. ad apostolicam. ibi abbate per se & c. Aut in manu alterius puta monachi, vel et clerici secularis, vel etiam alicuius laici, seu alterius cuiuscunq; recipientis de mandato abbatis, & tunc idem vt j. e. ad apostolicam. ibi abbate per se, vel per alium & c. j. qui clerici vel vo. insinuante. & 17. q. 2. Gonsald. Inno. hic. & Host. & Io. And. hic, & Gar. j. eo. constitutionem. §. in alijs. sup verbo emissā. & c. seq. super verbo aut confet. li. 6. & de elec. ca. nullus. super verbo expresse possessus. eo. li. & Io. 20. q. j. vidua. Aut sine mandato ipsius & tunc, aut professio fit & recipitur ipsius nomine ipso hoc postea ratum habente, & tunc idem, vt j. de conuersa. coniuga. dudum. Inno. & Ho. & Io. An. hic. Aut fit & recipitur non nomine ipsius abbatis, vel fit & recipitur nomine ipsius, non tamen ipse ratum habet, & tunc sunt opinionēs contrariæ. nam Goff. dicit q. professio potest fieri in manu priuatę personę, vt 20. q. j. vidua. j. qui cle. vel vo. c. veniens. & c. insinuante. idē videtur no. Io. in ca. alle. vidua. in j. glo. Alij dicunt q. talis professio non valet, quæ fit in manibus monachi recipientis, sine licentia & mandato abbatis, vt no. Ho. in sum. tit. qui clerici vel vo. quis vouens vers. vel si renunciauit, & se. nec bona talia sunt translata, nam illa professio non potuit monasterium obligare profitenti, nec per consequens profitentem monasterio, cum sit quasi matrimonij spirituale, arg. ff. nauar. cau. Ita. l. j. §. nauam. communia pre. l. i. de iure iur. l. tutor. §. prodigus. de reg. iur. l. cum principalem. j. e. ad apostolicam. vbi de hoc per Inno. Quod dictum verū potest intelligi quo ad translationem bonorum, sed prius dictum verum est quo ad Deum. 17. q. 1. qui bona infra qui clerici, vel vo. cap. rursus, & sic notat Specu. titu. de statu mona. versic. 19. & Archidiacono. 20. q. one. 1. vidua. in gloss. adde de hoc etiam notatur.

- 1 Religionem intrantis vita per quod tempus probetur. 3.
- 2 Legum correctio vitanda.
- 3 Factum contra legis prohibitionem, nullum.
- 4 Legis prohibitio obseruanda.

Ad apostolicam. Ad declarationem primæ gloss. si queris per quod tempus vita hominis religionem ingrediens probatur, distin. hic Host. post Hu. q. vita & conditio hominis sit nota, probatur per annum, & sic loquitur ca. Gonsald. 17. q. 2. Si verò conditio nota est, sed vita ignota, tūc, per biennium, & sic loquitur. c. monasterijs. 19. q. 2. Sed si vtra que. c. conditio & vita ignota sit vel saltē conditio, tunc triennium est spectandum, & sic loquitur. c. si quis incognitus. 17. q. 2. & §. 3. dist. legem. & §. 4. dist. inct. multos. Dicit tamen ipse Host. quod iura moderna videntur se indistinctē ad annū restringere, vnde dicunt quidam, q. hodie illa diuersitas nō seruatur sed cum ipsam expresse reuocam non reperiam, & rōnabilis sit, nunquam per me corrigetur. Semper. n. ius in suis terminis remanet nisi corrigatur expresse, vt in authen. de nō alii. aut permu. rebus eccle. §. si. colla. 2. q. enim non mutatur quare stare prohibetur. C. de testamentis. sancimus. de appel. precipimus. Nec obstant iura moderna, quia Inno. antiqua iura di-

stinguenda intelligenda sunt. ff. de legib. l. non est nouū licet autem sic sit de veritate iuris, omnes tamen de consuetudine sequuntur opinionem quam videor reprobare, & ideo forsitan in iudicijs est sequenda, argu. 4. dist. in. c. in istis §. leges. & s. de sepul. certificari. ff. de legib. l. minime. & in eo quod no. s. de decimis pastoralis. Inno. hic & Io. An. post eum. idem Archid. 53. dist. legem. & adde quod no. j. e. statutus.

¶ Super eo. c. Si queris vtrum factum contra legem, seu prohibitionem legis teneat, dist. Aut lex vel constitutio prohibens est contenta finibus suæ prohibitionis, hoc est dictu, q. lex siue prohibitio simpliciter prohibet, non addens quod factum in contrarium valeat, nec etiam per aliud ius hoc additū inuenitur, & tunc, quod fit contra simplicem prohibitionem non valet. Sufficit. n. legiflatorem prohibuisse etiam si non addat factum non valere. C. de legibus non dubium. C. de sacrosan. eccle. l. nemo. j. de relig. do. c. ne nimia. & eo. titu. c. vnico. in princ. lib. 6. & de reg. iur. c. quæ contra ius. eo. lib. 1. Aut non est cōtenta terminis suæ prohibitionis, sed procedit vltra, & tūc seruabitur prout est processum, vnde si aliqua iura sunt prohibentia, alia verò dicentia factum contra prohibitionem tenere, vel illa eadem quæ prohibent, tunc factum in contrarium, tenet, & sic intellige quod hic dicitur, & ff. quando app. fit. l. 1. §. biduum. de interdic. & re. l. relegatorum. §. ad tempus. 2. q. 6. c. biduum. j. de matrimonio contra inter eccle. & per totum. 27. q. j. nuptiarum. de sen. ex. sacro. ita no. Goff. hic & Archid. in alle. biduum. in glo. adde hoc haberet locum & c. & Card. j. de relig. do. c. vnico. lib. 6. & Io. And. j. de reg. iur. c. quæ contra ius eo. lib. & Accur. in §. alleg. non dubium. & Specu. rub. de disputa. aduo. §. post hæc. ver. vel illud ius habet causam, & c. vbi de hoc plenē.

- 1 Monachari non impedit timor mortis naturalis.
- 2 Monachationis votum ob mortem accidentalem emissum, non valet.
- 3 Monachari non impedit timor a Deo immixtus.

Sicut nobis. Ad declarationem primæ gloss. Ber. Si queris vtrū timor mortis impedit monachari, refert. Nam quandoq; imminet timor mortis naturalis, puta quia homo est grauius infirmus, & tunc votum non impeditur, vt hic & s. eod. porrectum & j. de conuer. coniu. ex parte abbatis. Quandoque imminet timor mortis accidentalis & casualis, puta quæ quis nauigat, & periclitatur nauis, vel timet incendium, vel rui nam, vel pestem vel cladem quæ forsitan Deus immittit vt homines conuertantur. 16. q. j. reuertimini. de consec. dist. 4. factum est. in auth. vt non luxu. contra na. respon. & §. collat. 6. & tunc idem. s. quod votum non impeditur. Quandoq; imminet timor mortis accidentalis violentæ, & tunc non tenet votum, vt §. quod me. causa. c. j. Ratio diuersitatis istorum casuum est hæc, quia in hoc vlti. casu immittitur timor ab homine non a Deo, & ideo contra violentiam hominis subuenitur. ff. quod me. causa per totum. In primis verò duobus casib. immittitur timor a Deo, vt forsitan anima conuertatur, contra quod non competit restitutio vt §. eo. cum virum. sed nec fieri debet nec potest restitutio per aliquem hominem in hoc casu, vt patet. s. de ma. & obe. cum inferior. nam & Deus quandoque per flagella corripit peccatores. 23. q. 4. Nabuchodonosor. & c. vlti. s. de Tyrijs Inno. hic. Idem tenet in sum. e. tit. §. & qualiter circa princ. dicens breuiter quod timor mortis naturalis non impedit votum. accidentalis verò impedit, si violentus sit, nam si casualis idem videtur, quod in naturali, ergo timor immixtus ab homine impedit, immixtus a Deo, non impedit Inno. eum.

- 1 Episcopus non potest ad alium episcopatum transire sine Papa licentia.
- 2 Abbas non potest de sua ad aliam religionem sine Papa licentia transire. 4.
- 3 Religio non est de necessitate salutis.
- 4 Pralatus an de seculari ad secularē ecclesiam transire possit.
- 5 Pralatus an de seculari ad regularem ecclesiam transire possit.
- 6 Regularis ad aliam regularem ecclesiam cum iactura ecclesie non transeat.
- 7 Religiosus ad arctiorem religionem cum pralati licentia petita transeat.
- 8 Religiosus ad aliam & parem religionem, sine superioris licentia non transeat.

- 10 Religiosus ad latiore religionem, sine Papa licentia non transeat.
- 11 Religiosus an ad aliam religionem, de qua dubitatur an sit maior vel minor, propria auctoritate transire possit.
- 12 Regularis an ad secularem ecclesiam possit transire.
- 13 Religio mutatur triplici de causa.
- 14 Monasterium inuito Papa nemo intrat.
- 15 Religionum diversi actus.
- 16 Religionis preeminentia triplex.
- 17 Vtilitas propria aliena preferenda.
- 18 Vtilitas publica an alteri publice preferenda.
- 19 Vtilitas publica privata preferenda.
- 20 Patri potius quam patri succurrendum.



Item. Si quis querat & quando persona religiosa de sua religione ad aliam religionem valeat se transferre, & si velis materiam ampliare, & videre, vtrum & quando persona ecclesiastica, de vna ecclesia ad aliam valeat se transferre, distinetur. **¶** Aut queris de episcopis & superioribus, & dic qd tales non possunt se transferre sine expressa licentia Papae vt 7. q. 1. c. mutationes. & hic in ver. cum etiam. & hoc siue sunt consecrati, siue electi confirmati, vt s. de transla. episcopi. c. inter corporalia. §. sed neq. nec de seculari ad aliam secularem, vt ibi, & j. de clerici. ex. mi. c. illud. in prin. nec de seculari ad regularem, vt hic in §. illa semper. s. de renun. nisi cum pridem. §. pro defectu. & c. post translationem. §. item si quis. Et est ratio, quia matrimonium spirituale contractum est inter ecclesiam & electum, quod nequit dissolui, sine auctoritate Papae generalis vicarij Iesu Christi, vt ibi, & in d. c. inter corporalia. & eo. tit. c. quanto & c. licet. Aut queris de alijs inferioribus & tunc. **¶** Aut queris de abbate, vel alio prelo inferiori exempto, & tunc idem, scilicet, vt sicut subdiaconus suus propter excellentiam manus non potest ab alio ordinari, nisi petita licentia & obrenta, vt no. s. de temp. ordi. cum in distribuendis. sic & in exempto, etiam strictiorem religionem ingredi cupiente, propter iurisdictionis, & vinculi subiectionis reuerentiam, no sufficit petere licentiam, nisi & concedatur. pro quo. s. de ma. & obed. per tuas. de fo. compet. significasti. & sic per dominum Clemem quartum fuit determinatum secundum Host. qui ita not. j. de elec. excommuni. mi. c. illud. idem not. Archid. j. de elect. si abbatem. glo. penulti. lib. 6. vbi satis videtur hoc expressum cu episcopatus, ad quem ille abbas exemptus eligebatur, strictior religio censetur, ideo potest ad ipsam eligi, vt ibi, & extra de elect. c. j. §. vlti. in cle. licet sit hic arg. contra. Nam cum hic tantum de episcopo dicatur, videtur in alijs fecus, argum. 2. §. dist. qualis, vt no. Archid. 19. q. 2. c. j. glo. si de hoc not. Io. An. j. de reg. iur. c. cum stat per eum lib. 6. in nouella. vbi querit an prelati regularis vel secularis non episcopus tamen exemptus, petita sed non obventa licentia Papae, vel legati de latere, possit zelo sanctioris vite religionem profiteri, vel cum religiosus est, profiteri strictiorem, & post multa argumenta, pro & contra, soluendo, dicit prelatum de quo queritur obligatum per professionem religionis, quo ad se, & per illam saltem eum exempti voto teneri, per decretalem. s. quod merus causa cum dilectus. de dona. inter dilectos. & quod vtrobique not. ad ide. j. titu. prox. quidam. c. placet. Nec decretalis ista tale vinculum impedit etiam in episcopo, sed hoc solum prohibet ne pfulatum dimittat. Circa sollempnitatem vero voti & incorporationem, & transitum ad religionis obedientiam, puta, qd si prelati de quo queritur petijt licentiam, sed fuit per Papam denegata, transire non possit, nec prelatum dimittere, & hoc casu intelligatur determinatio clementis, de qua supra dictum est secundum Host. **¶** In primo quia religio no est, de necessitate salutis. 2. q. 4. c. fi. §. in. ad quod facit quod not. j. q. 2. quam pio. imo videtur expediens non profiteri per decretalem relatum. ne clerici. vel monachi. quod tamen intelligas, vt ibi dicit. Item & si dicas religionem operatiuam salutis, per hoc non sequitur per illam prelatum dimitti posse sine licentia, quod probatur. s. de renuntia. c. fi. insufficiens enim renuntiatio promittit salutem, quod tamen non potest sine licentia ad idem de pœni. & remis. c. fi. Ante tempus enim Gregorij, non licebat maioribus prelati sibi eligere confessorum, qd postea licuit. Item Papa possit statuere exemptos sine licentia profiteri non posse, nam qd plus est, facit etiam contra matrimonij constitutionem diuinentem, de quo per eum. j. de despon. impube. ad dissoluendum, & per me de sponsa. duorum, ca. fi.

¶ Si ergo generalem constitutionem facere possit, multo fortius specialem prohibitionem, quae certum prelatum respiciat, vnde cum omnis status & approbatio religionis pdeat ex potestate Papali, per quam etiam illas reprobare possit. j. de religio. do. c. vnico lib. 6. patet hunc prelatum sine ipsius licentia profiteri non posse. Si vero denegata no fuit, licet nec data, puta ipsam prelatum dimittere posse, & ad religionem posse transire, remanet tamen Papae salua potestas reuocandi illum, de claustro, & in priori prelatum retinendi. de statu. mo. quod Dei. quia possit Papa non solum ipsum curae praeficiendo, sed etiam ipsum inuitum. & inuito abbate alicui principi sociando. §. in not. in Spec. de legatis. §. nunc ostendendum. versic. 49. de legato de latere cum non possit religiones approbare, vel tollere, dicit idem quod in alijs prelati, & hoc securè tenere potes. Aut queris de prelo, vel alio non exempto, & tunc refert, nam aliquando quis transit de seculari ecclesia ad secularem, aliquando de seculari ad regularem, aliquando de regulari ad regularem aliquando de regulari ad secularem. **¶** In primo casu, aut vult transire de ecclesia vnus episcopatus ad aliam ecclesiam eiusdem episcopatus, & tunc sufficit tacitus consensus episcopi, arg. 3. q. 5. qui vxorem. nam non videtur ipsum alienare, cum adhuc remaneat de sua iurisdictione. Si tamen subest alij inferiori prelo, & transit ad ecclesiam non subditam illi, consensus expressus illius est requirendus. §. 8. dist. c. 2. vbi dicitur, qd si quis de alterius monasterij conuentuali, quem in suo monasterio constituit, sine licentia abbatis, & monachorum non fiat. item ad hoc. 9. q. 3. conuestus. Aut vult transire de vna ecclesia vnus episcopatus, ad aliam ecclesiam alterius episcopatus, & tunc necessarius est consensus expressus episcopi illius episcopatus, a quo, seu cuius ecclesia transit, & etiam alterius prelati, si eum habet supra se, praeter Episcopum. 71. distin. per totum. 8. §. distin. florentinum. 7. q. 7. episcopus de loco. s. de renun. cadmonet. ita no. Raynal. in summa. rubric. de transu clericorum circa princ. Gl. tamen dicit ibi qd hoc qd dictum est de transitu seculari ad secularem ecclesiam, hodie non feruatur de consuetud. quo ad petendum consensum superioris. **¶** In secundo casu. s. quando transit de seculari ad regularem, tunc potest, petita tamen licentia sui episcopi, & alterius prelati si habeat, etiam si non obventa. 19. q. 2. dicitur. & hec. Nam si religiosus petita licentia licet non obventa, possit transire ad arctiorem religionem, & si priuilegium habeat, illa religio a qua transit, vt hic, multo magis secularis transire poterit ad religionem. & in hoc concordat Tho. in sum. q. vlt. artic. 8. & Inno. hic in glo. petita. n. in fi. & Host. post eum, qui credunt quod prima ecclesia possit talem se transire. repetere, si ex transitu suo ipsa prima ecclesia grauem sustineret iacturam, argu. hic. Nec miru dicit Hostien. quia cum propter salutem animarum possit a religione auocari, esto etiam, qd cum licentia transierit, vt patet in eo quod leg. & no. j. de stat. mo. qd Dei timorem. multo fortius ex eadem causa hoc fieri poterit, licet prelati sub quo transit non petita, vel etiam denegata, argu. in eo quod leg. & no. in call. admonet; hoc etiam probatur. 7. q. j. si quis verò, & c. si quis presbyter. §. in Host. hoc tamen, qd dictum est de petenda licentia de consue. communiter no feruatur. **¶** In tertio casu. s. quando transit de regulari ecclesia, ad aliam regularem refert, aut transit cum graui iactura, vel infamia prioris ecclesiae, ita quod ex suo transitu iacturam grauem vel infamiam, prior ecclesia sustineret, & tunc no poterit transire ad aliam religionem etiam arctiorem, argu. hic in versicu. quia tamen & 1. q. 3. si quis verò. Nec. n. debet quis esse lapsus, offensionis, vel causa scandali. vt s. de renun. nisi cum pridem. §. pro graui quoque scandalo. de reser. ca. 2. Item communis vtilitas, quae versatur in hoc, ne ex suo transitu laedatur, vel offendantur ecclesia quam reliquit, priuata vtilitati ipsius, quae versatur in hoc, vt ad arctiorem religionem transeat, est non immerito preferenda. vt j. eo. §. illa. secundum Inno. hic in glo. not. quod & Host. post eum, & frater Ioan. in summa confess. rubrica de transitu. cle. q. 1. §. in fi. Vnde & si alias teneret transitus, tamen sicut ex graui laesione rerum temporalium restituitur ecclesia, vt patet in eo quod leg. & no. s. de reb. eccl. non alie. ad nostram. de restit. in integ. c. j. sic & multo magis restituenda est in laesione personae: quia maior & grauior censetur alienatio personarum quam rerum, argu. 12. q. j. praecipim. C. de sacrosan. eccl. l. sancimus. j. ideoque non solum in alienatione rerum consensus fratrum requiritur. 12. q. 2. sine exceptione. & leg. de no. s. de reb. eccl. c. j. quinimo & in alienatione personarum. j. de sta. mo. c. monachi. in fi. §. in Host. Aut transit sine graui iactura vel infamia prioris ecclesiae, & tunc,

aut transit ad maiorem, seu arctiorem, aut ad parem, aut ad minorem, seu latiore, aut probabiliter dubitatur. **¶** Si ad maiorem seu arctiorem, tunc dicit idem quod s. in casu. s. quod cum transit de seculari ad regularem, & per eadem iura. s. quod transire possit petita licentia, licet non obventa, vt hic, & 19. q. 3. statutum. hoc addit quod Abbas qui immediate subest domino Papae non potest transire, nisi de licentia domini Papae. s. d. confus. cum venerabilis. vel de licentia legati sui de latere, vt in d. c. si abbatem. j. de elec. lib. 6. Et si transit non petita licentia, ex temeritate, vel leuitate praesumitur transire, vt hic, in versic. quia tamen. vnde nisi dispensaretur, merito poterit reuocari. vt 19. q. 2. c. mandamus. Nec obstat. s. eod. sane. quia ibi fuit petita licentia, §. in Host. & Ioan. And. hic, & idem Ioan. & Bern. s. de aet. & quali. intelleximus. & Host. in sum. eo. ti. §. vlti. licet Bernar. hic contra in glo. sufficit ergo. & frater Richar. & frater Alten. in summa. sua hoc titu. artic. 9. & capitula. 19. q. 3. nullus. & c. mandamus. vbi dicitur quod canonici regulares non possunt ad regulam transire monachorum, no tenent, nisi velis eam intelligere de transeuntibus causa leuitatis vt no. Ber. hic in glo. sufficit ergo. Vel intellige vt no. Arch. in alleg. mandamus. dicens §. in Thom. quod vtraque religio. s. monachorum & canonicorum regularium ordinatur ad opera vitae contemplatiuae, inter quae praecipue sunt ea, quae aguntur in diuinis ministerijs, ad quae ordinatur recte ordo canonicorum regularium, quibus per se competit quod sint clerici, & religiosi, sed religioni monachorum non per se competit, qd sint clerici, vt patet 16. q. j. c. j. & c. generaliter. in prin. Et id quauis ordo monachorum sit arctior substantiae, si tamen monachi essent laici, liceret transire ab ordine monachorum, ad ordinem canonicorum regularium, §. in illud Hieronimi, ad rusticum monachum, sic viue in monasterio, vt clericus, esse merearis. 16. q. j. sic viue. non autem e contrario, vt in illo, cap. mandamus. Sed si monachi sint clerici sacris ministerijs, obsequentes, habent id quod est canonicorum regularium, cum maiori arctitudine, & ideo licitum erit transire de ordine, canonicorum regularium, ad ordinem monachorum petita tamen licentia superioris. vt 16. q. j. statutum. §. in Tho. 8. arti. & Arch. in alleg. mandamus. & idem frater Io. in summa. conf. rub. de trans. clerici. q. 16. **¶** Si ad parem, tunc potest transire petita & obventa licentia superioris. sabbatis, & etiam episcopi qui super hoc poterit dispensare, vt s. eod. significatum. & no. Inn. s. de renun. c. vlti. glo. 2. & Host. post eum & Archid. j. de elec. si religiosus. glo. fi. li. 6. & 20. q. j. monachum. in glo. vlti. & 18. q. 2. c. quam sit. & Card. j. de praeb. c. cum singula. in glo. monachus. lib. 6. & Io. An. ibi. in nouella, licet in glo. sua antiqua ibi dicat qd ex causa transire poterit de licentia Abbatis, & conuentus pro hoc etiam 19. q. 3. statutum. §. 8. distin. ca. 2. & in alijs concord. alie. §. in secundo membro. **¶** Si ad latiore religionem, tunc non potest nisi de licentia solius Papae, cum sit hoc dispensare contra iura, & solus Papa est supra, vt s. de concess. praeb. c. proposuit. vt hic not. Card. & Io. And. in d. c. cum singula. Fallit vbi minor facit professionem, nam talis ex leui dispensatione etiam episcopi poterit ad maiorem religionem transire, & hoc innuit. c. significatum. s. e. secundum Inno. Host. & Io. An. ibi quod forte non est verum, vt j. sequitur. Dic ergo breuiter qd religiosus potest transire ad aliam religionem arctiorem petita licentia sui prelati, licet non obventa, vel ad parem obventa, vel ad latiore de sola licentia Papae, ita no. Inn. s. de renun. post translationem & Guil. de mon. la. extra de elec. c. j. super verbo prelatum in cle. & Guil. & Gen. de regularibus. c. vt professores. super verbo apostolica in cle. licet Inno. & Host. in d. c. vlti. de renun. & Arch. in alleg. si religiosus. & c. quam sit. & Spec. tit. de leg. §. nunc de episcoporum dispensatione. ver. 20. dicant, qd auctoritate episcopi potest dispensatiue transire ad monasterium, etiam minoris religionis, & credo qd male, nisi intelligas & exponas ibi verbum episcopi. i. Papae. nec obstat. s. eod. significatum. per quod c. se fundant, nam §. in Gof. in illo. c. ille versic. sic si autem ponit tres casus. Primus, est cum quis infra pubertatem a parentibus offertur monasterio. Secundus, cum quis post pubertatem ingreditur monasterium. Tertius, cum quis post pubertatem ratam habet professionem factam ante puberes annos, & in fi. concludit ad eandem, vel aliam religionem redire compellat, quod distributiue dicit intelligendum, vt quod dicit ad eandem redire compellat, locum habeat in primo & vltimo casu, vbi enim a parentibus offertur & exit, ad eandem religionem redire debet, moraturus in ea vsq; ad puberes annos. Itē vbi quis post pubertatem ratam habet professionem factam ante puberta-

tem, & postea exit, compellitur redire ad eandem religionem. Sed quod dicit illa decret. vel aliam. habet locum in secundo casu, cum quis intrat post pubertatem completam probationis causa, sed renuntiat seculo, tunc enim vel in eadem erit religio, vel in alia. vt j. eo. consulti statutum. s. eod. super eo. ita no. Gof. in illa decret. significatum. & idem recitat Arch. in alleg. monachum. dicens ibi consequenter, qd sine plica potest dici, qd interueniente consensu prelati, & capituli, potest eps dispensare, qd monachus transeat ad mitiorem, & latiore religionem ex causa, puta si non potest esse in suo monasterio, praenimia austeritate regulae, vel propter infirmitatem perpetuam superuenientem, aut senectutem, aut aliam iustam causam, arg. j. de sta. mo. cum ad monasterium. §. in refectorio, ver. quanquam alias non, ad qd facit quod no. 19. q. j. in sum. & c. j. & 20. q. 3. c. j. in fi. hae Archid. ibi. Et quod dicit Inno. in alleg. significatum. glo. fi. & Host. & Io. And. post eum, & idē recitat Archid. in alleg. monachum. qd vbi facit minor professionem, ex leui dispensatione etiam episcopi potest ad minorem religionem transire, non credo procedere, nam si intelligatur de minore impubere, talis no eget aliqua dispensatione, quin possit liberè redire ad seculum, vel ad religionem aliam se transferre, vt j. eo. is qui in prin. li. 6. Si verò intelligatur, de pubere, non potest ratione minoris aetatis restitui, vt transeat, ad minorem seu latiore religionem, nam contra introitum religionis minor non potest petere restitutionem tanquam leuis, quia seruire Deo regnare est, & cuiuslibet rei anima est preferenda. C. de sacrosan. eccl. l. sancimus. & 12. q. j. praecipimus, vt not. Gof. Host. & Io. An. s. e. cum virum. & Io. 20. q. j. illud, & 27. q. j. c. j. sicut nec in alijs spiritualibus habet locum restitutio, vt no. Ber. & Host. s. de restit. spo. ex parte. M. in gl. sic patet. Sic ergo non potest restitui contra introitum religionis, vt exeat & redeat ad seculum, ergo nec contra introitum religionis maioris, vt transeat ad minorem, per regulam si simpliciter ad simpliciter, & maius ad maius, & maximum ad maximum s. de elect. cum in cunctis. 1. respon. **¶** Sequitur quando probabiliter dubitatur, vtrum sit arctior vel latior religio, ad quam quis transire petit, & vtrum quis velit ad ordinem arctiorem an latiore ex charitate an ex temeritate transire, & tunc superioris est iudicium requirendum, ne forte angelus Sathanae in lucis angelum se transformet, vt hic in §. si verò, probabiliter. & intellige superiorem ad quem appellaret subditus si grauaretur, vt s. de appell. vt debitus & c. cum speciali. j. de iure da. nullus. & non illum cum quo est quæst. C. ne quis in sua causa, in rubro & in nigro, §. in Host. & Ioan. And. hic & Rodos. & Alten. in summa hoc titu. artic. 9. **¶** In quarto casu. s. quando transit de regulari ad secularem, non potest nisi sit electus ad aliquem prelatum, cui sit annexum officium praedicationis, quod priuilegium est, quia tunc potest cum licentia, tamen episcopi & abbatis. §. 8. distin. ca. j. & 2. 16. q. j. cum pro vtilitate. j. de sta. mona. quod Dei timorem. Iste casus. de transitu de regulari ad secularem, & casus praecedens. s. transitus de regulari ad regularem, fallunt in regulari electo in episcopum ecclesiae secularis, vel cuiuscunque regularis, quod fieri potest vt extra de elect. cap. j. §. vlti. in cle. quo casu sufficit consensus abbatis. argu. de elect. c. si religiosus. & c. nullus. in fin. libr. 6. vt no. Card. in calle. cum singula & Guil. & Gen. vbi s. licet Ber. s. de renun. cap. post translationem. super verbo a priore, dicat, quod requiratur consensus etiam capituli. Et de ista materia, & vtrum monachus possit eligi in prelatum ecclesiae secularis, vel possit regere populum, not. Ho. in sum. titu. de sta. mo. §. vtrum populum. & Ioan. And. & alij in d. cap. j. extra de elect. in cle. & frater Io. in summa. conf. tit. de transitu cle. q. 2. & vide quod ipse not. in q. 15. dicens §. in Tho. artic. 8. quod transire de religione ad religionem, nisi propter magnam necessitatem vel vtilitatem, non est laudabile, tum quia de hoc, plerumq; scandalizantur, illi relinquuntur, tum etiam quia facilius proficit aliquis in religione, quam conseruit, quam, in illa quam non conseruit. Vnde in collationibus patrum abbas Nestorius dicit vnicuique vile, vt secundū propositum quod elegit summo studio, ac diligentia, & nequaquam a sua, quam femel elegit professione discedat, & postea rationem assignans subdit, impossibile namque est vnum eundemq; hominem, simul vniuersis fulciri virtutibus, quas si quis voluerit, simul attercare, in id eum incidere necesse est vt dum omnem sequitur, nullam integrè consequetur, diuersae enim religiones praeminent §. in diuersa virtutum opera. **¶** Potest tamen aliquis laudabiliter de vna religione transire ad aliam, triplici ex causa. Primò, zelo perfectionis religionis. Secundò, propter declina-

tionem religionis a debita perfectione, puta si in aliqua religione alius arctior incipiant religiosi remissius vivere, laudabiliter transir aliqui ad religionem etiam mitiorem, si melius obseruetur. Tertio, propter infirmitatem, vel debilitatem ex quo interdum prouenit, quod non potest aliquis arctioris religionis statuta seruare, possit autem seruare statuta religionis latioris, ut ibi plene per eam. Item not. quod nullus abbas, potest dare licentiam monacho suo intrandi religionem arctiorem nisi primo eam inueniat, & paratus sit eam recipere, & si aliter recedit fugitiuus est, & apostata, cum non sit in aliquius obedientia. Abbas tamen potest dare monacho suo licentiam, ut sub vna obedientia iret quaerendo locum religiosum, arctiorem, hoc tamen non consulunt Inn. Host. & Io. An. nisi hoc faciat abbas, ut euitet maius malum, ut hoc notant in ca. fin. s. de renun. & de iure. sic. ex literis. glo. fi. & Archid. 72. dist. in c. j. vbi est arg. pro hoc. Idem Card. in c. alle. cum singula & Io. And. & Gen. extra de elec. c. vlti. in clem. & ipse Gen. de sta. mona. c. ne in agro. §. quia verò. super verbo diffurrunt, in cle. t. Item no. q. nullus potest intrare monasterium inuito Papa, de episcopis certum est, ut hic, de alijs ratio est, nã si potest eos extrahere multo fortius potest prohibere ne intrant, arg. op. j. eo. non solum. li. 6. & de reli. do. c. vnico. eli. tamen potest inhibere, quin clericus monachus fiat, quia etiam in propria, domo potest fieri monachus, quod dicitur in no. Arc. j. q. j. c. per principalem. glo. j. post Hug. ibi. Et no. q. cum omnis religio hoc habeat commune, ut quis se totaliter præbeat ad seruendum Deo, secundum tria principalia essentialia voti regularis, de q. bus. j. de statu mo. cum ad monasterium. in. fi. secundum hoc non potest esse diuersitas in specie. 83. dist. legimus. Fateri tamen oportet, quod ille status religionis ex illis tribus essentialibus perfectus, est quoddam exercitium, quo quis exercetur & disponitur ad charitatis opera, quæ sunt diuersa, vnde diuersificantur religiones. s. m. diuersitatem operum, atque ordinantur, ut quia vna ordinatur ad peregrinos hospitandos, alia ad captiuos visitandos, vel redimendos, vna ad actus contemplatiuos, alia ad actus actiuos, alia ad mysticos. Item secundo diuersificatur religio s. m. diuersos actus exercitiorum, ut si in vna religione castigatur corpus per abstinentiam, in alia p. nuditate, in reliqua per operationem manuum. Maior tamen est prima diuersitas quam secunda, cum finis sit in vnoquoque potissimus, vnde tria essentialia bene compatiuntur religiones esse diuersas, per diuersas dispositiones, ad diuersos fines, ad illa tria essentialia ordinatos, s. m. Io. And. s. eo. san. super verbo. alioquin. vbi dicit quod religio proprie, ordinata est ad opera misericordie contemplatiue, quæ in oratione & studio consistunt, ad quod proprie ordinantur Cisterciens. & Carthusienses. Quædam proprie ordinata sunt ad opera actiua, istorum autem actiuorum actuum, quidam consistunt in prædicatione, & doctrina, & animarum consilij, exemplum in prædicatoribus, minoribus, heremitis, carmelitis, & similibus. Quidam in ministerio, ut hospitalarij, & olim templarij, Calasienfes, & ordinis S. Mariæ Theutonicorum, & his similes. Alij ad hospitalitatis, & infirmorum obsequium, ut ordo cruciferorum sancti Antonij Viennen. Item instrumentaliter quædam ordinata sunt ad solitudinem, alia ad societatem, quædam habent proprium in communi, quædam non, ut mendicantes. Et licet ex his, quæ ibi not. colligat triplicem religionis præminetiam, nos tamen canonice solemus solum aduertere, vbi sit arctior, distinctior, durior, vel fortior modus viuendi, vnde hic dicit in fin. vitam ducet arctiorem, hoc estiam procedit, de arctiori & sanctiori vita. ad idem. s. eod. quia in insulis dura est. & c. Et sic cum omnes religiones sint ordinata ad summum finem, qui est charitas, per quam conuiuimur deo, ut in cõstitutione Iohannis ad conditorem. ver. tamen. n. & sic finis sit, idem solum arctiorem viuendi modum ponderemus. Vnde si in vna religione sit sola contemplatio cum arctissimo viuendi modo exillenti in deficiendi periculo, non amitterem transitum ad religionem, in qua esset contemplatio & actio, etiam per prædicationis officium cum laxo, vel minus arcto modo viuendi, quod tñ Theologi admitterent. Hæc Io. An. Item ex eo q. episcopi nõ possunt sine licetia Papæ intrare religionem, ut hic, sed e contra religiosus potest eligi in episcopum, ut extra de elect. c. j. in fin. in cle. sumunt aliqui argumentum, q. status prælatorum est perfectior, q. religiosorum, de quo videtur plene per Asten. li. 6. tit. de episcopis. artic. j. q. 4. quis. status est perfectior, & c.

¶ Super e. c. in §. illa semper. Si quæris quæ utilitas alteri præferatur, distingue. Quia aliquando in vno & eodem actu, cõcurrunt

runt duæ utilitates priuatæ, aliquando concurrunt duæ utilitates publicæ vel communis, aliquando concurrunt duæ utilitates, quarum vna est publica, vel communis, altera verò priuata. In primo casu, q. cõcurrunt duæ utilitates priuatæ, mea & alterius, deo meam utilitatẽ præferre utilitati alterius cuiuscunq. quia charitas ordinata incipit a se ipsa, ita intellige. ff. de arbi. l. licet aut. in fin. vbi habes quod occupatio negotiorum propriorum excusat arbitrum de procedendo in cõpromissi negotio, & C. de feruitibus & aqua. l. præses. ad hoc facit. §. de elect. c. cum ecclesia Vultarana. cum concor. ibi alleg. su. p. verbo iniuriam. Ad hoc etiam facit illud generale, quod melius est occidere, quam occidi, & quod quis vitam suam vitæ alterius præferre tenetur. ff. de iusti. & iure. l. vi. m. ad laquil. lege. scientiã. §. qui cũ aliter. j. de homi. significasti. 2. & extra de homi. c. vnico. in fin. in cle. Fallit in casu specialij, vbi serui debent ponere vitam dominorum suorum, vitæ suæ propiã, ut ff. ad lile. l. 1. §. hoc aut. ver. iuxta hoc. Et est ratio quia salus eorum non est ab eis, sed a dominis suis, inslitu. de his qui sunt sui vel alie. iuris. in prin. & hoc intellige sanc. q. dominus ab alio inuaditur, vel quando dño vitæ periculũ imminet aliunde, ut ibi secus credere si seruus a dño inuaderetur, nam tunc teneretur vitæ suæ præponere vitæ dñi sui, cũ a iure naturali hoc sibi concedatur, ut in l. alle. vt vim. quod ius civile tolli, vel immutari non potest, ut inslit. de iure na. §. sed naturalia. In secundo casu refert, aut in altera ipsarũ tm includitur priuata utilitas, & illa præferatur, arg. 23. q. 5. si non licet. & eorũ quæ sequuntur in. fi. huius dist. Aut in neutra, vel in vtraque includitur priuata utilitas & tunc, aut vt utilitas publica seu communis est principaliter ex vna parte, ex altera verò non est principaliter, sed secundario, & tunc præferatur illa utilitas, quæ est publica principaliter, vt probatur. C. in qui. ca. pig. ta. contrahi. l. satis notũ. vbi habes quod res dotales vxoris, tacite obligantur, & distrahuntur propter indemnitate officij primipili per maritum, male gelli, & est ratio quia in officio primipili veratur utilitas publica principaliter, vt ibi & C. de primipilo. l. vnica. li. 12. In conseruatione verò dotis versatur secundario, vt ff. solu. ma. tri. l. j. & C. de priui. do. l. j. Aut utilitas publica est æqualiter, ab vtraque parte vel principaliter vel secundario, & tunc est maior præferatur minori, vt hic ibi quoniam sicut maius bonum. & c. & s. de postu. præla. c. bonæ. j. ibi. & minori maiorem & c. Aut ab vtraque parte utilitas publica est æquæ magna ab vna parte, sicut ab alia, & tunc locus est gratificationi superioris, quam velit alteri præferre. s. de elect. c. bonæ memoria Magun. in. fi. de cle. non resi. c. penulti. In tertio casu dicitur quidam indistincte quod publica utilitas præferatur priuatæ, siue priuata includatur in publica, siue non, arg. ff. pro socio. l. actione. §. labeo & C. de cadu. tol. l. vnica. §. vlti. Tu verò dist. prout distinguit hic glo. aut utilitas priuata includitur in publica, & tunc publica præferatur priuatæ, vt in iurib. statim alle. & hic cũ alijs in. r. j. hic alle. in gl. & s. de postula. præla. bonæ. j. cum ibi alle. j. de voto. c. non est. intelligendo prout vno modo intelligit ibi. Host. q. ibi non vult prout succurrit terræ sanctæ, sed causa forsitan peregrinationis, & sic id votum continet priuatam utilitatem, vt s. eod. tit. quod super his. 7. q. j. scias, vbi ita etiam distinguit gl. Vnde et prælati non debent negotia sua propria præponere negotijs ecclesie sibi commissa, vt 12. q. 4. c. quicunq. & ita intellige quod dicit Philo. primo Ethic. melius est boni gentis, q. vnus hominis, & per hoc dicit Host. in sum. de ma. & obe. §. & ad quid. & Asten. li. 6. tit. de obedientia. arti. 4. ver. quid si eps præcipiat. quod si eps præcipiat clerico suo, quod vadat Romam, vel alio pro negotijs ecclesie, nõ potest se excusare propter curam rei familiaris. Aut utilitas priuata nõ includitur in publica, & tunc priuata præferatur publicæ, vt 23. q. 5. si non licet. pro hoc facit quod not. Spe. rub. de aduoca. §. 1. ver. si. quid si pater eius tibi dicit quod filius videns aliquẽ interficere volentem patrem suum, & alium volentem comburere patriam suam, prius tenetur succurrere patri quam patriæ, per l. ff. de iusti. & iure. l. veluti. vbi ponitur in ordine literæ parentibus, & postmodum patriæ, arg. 43. dist. fit rector. s. de rescrip. cum dilecta.

- 1 Religionem ingrediens improbatam illi, non obligatur.
- 2 Impubes profiteri non dicitur per lapsum anni. 5.
- 3 Religionem ingrediens cum protestatione de non remanendo in ea per lapsum anni non dicitur profiteri.
- 4 Professio an per lapsum anni inducatur. 6.
- 7 Nouitiorum habitus triplex.

- 8 Religionem dimittere certis casibus non licet.
- 9 Religionem ingrediens quantum ad ecclesiam triumphantem an obligetur.
- 10 Promissio sola an ad regularem obseruantiam obliget.
- 11 Beneficium religionem ingredientis, an intra professionis annum, conferri possit.
- 12 Religiosum intra annum probationis existentem percipientem, an sit excommunicatus.
- 13 Nouitius an in episcopum eligi possit.

Tatuimus. Si quæris qualiter religionem ingrediens profiteri dicatur, dist. Aut ingreditur religionem a sede apostolica nõ approbatam, & in tali religione portatio habitus nullo tempore obligaret, argum. j. de relig. do. cap. ne nimia. & de voto. c. vnico. lib. 6. vt hoc not. Host. j. eod. tit. cap. is qui. & Archid. in c. constitutionem. super verbo in illa. li. 6. & Io. An. & Gen. extra eo. tit. c. eos. super verbo religione in cle. & ipse Gen. in extraua. Io. 22. quæ incipit sancta Romana super verbo approbatis. Aut ingreditur religionem a sede apostolica, approbatam, & tunc aut est impubes, & talis durate impuberili etate, profiteri non potest, vt j. e. is qui. 1. resp. quod dicit, vt dixi plenius, s. e. c. 2. Aut est puberis tempore ingressus, vel erat tunc impubes, sed postea factus pubes & tunc, aut quæris nunquid obligetur religioni, & sit professus quantum ad ecclesiam militantem tm, aut quantum ad militantem & triumphantem in simul, aut quantum ad triumphantem tm. In primis duobus refert, aut quæris vtrum dicatur professus per lapsum anni, aut alias. Si per lapsum anni, tunc refert, t aut talis nouitius infra annum probationis dicit & protestatur, q. non vult remanere in religione, & quod per lapsum illius anni non intendit obligari, remanet tamen nihilominus per annum in monasterio in habitu, quem gestabat, & tunc non præiudicat sibi, quia annalis præscriptio est interrupta, argum. s. de offi. ordina. c. palforalis. §. vlti. de eo qui mit. in. pos. causa rei fer. cum venissent. & si remanere voluerit iterum habebit tempus probationis, nisi ei renuntiauerit, s. m. Vin. qui ita not. s. de testi. c. nuper. & abbas. j. cap. proxi. & hoc videtur approbare Host. s. e. ad apostolicam. & C. in Spec. rubri. de sta. mo. ad. fi. ver. 64. quæritur. hoc etiam credit esse verum Archi. 19. q. 3. c. quia in gradientibus. glo. vlti. & hoc expresse tenet Io. And. s. eodem cap. 2. & c. ex parte. super glo. vlti. & j. eodem. is qui. sup. verbo videtur li. 6. Sed Host. Card. & G. contra. exponentes illud, verbum vbi videtur. i. præsumitur præsumptione iuris, & de iure, quæ non admittit probationem in contrarium, de sponsal. is qui fidem. & male. t Aut hoc non dicit, nec protestatur, & tunc vult opinionem. Nam Ber. s. eo. c. proxi. glo. fin. non distinguendo inter habitum & habitum dicebat, quod ex quo per annum sine aliqua protestatione habitum portauit, in etate discretæ, præsumebatur præsumptione iuris & de iure ipso, lapsu anni professionem fecisse. Inno. verò dicebat in contrarium, dicens opi. Ber. fore veram vbi habitus probationis, & professionis sunt indistincti, quia si essent distincti, quantumcũque tempore quis portaret, habitum probationis, non cogere tur illam regulam profiteri, & idem not. abbas. s. eo. consulti. dicens se vidisse monachum, qui per 20. annos steterat in religione, & postea impetrauit literas apostolicas super suo egressu in quibus mandabatur stare suæ assertioni. t quod in animo non consenserat se ordini obligare. Tu verò distingue prout, decre. is qui. s. eodem. li. 6. videtur distinguere, inter illos, qui portant indistinctum habitum, & indistinctissimum, & distinctum. Primo casu. s. vbi est indistinctus habitus quo ad ipsos, & inter ipsos religiosos professos & nouitios, est tamen distinctio inter ipsos, & conuersos, & alios cum eis vitam communem ducentes, obligat ipsius anni post etatem, seu in etate discretionis, & inducit tacitam professionem, siue loquamur de illis, qui infra etatem discretionis, siue de illis, qui in ipsa etate discretionis, seu post ipsam religionẽ intrauerunt, vt in d. c. is qui. §. quod si totum. & §. qui verò. & ita potest intelligi opi. Ber. in c. proxi. In secundo casu, s. vbi est habitus indistinctissimus, hoc est quia professi & nouitij Deo obligati, mercenarij, ac etiam alij, cum eis communem vitam ducentes, si illi penitus habitu inducantur, refert s. m. Io. And. & Gen. in c. alle. eos. quicquid ibi dicat, C. de Monte lau. inter illos qui infra etatem discretionis religionem intrauerunt, quia tales, non obligantur religioni, nec intelliguntur tacite profiteri per lapsum anni, vt ibi in ver. nisi tanta. & illos qui post etatem, seu in etate discretionis, i. pubertatis religionem intrauerunt,

quia tales per lapsum anni obligantur religioni, vt in d. §. qui verò, ver. etiam & si alij degentes cum eis & c. licet. G. de monte lau. in c. alle. eos. dicat indistincte, quod vbi habitus est indistinctissimus lapsus anni non obligat indistincte, contra quẽ est expresse vericu. allegat. etiam si alij in §. allega. qui verò. In tertio verò casu vbi habitus est distinctus, refert inter distinctiõnem patentem, & latentem. t Nam in primo casu. s. quando habitus nouitiorum est distinctus patenter in colore, vel scissura, vel forma ab habitu professorum, tunc non obligat lapsus anni, vt in c. alle. eos. in. fi. & in hoc casu potest intelligi, prædicta opi. Innoc. fore verã. In secundo verò casu. s. quando est distinctus latenter, puta per benedictionem dato, q. alias vestes in aliquo non differant, vel habitus professorum datur in capitulo, habitus verò nouitiorum in choro, vel e contra, vel quia habitus nouitiorum datur ab vna persona professorum ab alia, vel vnus datur certis diebus, alius alijs, vel cum certa solennitate datur vnus & non alius, tunc obligat lapsus anni, vt in c. alle. eos. j. respon. quod verificatur per exceptionẽ, ibi sequentem. nisi & c. quia exceptio verificat regulam in ceteris non exceptis, vt l. & no. ff. de fun. instru. l. quæsitum. §. de niq. Neratius. & in corpore authenticorum de non ali. aut per mu. rebus eccle. s. vt autem colla. 2. & no. Gen. in extraua. Io. 22. execrabilis. §. nos autem. super verbo cuiuscunq. t Ex præmissis ergo nõ breuiter triplicem habitum nouitiorum, distinctum, indistinctum, & indistinctissimum. Item primum. s. distinctum duplicem habentem. s. distinctiõnem latentem, & patentem vt in d. c. eos qui in. fi. In habitu nouitiorum latenter, distincto vel indistinctissimo, dum modo talis indistinctissimus receptus fuerit ab adultõ, delatio per annum inducit tacitam professionem, & hoc indubitatum est. Delatio verò habitus nouitiorum patenter distincti vel indistinctissimi, vbi receptus fuerit ab impubere per lapsum anni non inducit tacitam professionem, licet illa decre. eos. j. respon. generaliter loquens videatur corrigere quod vltimo dixi de habitu indistinctissimo recepto ab impubere. Sed credo cum Io. And. G. & Gen. ibi quod illa decre. hoc non corrigat, sed q. sicut quod dicit illa decre. is qui. §. 1. ver. nisi tanta. & c. quod probat litera dil. la nouitiorum habitum in dicta decre. eos. quia iurium correctio quantum est possibile est vitanda. C. de inoffic. do. l. vna. j. de elect. cum expedit. lib. 6. Et quod statim dixi quod consensur professus remanendo ibi per annum, intellige continuum siue interpolatum, nam si aliquis ingressus religionem, infra annum exiit, si iterum eandem religionem ingrediatur, non habebit de nouo annum integrum, sed illud solum modo, qd restabat de primo anno, argum. j. de reg. iur. c. cum quis certus est. li. 6. & hoc nisi conditio personæ vel religionis mutata esset, & hoc tenet Bar. Brix. in q. dominicali, quæ incipit, aliquis intravit monasterium. & Io. An. in c. alle. cum quis. li. 6. & Gul. in Spec. rubric. de sta. mo. c. vnico. ver. 38. quæritur. quod dicit, vt dicam. j. de ver. signifi. quid per nouale. in. fi. t Sequitur quando dicatur professus, aliàs quam per annum, & tunc dicit, quod dicitur professus in casibus quos scripsi post Hostien. s. eo. s. p. per eo. & in casibus quos ponit. G. de monte lau. in d. ca. eos. glo. 2. dicens quod sunt certi casus in quibus non licet alicui, religionem dimittere. Primus est quando quis primo emisit votum alicuius religionis intranda delibetate, & postea per interuallum suscepit habitum ab illo, tamen qui habet potestatem aggregandi illi ordini vel domui, vt not. Inno. j. de fri. ca. fraternitatis. super verbo soleni. & sic de manu cuiuslibet monachi, vel super alt. ari. quo casu etiam sine aliquo lapsu anni, si suscepto talis habitus professorum vel communium vbi nõ est distinctio habituum, facit quem tacite statim perpetuum professum. j. qui cle. vel vou. c. meminimus. & ibi de hoc per Inn. Si verò vno contextu emisit votum, & solenniter recepit habitum animo dimittendi seculum, & de hoc plene constat, tunc etiam non poterit ipsum dimittere, vt s. e. consulti, & hic est secundus casus. Tertius est, q. expresse proficitur tria substantia etiam in habitu seculari, in religionibus non mendicantium. Quartus quando infra annum probationis suscepit habitum professorum scienter, & portauit ipsum per tres dies, sed hoc casu non obligatur præcise illi religioni, cuius habitus suscepit, sed religioni in genere, vt hæc duo probantur. j. eod. constitutionem. li. 6. Item quintus in casu decret. eos. extra. e. in cle. j. responso. in istis. n. casibus Papa fingit aliquem præcise consensisse matrimonio spirituali, & est præsumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, j. de spons. is qui fidem. secundum. G. in d. ca. eos. t Si quæris in tertio casu, quantum ad ecclesiam triumphantem, dic quod si quis

quis cum proposito seculum relinquendi, & religionem intradi, habitum suscepit, tale propositum æquipollet voto solenni, unde ingrediens obligatur irrevocabiliter hoc casu, & hoc voluit notare litera. j. de voto literaturam, quando dixit si plus non est in voto processum, vt no. expresse Host. ibi & hic, & s. eo. conf. tit. idem Arch. 1. 7. q. j. qui bona super verbo pdunt & 12. q. j. facimus super verbo potest. Idem S. Thom. & hoc idem videtur notare Inno. in d. c. literaturam. in fi. & Host. post eum, dicentes q. vbi deliberatione præcedente quis in mente proposuit continere, vel peregrinari, vel aliud de genere bonorum facere, illud explere tenetur, & si voto non expressit. 17. q. j. qui bona. sed ecclesia non cogit eum, nisi confiteatur, & eos ibi, & hoc etiam innuit ibi Ber. Unde si aliquis vult ire ad tale monasterium, & sic promittit, & firmiter proponit, vadit illuc, sed non recipitur, credit Hu. quod tenetur adire aliud, nisi illi enim interest, an ibi sit, vel alibi, ex quo regulæ monachali, subesse voluit, in iplo enim erat, vt fumeret vitam monachalem, ergo ad hoc se potuit obligare, sed non erat in eo, vt ibi sumeretur. Sed pone recipitur ibi esse in probatione, displice tibi vita monachalis, poterit ne abstinere a tali vita, dicit Hu. q. sic, si ignorabat asperitatem vitæ illius, argum. s. eod. super eo. Quid autem si non ignorabat, & sponte elegit illam vitam, & dum est in probatione displice tibi illa vita, iterum dicit Hu. quod non potest sine peccato recedere, quin sit ibi, vel in alio monasterio, sed monachi eum cogere non possunt, & Hu. qui hoc totum no. 2. 7. q. 1. proposito. Dicit etiam Tho. q. obligatio voti ex voluntate procedit, nam vouere voluntatis, est, vt dicit Aug. ad hoc. j. de voto licet. & c. magna. In tantum ergo fertur obligatio voti, in quantum se extendit voluntas, & intentio vouentis, si ergo vouens intendit se obligare ad ingressum religionis causa experiendi vel non remanendi, planum est & manifestum quod remanere non tenetur. Si autem in vouendo simpliciter de ingressu religionis cogitavit, absq. hoc quod cogitat de libertate exitus, vel de perpetuitate remanendi, videtur obligari ad ingressum, & formam iuris communis, quæ est vt ingrediens tenetur annis probationis. s. eodem, ad apostolicam, & vnde non tenetur perpetuo in religione manere. Si autem post votum tale penitens de voto intraret, tali intentione vt statim exiret, non videtur satisfacere voto suo, quia ipse in vouendo hoc non intendebat, & ideo tenetur mutare propositum, vt saltem velit experiri, an sibi expedit in religione remanere, non autem tenetur ad perpetuo remanendum, & Thom. & Archidia. qui hæc omnia a ver. vnde si aliquis vult ire. vsq. huc no. in d. c. facimus. super verbo potest. Idem no. frater Io. in sum. conf. tit. de transitu. de. q. 9. & cum prædictis satis concord. Ber. j. de voto & voti redem. ca. quod Dei timorem. in fi. vbi dicit q. per solam promissionem obligatur quis ad obseruantiam regularem, hoc etiam innuit illa dec. & Inno. ibi super verbo promissionem. & c.

- 1 Religiosi fugiunt quæstia monasterio suo cedunt.
- 2 Religiosi fugiunt secundum monasterium ingredientibus, quæstia cui monasterio cedant.
- 3 Religiosi de monasterio eiectionis quæstia, an monasterio cedant.
- 4 Religiosi quicquid acquirunt, monasterio acquirunt.
- 5 Religiosus fugiuntster reconciliatur.
- 6 Religioso fugiunt non debet monasterium de alimentis provide-re.
- 7 Religioso electo an monasterium de alimentis provideat.
- 8 Religiosi delinquentis disciplina in septem gradibus consistit.



Religiosi. Si quis nunquid, si religiosus aliquid acquirat monasterio suo, vel cui, dist. quia aut est monachus fugitiuus, qui per se exiit monasterium, non autem eiectionis vel expulsius, aut est eiectionis vel expulsius, aut nec est fugitiuus nec expulsius, sed in suo monasterio stans, & manens. In primo casu refert, aut talis fugitiuus non intrat secundum monasterium, aut intrat & monasterium. Si non intrat, tunc dicit, q. acquirat monasterio a quo exiit quandiu est in fuga, quantumcumq. tempore fuerit in fuga, dummodo confiter de monachatu, sicut & seruus qui est in fuga acquirat domino. ff. de acqui. pos. l. j. per seruum qui in fuga. & s. de offi. ord. quanto. nec est vis in tempore quo fuit in fuga, fed vtrum de hoc constet vel non, verumtamen de plano debet hoc expediti, & sine libello, quia non decet seruos Dei talibus strepitibus interesse. j. de accus. olim ex quo tamen conuictus fuerit, certum est quod monasterium quod exiit omnia vendicabit. C. de epis. & cle. l. vlti. s. huius autem perpetuum. & 13. q. 2. abbates. & Host. & Ioan. And. hic, & Host. in sum. tit. de apsta. s. qualiter. in fi. ver. sed qui acquirit. Idem Gof. in sum. tit. de apsta. s. quid de monacho. & frater Io. in sum. confess. tit. de apsta. q. 13. quid de his. & Io. An. hic. Et hæc vera de his que fugitiuus acquirit post ingressum secundi monasterij, sed de his que acquirunt ante. i. tempore apostasiæ, seu vagationis, dicit Gof. in sum. de apsta. s. sed quid si monachus. Quod si ingrediatur & monasterij de licentia abbatis sui, vel alius iuris autoritate, quæ sita vagationis tempore cederet, secundo monasterio, per iura. s. proxi. alle. Idem si sine licentia abbatis, & absque iuris autoritate ingrediatur, si monasterij primum ipsum negligat repetere vagabundum, quia videtur eum habere pro derelicto. ideo sibi non acquirat ad instar serui pro derelicto habiti, vt in iuribus. alleg. s. in versicul. quod verum quandiu & ff. de stipu. seruorum. l. quod seruus. alias si primum monasterium ipsum repetere non neglexit, sed repetit, & sibi acquirat per s. alleg. si monachus. de sancti. epi. & Gof. id. frater Io. in sum. conf. tit. de apsta. q. 14. quid si talis. & q. lequenti. & Host. in sum. de apsta. s. qualiter in si licet Tancre. & Bar. Brix. in q. dominicali. quæ incipit abbas, quidam cum capitulo teneant contrarium, in illo qui de licentia abbatis, & conuentus transfuit ad & monasterium, & qui medio tempore vagando aliqua acquirat, s. quod primo monasterio acquirantur, cuius semper remanet monachus, ante ingressum, cum plene non translatus per c. alleg. si quis iam translatus. & ff. de mili. testamento. l. ex eo. idem Spec. de statu mo. ver. 4. 1. & id. innuit Io. An. hic idem Io. & Archid. in c. illo abbates. & Inno. & Host. j. de priuileg. olim. 2. glo. & male in prin. & Archi. 12. q. 2. longinquitate. & j. de sent. excom. c. si iudex laicus. super verbo existat. lib. 6. Sed si iste fugitiuus promouetur ad aliquam ecclesiam, tenet Iaco. Bononien. canonicus in sua disputatione, q. acquirat intuitu ecclesiæ erunt ipsius ecclesiæ, s. de testa. cum in officijs acquisita intuitu personæ competunt monasterio, in dubio distinguatur, an a propinquis, an ab extraneis obuenerunt, vt in decre. requisisti. s. de testamen. & Io. An. hic, quod verum quandiu monachus fugitiuus, perseverat in fuga, si verò Abbas non vult recipere ipsum redeuntem, quod tenetur salua disciplina regulari vt hic, tunc dicunt communiter doct. q. si talis decesserit, & aliquid lucrû reliquerit, denegatur monasterio repetitio, ex quo malitiosè denegavit alimenta, argum. j. de infan. expo. c. vnico, vbi hoc tenet Ber. in glo. penul. C. de lati. li. tol. l. vnica. s. sed scimus. ff. pro derelicto. l. vlt. 87. dist. c. si expostus, quod admitti potest si in hoc totus conuentus delinquit, alias delictu personæ non debet in damnum ecclesiæ redundare. 16. q. j. 6. si episcopum. s. de excep. cum venerabilis. hoc not. Hostien. in summa. de infan. expo. s. fi. in fi. & frater Io. in sum. conf. tit. de apsta. q. 12. quid si Abbas. Et in hoc concordare videntur Tancredus & Bar. Brix. vt patet ex sequentibus. Si verò intrauit & monasterium, tunc refert & Host. hic & Io. An. post eum, aut recessit illicitiatus, aut licentiatus. Si illicitiatus tunc, aut intrauit latiore religionem, & tunc adhuc acquirat primo monasterio. s. eod. Ioan. præsertim quando non est negligens, in eum repetendo, alias forte secus, vt sequitur in ver. idem si sine licentia. Aut intrauit arctiorem religionem petita licentia, licet non obtenta iuxta. c. licet. s. e. & tunc acquirat secundo monasterio, per iura in sequenti membro. alleg. Si recessit licentiatus, tunc similiter acquirat monasterio secundo, quia nihil habet commune cum primo, argum. s. de renun. ex transmissa s. de paro. c. si. 2. i. q. 2. si quis iam translatus, sic intellige in auth

X literis Si quæris apud quem parentum, utrum apud patrem, vel apud matrem filius vel filia debeant manere, distingue. Aut est septennis, siue doli capax, & tunc suo iudicio est relinquendus, vt j. de delictis pub. c. j. Nam in talibus locum habet illud dictum euangelij Ioan. 9. c. & dicitur Au gustini. etatem habet de se loquatur, de con. dist. 3. cum pro paruulis. & arg. ff. de adm. str. tuto. l. j. nam nec tales coguntur baptizari. j. de iudæis sicut iudæi. 45. di. de iudæis. 23. q. 5. ad fidem. fm Hofst. hic in glo. hoc ideo. Aut est minor septimo, & per consequens non doli capax & tunc, sicut est vulgo quæritus, & tunc debet manere apud matrem, quia illa est certa. ff. de in ius vo. l. quia semper. & hoc satis patet. 3. de præsum. cap. afferte. vbi illa meretrices infantes suos vulgo quæritos penes se habebant, & non patres, vt meri o, quia cui pater est populus, non habet ille patrem, vnde & talem ipse mater alere debet. vt ff. de li. agno. l. j. circa prin. ibi ergo, & mater & c. Aut non est vulgo quæritus, & tunc aut ambo parentes viuunt, aut alter tm, aut nullus. Si ambo, tunc aut parentes simul cohabitant, & tunc debet manere apud eos, simul, quis. n. dicit lex ferat liberos a parentibus a fratribus forores, a viris coniuges segregari. C. communia vtriusq; iudi. l. possessio. de agri. & censu. l. diffinitus. §. illud. l. 10. cum cor. ibi alle. Aut non cohabitant simul, sed separatim propter adulterium carnale, vel spirituale commissum per alterum, vel quia non sunt coniuges, sed concubinarij, & tunc aut est verisimilis suspitio contra alterum ipsorum, p̄ intidetur vitæ ipsius pueri, siue vitæ corporis, siue vitæ animæ, quæ pretiosior est. 1. 2. q. j. præcipimus. c. de sacro. ecc. l. sancimus. la. pri. ma, & tunc non apud illum, sed apud alterum non susceptum manere debet. ff. de ven. inspi. l. j. §. apud eum, & hic, vbi propter suspitio nem matris iudæi filius est apud patrem educandus. & hoc dicit Ber. hic in gl. in fi. ibi. no. q. filius conditionem patris, vel matris conuersi ad fidem sequi debet, 28. q. j. iudæi. Cum quo concor. Inno. Hofst. Abb. & Io. An. dicentes q. si mater conuer sa esset, illi & non patri iudæo assignar. tur puer & baptizaretur, summa. n. est ratio quæ pro religione Christiana facit. ff. d. religio. & sumpt. l. sunt personæ. licet. n. fm Hofst. rō patrie ptatis faciat pro patre, iudæo, quia finaliter fatetur etiam patre iudæum habere in filio. cum in nostra ptate sint qui ex iustis nuptijs procreati sunt, in sti. de patria pote. in princ. iudæi verò iustas nuptias habent quod dic. j. de diuor. gaudemus. Pro matre tamen faciunt plures rationes. Prima, quia pater ne quam est. ff. de libe. exhi. l. 3. §. antepenul. Secunda, quia pater in fidiatur vitæ corporali & spirituali ipsius. Tertia, quia in hoc casu debet mulier reputari vir a virtute. 33. q. 7. quod propo sicuti. §. sed illud Ambrosij, habet ergo priuilegium viri, & vir ipsum amittat. arg. 1. 1. q. 3. priuilegium. Quarta, quia pater dat diuortii. causam, vt hic dicitur de matre. Quinta fauor fidei in hoc præcipuus, vnde Gregorius potuisset hic istam materiã, breuius expedire dicendo & plenius, si quis duorum coniugū ad fidem conuersus fuerit in infidelitate altero remanente, li beri infantes conuerso adiudicentur, doli verò capaces suo iudicio relinquuntur, & sic tenendum est fm Hofst. & Ioan. An. vnde secundum eos, siue filius sit maior, siue minor triennio, semper conuerso ad fidem est restituendus, dummodo nō sit septennis, seu doli capax, aut non est suspitio contra aliquem ipsorum, q̄ insidiatur vitæ ipsius, & tunc aut alter eorum est leprosus, & tunc apud sanum debet morari, nec inficietur, cū sit morbus contagiosus fm Goff. & Hofst. in summis suis, tit. de coniug. lepro. in fi. idem Asten. li. 8. tit. de bono fidei arti. 3. q. quid de filiis leprosum. de hoc etiam per Hofst. in summa hoc titu. §. qualiter conuersi. ver. quid iuris de prole. & idē credo eadem ratione, de quolibet alio morbo contagioso. argu. men. j. de ftatu mo. c. vlti. §. episcopi etiam. in fi. ibi quin eorū morbidam. & c. & de ecc. edi. c. 2. Aut non, & tunc aut parentes sunt coniuges, aut non. Si sunt coniuges, tunc de iure. C. filius minor triennio apud matrem debet al. maior verò triennio, apud patrem. C. de patria po. l. nec filium. C. de infantibus. ex po. l. 2. & j. de infantibus expo. c. vnico, & no. hic Ber. in gl. penul. & idem Spec. titu. qui filij sint legi. verfic. & no. q̄ vnde videtur. Mater alit filium triennio trino minore, maiorē tri no pascere patris erit. Hodie verò distinguit vtrum pater præ stitit causam diuortij, & tunc ali debent apud matrem, quæ non peruenerit ad secundas nuptias. Aut ipsa mater causam præ stitit, & tunc ali debent apud patrem vt C. de diuor. factio in auth. pater quæ est in auth. vt liceat matri & auæ. §. illud quo que. colla. 9. prout no. Ber. hic in glo. no. q̄ in fi. & Hofst. post eū

& Asten. li. 8. tit. de filijs. arti. 3. Quæ vlti. dist. pōt esse vera, qñ apparet quis eorum cām præstiterit diuortio, alias si non apparet tunc possunt habere locum iura. C. inter minorem & maiorē triennio distinguenda. Si non tunc coniuges, sed concubinarij, tunc tene distinctionem iurum. C. dummodo non sit ali quis parentum religiosus. tunc. n. non ad id ipsum in detestati onem religionis, & cum nihil habeat, j. de ftatu monachor. cum ad monasterium. §. fin. sed apud alterum ali & manere de beret. Et præmissa intellige qñ ambo parentes viuunt. Si verò alter tm, tunc apud illum superstitem, dummodo non sit su spectus de insidiando vitæ corporis, vel animæ ipsius manere debet, per l. alleg. possessio. num, & quia non est amor qui vincat paternum. c. de cura. fu. l. vlti. in prin. alias est in textu illo maternum. i verò effectus suspectus, tunc debet manere, apud illum, de quo defunctus pars ordinauerit, vt in §. alle. apud eum, vbi habes, q̄ ille infans de cuius vita mater superstes est suspecta, debet manere apud illum de quo pater defunctus ordinauit, si autem temere ordinauit, tunc iudex causã cognita. 8 per hoc providebit, vt in §. ibi, sed si autem parens nihil. Tē quitur qñ ambo parentes sunt mortui, & tunc dic. vt Ber. hic in gl. no. q̄ mortuo. Et si velis scire q̄ parentes liberos alere te neantur, vide per Ber. & Hofst. j. de eo qui duxit in matrimo nium, quam pol. per adul. cum haberet, & per Hofst. in sum. tit. de infantibus. expo. §. qui parentes. & §. præceden. Et no. fm Hofst. hic, q̄ regulariter pater tenetur alere filium. ff. de li. agnoscen. l. si quis a lib. in princ. C. de alen. d. liberis a paren. l. 3. & fi. Sed hoc fallit in casibus. Primo, in minore triennio vi uente matre & superstitē, vt hic. & C. de patria po. l. pen. Secū do, si filius habet artem, aut aliud vnde viuat. ff. de liberis agn. l. si quis ali. §. sed si filius. & §. alimenta. Tertio, vbi pater inops est, & mater diues. ff. de lib. agn. l. pen. in auth. vt liceat ma tri & auæ. §. illud colla. 9. Quarto, vbi patrem detulit vel a ccu sauit, vt in d. l. si quis ali. §. item iudex. Quinto si contra patrē causam ingratitudinis commisit. C. de alen. liberis a parentib. l. si patrem. de episcopis & cleri. in authen. si captiui. Causæ aut ingratitudinis determinantur & numerantur in authen. vt cū de appel. cog. §. causas. col. 7. Sexto, in liberis natis ex incestuo so coitu, quod dic. j. de eo qui duxit in matrimonium. c. cum haberet. in fi. fm Ho. hic. & Io. An. ibi & de quibus Ber. ibi ponit quatuor casus. Sed quod dicit de isto sexto casu, intellige verum de iure ciuili, secus verò de iure canonico, vt ibi nota. Ber. in glo. fi. in fine. & Hofst. post eum, & vide quod dicam. j. de iudæis, c. sicut iudæi.

¶ De voto & voti redemptione. Rubrica.

- 1 *Votum diuisio.*
- 2 *Votum quodlibet Papa commutat dummodo sit voluntarium.*
- 3 *Vota quæ ab episcopo commutari possunt.*
- 4 *Vota prælati non commutat.*
- 5 *Vota necessitatis a nullo commutenda.*
- 6 *Votum omne cum religionis ingressu commutatur.*

De peregrinationis. Si quæris vtrū & qualiter, & per quem vota possunt redimi vel commutari, & pro eis dispensari, distingue quia. ¶ Quædam sunt vota voluntatis, & quædam alia necessitatis. Vo tum voluntatis dicitur illud quod quis ab initio voluntariē emittit, & ad quod quis ante votum non tenebatur, sed post votum altringitur, sicut est votum continentia, abstinentia, peregrinationis, & idem in omnibus illis quæ ante emissionē voti possunt fieri, vel non fieri, fm Ray. hoc tit. §. 3. & Goff. hoc ti. §. votorum. & Hofst. hoc tit. §. quod sunt species. & de his dicitur in Psalmo, vouetē & reddite Deo. glo. j. si vouetis reddite Deo, vt sit primum ad consilium, secundum ad impe rium referatur infra eodem magnæ. §. primo. Votum necessi tatis dicitur illud, q̄ quis emittit, & promittit in baptismo, vt abrenuntiare Sathana, & pompis eius, tenere fidem, seruare decalogum, & alia sine quibus fides non est, de con. dist. 4. c. pri ma. j. q. t. c. si qui. §. ecce cum honoris. Vnde cū hō peccat post baptismū dupliciter reus ē, & quia peccat in eo q̄ committit, & quia votum puaricatur, non tñ tanq̄ pro duob. mortalibus pnia indicitur, sed tanq̄ pro vno circumstantia trāsgressiois ag grauato. Aut ergo q̄ritur de voto voluntatis commutādo, vel redimēdo, & tūc, aut q̄ris de Papa, aut de epis, seu diocesanis, aut de alijs inferiorib. platis. Si de Papa tūc dic. q̄ auctoritate illi pōt quodlibet votū voluntariū q̄mutari, vt redimi, & votū traf marinum

marinum quod ad potestatem ipsius solius noscitur pertinere, vt j. eo. ex multa. j. responso. in fi. & quod de mādato ipsius solius remittitur, vel differtur vel redimitur, & ipse de hoc in terpretatur j. eo. c. proxi. & c. non est. & quatuor. c. sequentib. & c. h. vt no. Hofst. hic, & in summa eo. tit. §. qualiter. ver. quā uis. & ver. fi. & idem putat in voto crucis cuiuslibet, quia ad ipsum pertinet de talibus iudicare, vt ipse not. in d. §. fi. Sed de talibus votis voluntarijs excipitur votum continentia, quod nec redemptionem nec ponderationem seu compensationē recipit secundum quosdam, quia secundum Salomonem Ec clesiastici. 26. non est digna ponderatio animæ continentia: & nuptia replent mundum, virginitas Paradisum secundū Am brosium. 30. q. 1. nuptia. & abiq; virginitate, puritate, continen tia, castitate, omnia opera imperfecta sunt, secundum Hiero nimum. 30. q. 5. tunc saluabitur, & castitas sola est quæ potest cum fiducia deo animas præsentare, in auth. de leno. §. sancimus. colle. 3. nullam autem commutationē dabit homo pro anima sua, quæ etiam omnibus rebus præciosior est. 24. q. 3. si habes. & arg. 1. 2. q. 1. præcipimus. ideoq; nec Papa potest super hoc dispensare, vt expressè legitur j. tit. 1. cum ad monasteriū. Et hanc op̄t. tenuerunt vin. tana. al. phi. & Ber. hic in gl. fi. & Io. Hu. & Archi. 32. dist. de illo. & Arch. 27. q. 1. nubendi. & Io. 25. q. 1. sunt quidam. & vin. 3. de cle. coniug. cum olim. vt no. Ber. ibi in gl. 2. ver. si. vin. dicit. & c. Gof. ibi. & idem ob. in scrip. su per quarto sententiarum. Alij dicunt q̄ Papa potest ex magna causã dispensare in hoc, puta si aliquis rex Saracenorum cū to ta terra sua offerret conversionem suam, si aliqua sanctimonia lis offerretur sibi in vxore, & hi probabilius dicunt. cum. n. votum simplex non minus obliget apud deum quam solēne, vt no. Hofst. in summa eo. tit. §. quot sunt species. ver. hic tamē qua ratione potuit Papa facere constitutionem, q̄ si simpliciter vouens contraheret matrimonium teneret, quod nec primi negant: eadem ratione possent hoc facere & de solenni, quia solennitas de cōstitutione ecclesiæ est, nec est de substantia vo ti, vt no. plene Hofst. in §. alleg. qualiter. ver. sed & de votis. & istam opinio. tenent Inno. & Hofst. in calle. cum ad monaste rium. vbi vide quod dicam & Hofst. hic & in summa eo. tit. §. qualiter. & §. penulti. & j. qui cle. vel vo. c. rursus. idem beatus Tho. in scrip. is super quarto sententiarum. Nec ob. illud Ec clesiastici. 26. non est digna ponderatio animę continentis, quæ illud intelligitur de spirituali continentia, per quam quis abli neri a peccatis, quod patet, quia non dicit carnis continentia, sed animæ continentis: vnde in Hieronymo. c. 4. dist. is verè continens est qui vniuersa membrorum officia malis affecti bus subtrahit, & cogitatum a tota nequitia compescit, secundum Io. An. Item non obstat quod dictum est, q̄ nullam com mutationem potest dare homo pro anima sua, quia hoc fa teor, sed non dico, q̄ talis animam suam amittat: nam & qui matrimonio legitimè vtitur castē viuat. 31. dist. nicena, nec prohibetur iste contrahere lege diuina sed canonica tantum, vt no. 1. qui cle. vel vo. c. veniens. & per Inno. in calle. cum ad monasterium. vnde matrimonium nō trahet monachum de monasterio, sed dicit voluntas, & charitas, & bonum obedien tia: ac domini Papæ potestas, quia quod facit deus facit. 3. de transla. episcopi. c. 1. secundum Hofst. in calle. cum ad mona sterium. & in hoc concor. Io. 25. q. 1. c. quæ ad perpetuam. gl. 1. in fi. dicens quod de continentia sacerdotū bene potest Pa pa dispensare: idem Lau. ibi. & Bar. Brix. in calle. de illo. 32. di stin. & in calle. sunt quidam. 25. q. 1. & concordat quod no. Ar chid. 84. distin. cum in præterito. ¶ Si quæris de episcopis seu diocesanis, tunc dic quod auctoritate diocesanī ex cuius ar bitrio omnia vota voluntatis dependent, & redimi & commu tari possunt, præterquam in casibus exceptis. j. verfic. episco pus. debet autem superior ipse considerare qualitate personæ, & causam & qualitate, & quantitate commutationis, vt ex hoc colligat un recompenratio melior sit, & deo magis placita & accepta, vt hic debet etiam considerare causam pro per quam votum emissum est, nā ea cessante cessat effectus, j. eo. magna. in fi. In voto etiam peregrinationis sic faciēda est redemptio, vt expensæ quæ fierent in eundo, morando & redeūdo, ad alias pias causas erogentur, & vt labor itineris ieiuniorum, vigiliarum & orationum laboribus compensentur j. eo. magna. §. pen. ad fi. & c. quod super his. Sed & in voto tran smarino consideranda sunt, quæ habentur j. e. quod super his, §. pen. & fi. & c. ex multa. §. 2. quæ sunt illi. & §. fi. in fi. vt not. ple nē Hofst. in d. §. qualiter. in prin. vsque ad ver. si. patet. ¶ Si quæ ris de alijs prælati inferioribus episcopis, tunc dic quod nul lus inferior episcopus dispensare potest in votis, vt probatur

in eo quod le. & not. j. eod. magna. 3. de offi. Archi. c. 1. de Ar chipre. c. vlti. j. de exce. præla. c. accedentibus. in fin. nisi for san. hoc habeat per priuilegium speciale, vt in c. accedentib. in fi. secundum Hofst. hic. ¶ Aut quæris de votis necessitarijs, & talia nullo modo possunt redimi vel commutari, vel super eis dispensari. eo. c. magna. §. cum igitur. & de vsuris super eo, quæ non est commutatio vel dispensatio contra deum. 25. q. j. sunt quidam. 15. dist. sicut. 1. 1. q. 3. qui resistit. quia nec omitti possunt sine peccato mortali, vt plene no. Hofst. in summa eo. tit. §. quot sunt species. & §. in quibus. licet Papa possit verba sacra scripturæ interpretari, vt 3. de testi. c. licet. 1. Dic ergo bre uiter secundum Hofst. & Io. Andr. post eum hic, quod Papa in omni voto voluntario dispensare potest, etiam in voto conti nentia: ex magna causã, licet aliqui contra vt no. in calle. cum ad monasterium. Episcopus autem in omni voto voluntario dispensare potest, excepto voto crucis siue transmarino. infra eo. ex multa. & excepto voto continentia: arg. 32. q. 1. nup tia. & q. 5. ille. & q. 5. c. 1. & exceptis alijs substantialib. & spe cialibus regulis j. eo. cum ad monasterium. in fi. nullus autem inferior dispensare potest in votis. Votum autem necessariū, nullam compensationem admittit, & hoc teneas licet super redemptione votorum sint quatuor opiniones, vt not. per eū in summa eo. tit. §. vtrum & per quem. Hoc autem certum est quod vota & commutari, & redimi possunt, ex causa tamen, j. eo. magna. §. cum igitur. sine qua. f. causa nec dispensatio fieri debet. 1. q. 7. nisi rigor. & c. tali. f. 2. q. 1. c. ias secundum Hofst. hic & j. eo. scripturæ. vbi dicit & idem ibi Goffr. & Ber. quod sine causa facta dispensatio, & si in iudicio corporis illi cum quod dispensatum est detur exceptio, argu. ff. de furtis inter omnes, §. pen. in iudicio tamen animæ datur dñatio maxime dispen sati. 9. q. 3. aliorum. sed & recipienti dispensationem maxime si ad postulationem ipsius vouentis dispensatio sit obtenta, ar gum. ff. quod quisque iur. l. 3. de qua materia vide per Inno. 3. de renuncia. cum inter j. de sta. mo. cum ad monasterium. glo. nisi ex causa. & in Spe. tit. de dispensatione appellari in fi. & per C. de mon. lau. in extr. tra. Io. 22. ex. ex. c. rabilis. glo. 2. de quo dicā in calle. cum ad monasterium. ¶ Omne etiam votum potest commutari cum ingressu religionis. j. eo. scripturæ secundum Hofst. hic in summa eo. tit. §. qualiter. & §. vtrum & per quem. & de hoc per Ray. in summa eo. tit. & per Gof. in summa eo. & per fratrem Io. in summa cō. hoc titu. q. 70. vtrum in votis tribus se, quæstionibus. Item no. secundum Tho. super quarto sententiarum, secundum fratrem Asten. hoc tit. artic. 9. quod si quis vouit diuersa vota, si vnum est alteri cōpalsibile, vtrum que debet seruare, nisi forte commutet sibi votum præcedēs in melius sequēs, pro hoc j. de spon. com missum. Si vero vnū sit incompenabile alteri, debet maius seruare, & de minori ad arbitrium prælati satis facere.

- 1 *Votum impubertatis post pubertatem ratificatum adimplendum.*
- 1 *Voto impubes non obligatur.*

Entientis. Si quæris vtrū impubes possit vo uere, distingue. ¶ Aut votum per eū emissum in impubertate postea pubes factus ratum habuit, & tunc tenetur illud adimplere, ita po test intelligi illud. c. arg. etiam pro hoc. 3. de regulari. significatum. & c. sicut. & c. cum te. & c. cum scimus eo. tit. c. is qui lib. 26. ¶ Aut pubes factus ratum non habuit, & tunc non obliga tur etiam cum auctoritate patris. ff. de verb. oblig. l. vlti. §. 1. in auth. de sanc. episcopis. §. interdicimus autem colla. 9. secundum T. & Ber. & Hofst. in summa eo. tit. §. quis vouere possit. & hæc vera in voto voluntario, secus credo in necessario, de quo. 3. distinctione prima. Et de ista materia vide quod no. Ray. in summa eo. tit. §. 7. idem impubes & c. frater Io. in summa con. eo. tit. q. 30.

- 1 *Votum rei illicitæ non valet.*
- 2 *Votum iniuriatur, confirmatiuè, & consumatur.*
- 3 *Voti definitio.*

Literaturam. Si quæris quod votum factū deo valeat, & obliget vouen tem, & quod non, distingue. ¶ Aut sit votū seu promissio male seu illicitè rei faciendæ, vel non facien dæ, & tale votum seu promissio non valet: nam in malis promissis rescinde fidem: & in turpi voto, muta decretum. 22. q. 4. in malis. & in talibus magis placent deo transgressores quā obseruatores, etiam si interuenerit iuramentum, in auth. sce nicas mulieres non solum si fidei iussores præsentent & c. in rubro & in

& in nigro collatio. 5. Aut fit votum seu pmissio alicuius rei licite faciendae, vel non faciendae, vt professionis alicuius religionis approbate a sede apostolica, vel peregrinationis, vel ieiuniorum, & tunc refert. Ad cuius evidentiam est notandum secundum Abb. hic, quod votum dicitur initiari, confirmari, & consummari. Votum est initiatum, cum propositum tantum in animo feminatur, & ex tali quo ad deum vel ad ecclesiam nullus remanet obligatus, vt hic est casus. Confirmatum dicitur quando super proposito deliberatur, & ex tali quis quo ad dominum est obligatus, & in foro poenitentiali est ad executionem modis omnibus inducendus, vt 17. q. 1. qui bona secundum Abb. non tamen ad hoc esset per ecclesiam compellendus, quae non iudicat de occultis, 32. q. 5. Christiana, j. de simonia sicut tuus. & c. de Consummatione dicitur cum proposito deliberatum ore exprimitur, & ex tali quis est obligatus, nedum quo ad deum, sed quo ad ecclesiam militantem, ita quod ad executionem voti per ecclesiam compellitur, j. c. per tuas. & facit bene ad hoc quod no. j. eo. c. vlti. in glo. vlti. secundum Abb. Et de istis duobus vltimis votis. s. de confirmato, & de consummatione, potest intelligi diffinitio quam ponit Host. in summa. eo. tit. 5. j. & Goff. in summa. eo. tit. 5. votum. & Card. j. eo. in rubr. lib. 6. dicentes quod. Votum est alicuius rei licite faciendae, vel non faciendae cum deliberatione animi, deo facta sollicitatio, quam diffinitionem exponit vt ibi, vel secundum Inno. c. j. de regularibus ad nostram & G. j. de sepul. c. 1. super verbo vouendum. lib. 6. Votum est conceptio animi deliberatione firmata, vel dic. quod est alicuius boni cum deliberatione facta promissio. 27. q. 1. de viduis. 2. secundum Rayn. & Goff. idem. G. j. eo. c. v. nico. lib. 6. Prima diffinitio communis est voto, per sensibilem locutionem expressio, siue tacito per locutionem interiore tantum. Secunda conuenit voto tacito, quod fit deo per locutionem interiore tantum, illa vero diffinitio quam ponit magister sententiarum. lib. 4. dist. 38. scilicet. Votum est testificatio quaedam promissionis spontanea, quae deo, de his que sunt dei fieri debet. conuenit voto per sensibilem locutionem expresso. Theologi sic diffiniunt Votum est conceptio melioris propositi cum deliberatione firmata. & haec est diffinitio voti taciti. Licet etiam votum fiat sanctis, tamen fit eis propter deum, secundum Pe. se Ray. in summa. eo. tit. in prin. dicit quod. Votum est alicuius boni cum deliberatione deo facta promissio. si. n. fiat de re mala, vel etiam bona, sine deliberatione non obligat. 22. q. 4. in malis. & in his concordat frater Io. in summa. con. eo. tit. q. 1.

- 1 Votum quale emittat episcopus.
- 2 Votum quale clericus emittat.
- 3 Votum quale monachus emittat.
- 4 Votum quale impubes emittat.
- 5 Votum quale filiusfamilias emittat.
- 6 Vxor sine viri licentia non ieiunet.
- 7 Votum peregrinationis an coniunx sine altero coniuge emittat.
- 8 Votum carnalis debui, an coniunx, siue alterius coniugis licentia emittat.
- 9 Votum quale seruus emittat.
- 10 Votum patris pro filio aegrotato, si liberatur ab infirmitate factum, an validum.
- 11 Simonia committitur cum intercedit pactio inter deum & hominem.



Criptura Ad breuem expeditionem glori. Inn. hic quae incipit irritatur, & c. si quis quis potest vouere: & quis non potest. Dicitur quod quilibet regulariter nisi prohibeatur, vt eod. c. licet in principio. Prohibentur autem quaedam persone, quae quo ad votum emittendum non habent liberam voluntatem, sicut episcopus, clericus, monachus, impubes, vxor, seruus, de singulis igitur videamus, & primo de episcopo circa quem distinguitur. Aut quis vtrum possit emittere votum per quod dissoluitur vinculum matrimonij quod est inter ipsum & ecclesiam sponfam suam, vt votum religionis, & dic quod non, vt s. de regularibus licet. Illa semper regula de renuncia. nisi cum primum in fine, quod verum, nisi auctoritate Papae: quod qualiter intelligatur, plene notatur per Host. in summa de translatione episcopi. s. cuius auctoritate. Aut vtrum possit emittere votum per quod non dissoluitur vinculum matrimonij, quod est inter ipsum & ecclesiam sponfam suam, & tunc. Aut quis vtrum possit emittere tale votum per quod ecclesiae sponse suae graue praedictum fiat, & dic quod non. s. de iure.

uir. sicut. de preca. c. 2. vnde non potest votum peregrinationis emittere, per quod ipsum ab ecclesia oportet absentare sine licentia generali, vel speciali Papae. j. eo. magna. s. verum a. tit. vt notant Inn. & Host. hic, & Hostiensis in summa. eo. tit. s. quis vouere possit. Aut quis vtrum possit emittere tale votum, per quod non fiat graue praedictum ecclesiae sponse suae, vt votum abstinentiae, & eleemosynae temperatae, & dic quod sic, arg. 8. q. 1. clemens. & s. de testamentis relatum. 2. s. licet autem. & breuiter quodlibet votum potest emittere, per quod bonum exemplum praebat, quia ad hoc tenetur. j. cod. magna. s. 1. s. de sacra vncti. c. vnico. s. ad exhibendum. 1. Secundo de clerico, circa quem refert, aut vult votum peregrinationis emittere, vel aliud per quod oportet ipsum relinquere ecclesiam suam, & non potest sine licentia superioris de consec. dist. 5. non oportet. j. eo. magna. s. veru. s. de renuncia. ad mouer. nisi forte voueat religionem intrare, in quo quidem casu sufficit petere licentiam, vt in allegato licet, & intellige de clerico beneficiato. alius. n. possit vouere. sicut & laicus, secundum Host. & in hoc concordat Ray. in summa titulo de impedimento voti. s. 2. ver. clericus. & frater Ioannes in summa confes. eo. tit. q. 2. an clericus & c. Tertio de monacho, circa quem subdistingue, vt statim de clerico dictum est, nam non potest aliquod votum facere per quod ipsum sine licentia abbatis claustrum exigere oportet, argumentum. 16. q. 1. si cupis. & c. placuit. 2. nisi ad aliam religionem arctiorem transire velit, quod potest, licentia petita, licet non obtenta, vt in allegato licet. Item nec votum abstinentiae singularis, nec peregrinationis potest emittere: nec aliud aliud regulariter: & si hoc fecerit sine licentia abbatis non debet exigi: ne fit fratru scandalu, quibus se debet conformare, vel ne detur ei occasio euagandi. 20. q. 4. c. 2. & 3. argum. 4. dist. qui quis. 16. q. 7. in noua. s. de elec. cum causam que. quod si votum emisit antequam monasterium intraret, dicas idem, s. quod sine licentia abbatis ipsum exequi non debet, argum. 33. q. 5. voluit. vbi hoc notat Ioannes. j. de clerico non ordi. mi. c. 2. de eo q. furti. ordi. rece. c. 2. de senten. excom. cum illorum. s. nos tamen & praecedentem idem notat Bar. Brix. in quaestione dominicali, quae incipit quidam fecit votum in fine: nam & omnia temporalia vna vide tur mutasse, in religionis obseruationem, vt hic. Si tamen talis primo votum temporale adimpleret, & postea ad religionem migraret, tutius videretur, quia tunc vtrunq; adimpleret, arg. j. eo. per tuas. & melius j. de spon. commissum. Si autem monachus vouerit dicere vnum psalterium, vel psalmum, vel aliquam aliam orationem, vbi nihil mali potest contingere, seruet votum, secundum Innocentium & Hostiensem hic, & idem in hoc Archid. 34. q. 2. admonere. in gl. adde, intellige cuius voti & c. quod dictu de voto peregrinationis potest intelligi fore veru, etiam in voto transmarino, quia in hoc voto non inuenio eos priuilegiatos, nisi forsitan ratione officij praedicationis, vt notatur hic, & j. eo. per tuas. secundum Hosti. j. eo. c. si. & in summa eo. tit. s. si quis vouere, veru. monachus. & his que sunt dicta de monacho concordat Raynerius titulo de impedimento voti. s. 5. veru. potest autem. & Thomas in summa argum. 8. veru. c. 3. vbi dicit Thomas, quod religio subditus est praetato quantum ad suas operationes secundum professionem regulae, ideo quamuis aliquis ad horam aliquid facere possit, quando ad alia non occupatur a praetato, quia tamen nullum tempus exceptum est in quo praetatus non possit eum circa aliquid occupare, ideo nullu votum religiosi est firmum, nisi sit de consensu praetati: idem frater Ioannes in summa confes. eo. tit. 26.

4 vtrum monachus vel religiosus & c. Quarto de impubere, circa quem refert, aut quis de voto religionis, & illud non potest emittere etiam de tutoris vel patris auctoritate, vt s. de regularibus. c. 2. & ibi dixi j. de regularibus. c. is qui. lib. 6. Aut de alio voto & tunc, aut sine tutoris vel patris auctoritate, & non obligatur, alias sic. 20. q. 2. c. 1. & 2. Sed quid dices de filiosam. pubere, nunquid potest vouere, dic quod de voto religionis planum est quod sic, vt legi. & notatur in allegato 2. s. de regularibus, & eo. tit. is qui. lib. 6. & per Hosti. in summa de regularibus. s. & vtrum. veru. item minor quatuordecim annis. & sequentibus. & s. fi. De alio vero refert, vtrum est tale votum per quod dissoluitur patris potestas, & tale non potest emittere ad instar vxoris, monachi, & serui: tales. n. personae sui iuris non sunt j. de sent. excom. mulieres. & expressu dicit lex, quod non potest vouere, sicut nec impubes, nec seruus. ff. de pollicitatione. l. 2. s. 1. Aut est aliud, & tunc aut est tale per quod grauius praedictaretur patri potestati, vel pater interim scandalizaretur, & tunc non debet inuito patre obseruari, & est ratio quia non est voluntatis suae, cum nec in hoc habeat liberum arbitrium, cu patri obligatus sit iure patriae potestatis: sed excipit peregrinationem voti transmarini, arg. j. eo. ex multa. s. quod autem. & c. & necessarium & inuitabilem, vt sit a canone per sedem apostolicam absolueudus, arg. j. de sent. excom. relatum. 1. Quinto de vxore, circa qua refert. Aut quis vtrum nunquid possit abstinere, vel ieiunare, vel religionem intrare absque licentia viri, & dic quod non: imo si ante matrimonium contractum votum abstinentiae emisit, non debet inuito marito illud adimplere: sed si de licentia viri votum emisit ab initio idem erit, quia in talibus semper debet obedire marito, licet maritus peccet id quod concesserat prohibendo, 33. q. 5. noluit, & c. mani festum. Et idem intelligitur quidam de viro vouente, quia non ad impariam iudicatur, 32. q. 1. si quis vxorem. & q. 1. praecipit. & c. Christiana. & hoc tenet Bar. Brix. in d. q. dominicali quidam fecit votum. Alij dicunt quod in voto abstinentiae vir superior est, quia caput, vt eadem quaestione mani festum. & c. haec imago. & c. cum caput. quod concedas, nisi per huiusmodi votum fieret circa carnale debitum praedictum mulieris, ita le. n. seruare non possit muliere inuita, quia nulla obstat exceptio in hoc casu, infra de coniugio leproforum quoniam. & secundum Apostolum, vir non habet potestatem sui corporis sed vxor, vt supra de conuersione coniugatorum quidam. in fine secundum Hugo. & Hosti. Aut queritur de voto peregrinationis, & tunc aut alio ab vltimario, & tale non potest vnus siue sit maritus siue vxor facere sine consensu alterius, argum. 27. q. 2. si tu. 33. q. 5. quod deo pari. Aut de voto transmarino & tunc, aut queritur de marito, & ille potest vouere praeter voluntatem vxoris, vxor tamen vt contentat est attentius commendanda j. eo. ex multa. s. quod autem. & quae non vult remanere sequatur virum suum, j. eo. quod super his in fine. Aut de vxore, & viderit quod possit, quia non ad impariam iudicatur, sed contra quia vir est caput mulieris, vt supra dictum est, solutio puto secundum Hostiensem quod votum potest emittere etiam inuito. Vtrum autem possit exequi eo inuito, distinguendum videtur, vtrum sit suscepta vel infamata, vel nimis iuuenis, quo casu personaliter non exequetur. & sic intellige quod dictum est, supra. s. quod vir est caput mulieris, vnde & in vita & in morte debet sequi virum suum, non vir ipsam, 13. q. 2. vnaquaque. si. n. vult ire sine viro suspecta est, quia mulier fragilis est: & sicut dicit Ouidius casta est quam nemo rogauit, & ablit vt ab ecclesia talis compensatio admittatur, j. de vsuris super eo. Quid ergo faciet, redimat votum cum & ad eundem & ad pugandum inhabilis iudicetur, infra eodem quod super his. s. rursus. vel vetus sit & matrona, bona fame, & tunc vadat, nec etiam votum redimat, si multos possit secuducere bellatores, quia tunc est eadem ratio in vxore quae & in viro, ergo idem ius. C. de liber. praeter. l. 1. ad leg. Falci. l. fin. de constit. pec. l. fin. in fi. j. eo. ex multa. s. quod autem. & videtur expressum j. eo. quod super his in fi. argum. ad hanc distinctionem, supra de conuersione coniugatorum. cum sis. & c. vxoratus. vt hoc notat Hosti. j. eod. ex multa. s. quod autem. & in summa eo. tit. s. quis vouere possit, veru. nunquid ergo & vxor, cuius opinionem ponit Astenfis lib. 8. titu. de bonis fi. dei. arti. 2. quaestione vtrum possit copulam. vbi dicit postea quod Thomas dixit in quadam quaestione de quolibet, quod si vxor sit talis quod sequi non possit propter aliquod impedimentu legitimum, & de eius incontinentia timeatur, non est viro consulendum quod crucem accipiat & vxorem dimittat, secus si continere voluntarie proponat, vel velit & possit sequi virum suum. Albertus etiam dicit super quarto sententiarum, distinctione 37. quod qui timet probabiliter periculum vxoris futurum, melius facit non peregrinando etiam peregrinatione terrae sanctae: ratio huius est secundum Thomam ibidem, quia necessaria non debent praetermitti propter ea quae sunt propriae voluntatis, necessario autem imminet viro gerere cura vxoris, quia est caput eius prima, ad Corinthios vnde cimo, & 33. q. 5. cum caput. sed crucem accipere est voluntatis; ergo & c. Quid iuris de muliere fatue curialitatis, quae multos possit habere inhoneste tamen bellatores, vide per Hostiensem in c. allegato q. super. in fine, vbi dicit quod nisi se corrigat, nec ipsam nec bellatores tales approbat vel admittit. Aut queritur de voto carnalis debiti non petendi vel non reddendi, & tunc dicit Attenfis, vbi supra, quaestione vtrum post carnis copulam secundum aliquos quod post carnis copulam vnus coniugum sine consensu alterius vouere potest quod debitum non petat, non autem potest vouere quod non reddat, quia in primo vterque est sui iuris, sed non in secundo. Alij vero dicunt, quod neu

trum potest vnus sine consensu alterius vouere, quia si alter nunquam peteret debitum ex hoc matrimonium onerosum alteri redderet, dum oporteret semper cum consensu debitorum petendi subire, & haec est opinio Thomae. Prima vero est venen. Petri de Daranchis, & Raynerij, & secundum Ricardum securior est & communior: non. n. ex hoc quod alter vouet non petere redditur matrimonium alteri magis onerosum, sed magis leue, quia reddere debitum est sepe poenale quo ad reddendum debitum, qui vouet remanet in seruitute, & alius efficitur liber. Et vtrum coniunx dans alteri coniugi licentia vouendi, possit illam postea reuocare, vide plene ibi per eum in quaestione vtrum coniunx. & vtrum coniuges in seculo remanentes possint se licite abiurare, & perpetuum continentiam promittere, vide ibi in quaestione sequenti vtrum coniuges. & per Bernardum & alios supra de regularibus veniens, & dixi supra de iureiur. tua nos. Et sexto de seruo, circa quod distinguere. Aut queritur vtrum potest emittere votum religionis, & dic quod non sine domini voluntate, 54. distin. si seruus sciente, & argum. j. de senten. excom. mulieres. Aut vtrum possit emittere votum peregrinationis & tunc idem. Aut nunquid possit ipsum votum peregrinationis exequi, & dic idem nisi quando necessaria est peregrinatio, ut j. de senten. excom. relatum. & quod supra dictum est de filiofamilias: hic de seruo, intelligas repetitum cum fortius quam patri filius, seruus dominus sit attractus, ista sumi possunt ex his quae notant Inno. & Hosti. hic, & plenius Hostiensis in summa eo. tit. s. quis vouere possit. per totum, & Raymundus in summa sua tit. de impedimento voti. s. 2. & frater Ioannes in summa confessionu eo. tit. q. 34. Quarto etiam generaliter, ubi etiam ipse frater Ioannes dicit, quod sicut dicit Thomas in summa arti. 8. nullus potest se firmiter obligare ad illud quod est in potestate alterius, sed solummodo ad id quod est in potestate sua, quicunque autem subiectus est alicui quantum ad id in quo ei subiectus est, non est suae potestatis facere quod vult, si defendat ex voluntate alterius, & ideo non potest se per votum firmiter obligare in his in quibus alteri subijcitur, sine consensu sui superioris. Sed quid dices de Abbate, dicendum secundum Hostiensem hic quod sicut monachus in talibus est attractus Abbati, ut supra notatur, sic & Abbas Episcopo, ut 17. q. 2. Abbates per humilitate religionis & c. c. Abbatis. q. 3. distin. a subdiacono usque ad lectores & c. nulla ratione. & j. eo. magna. s. vtrouuerfi. cum. n. adhuc tamen videtur excipiendum uotum transmarinum, j. eo. c. si. secundum Hostiensem hic. Et nota secundum Innocentium hic quod tale votum, si filius meus liberabitur offerat tale pallium, uel ibo ad sanctu Iacobum, est illicitum, quia intendit a deo uel alio sancto emere sanitatem, quod esset simoniacu prima quaestione prima, qui studet liberaliter ergo quisque offerre debet, & postea precibus per sanitatem uel quous alio supplicare, 1. q. 1. duces. alias iudices. & 1. q. 2. quampio. 28. distin. caue. 34. distin. c. fi. Nec per hoc dicitur conditiones in uotis reprobandas, nisi simoniaca essent, qualis est praedicta, uel alias turpes sint, argum. c. praedicta, & supra de iureiur. peruenit, in quo c. peruenit, cauetur, quod si quis aliquod fecerit uotum uel aliud promiserit, interposita quadam conditione, non teneatur aliquatenus, nisi primo conditio aduenerit, nisi ut praedixi conditio esset simoniaca, quae tanquam pestis esset fugienda, patet in c. sicut simoniaca pestis j. de simonia. Alij tamen dicunt huiusmodi uota esse licita, nec esse simonia si offerret deo cordis sui contritione, uel aliam deuotione, ex causa iusta etiam sub conditione, siue in dando siue in faciendo consistat, quia quicquid homo dat uel facit pro deo, non de suo facit, sed de eo quod dei est, quia quicquid habet homo habet a deo, supra de decimis tua nobis. in principio. Item spirituale pro spirituali dari licet, supra de reru permutatione in c. ad quaestiones. & sic licet pallium suum, uel alia eleemosynam uel peregrinatione, pro re spirituali, si pro sanitate dare, quia tale datum in eleemosynam spirituale est, & quod hoc liceat uidetur expressum in c. allegato caue. in fine, haec Innoc. Et quous dicit Hostiensis, istud quod dicit Inno. honestius sit, tamen nec istud ultimū reprobamus, imo credimus quod tale uotum licite emittitur, argum. 28. q. 1. c. omnes. s. ex his itaque & s. fi. & in eo quod leg. & notatur j. de cens. ex parte s. de seruis non ordi. eo libentius. Nec obstat quod dicit Innoc. hoc esse simoniacum, quia super hoc inter deum & hominem, nulla pactio intercedit, sine qua expressa non committitur simonia, ut in allegato quam pia. & si de mente tali allegatur, uix est homo qui pro deo aliquid faciat, quin & ab eo speret habere remuneratione, quam & ipse deus promittit secundum opera se facturum, Matthaei

25. §. de summa trini. & fide catho. c. 1. in fi. & j. de pœni. & remissionibus cum ex eo. versic. quoniam, vt ait Apollolus, hæc Hostiensis. Et hanc sententiam Hostiensis reputat Arch. veriorum, per id quod le. & not. 16. q. 7. ibi decimas. vbi dicit Iacob promissis &c. & 22. q. 4. vniuersis; in fine, vbi dicitur de voto repetere & ibi videtur hoc approbari per Ioan. And. cum deo non committitur simonia, vt satis probatur per id quod no. 82. dist. in presbyter. in gl. & ita potest &c. & vide quod notatur 1. q. 1. ordinationes: & hoc communiter tenent Theologi secundum Arch. qui hoc notat 12. q. 1. sancimus. super verbo perficere, quorum Hostiensis & Archid. sententiam credo veram per rationes præmissas.

- 1 *Votum emittit, vnicuique liberum est.*
- 2 *Votum emissum adimplere an liberum arbitrium sit.*
- 3 *Votum emissum quo iure adimplere quis tenetur.*
- 4 *Bonum ex voto facere, vel sine voto, vtrum melius.*
- 5 *Votum personaliter exequendum si fieri potest.*
- 6 *Votum ab impedito perpetuo factum per alium exequendum.*
- 7 *Votum ab impedito temporaliter emissum, post dilationem datam exequendum.*
- 8 *Hæres an adimplere possit factum, per defunctum implendum.*
- 9 *Hæres an adimplere possit conditionem per hæredem implendam.*
- 10 *Hæres an adimplere possit modum per defunctum implendum.*
- 11 *Hæres an adimplere possit dispositionem continentem modum & conditionem a defuncto implendam.*
- 12 *Hæres qui hæreditatem adiuu, votum defuncti adimplere debet.*
- 13 *Hæres qui defuncti hæreditatem non adiuu, eius votum adimplere non tenetur.*
- 14 *Pater potest filium instituere, si sua vota ipse adimpleat.*

Hic **Incet vniuersis liberum sit.** Hic habes qd liberum est arbitrium in vouendo, quod intelligit Hostiensis verum, de his ad quæ non est homo ex lege obligatus, alioquin duplici iure teneretur homo illud adimplere, s. ex precepto, & ex voto: sicut est videre in decimis, quæ ex lege debentur, s. de decimis. c. j. & c. tua. & j. vbi de hoc. In differentibus autem, s. cum quibus & sine quibus salus est, potest hoc vti libero arbitrio, sicut est contrahere matrimonium. 28. dist. de his. religionem intrare. 28. q. 4. §. fin. hæc. n. imperare non possumus. 22. q. 1. integritas. secundum eum qui bene sentit licet improprie loquatur. Vnde circa hoc. s. vtrum & in quo uolentis liberum arbitrium censetur, distinguitur. Aut queritur vtrum sit liberum arbitrium alicuius in vouendo, seu in emittendo votum, & constat quod sic, vt hic in prin. Aut vtrum sit liberum in adimplendo seu exequendo votum iam emissum, & dic quod non, imo necessarium, dummodo sit tale votum, quod valeat & obliget, de quo dixi. §. eod. literaturam. vt hic ibi vsq; adeo tamen. & j. c. proximo. §. 1. ibi secundum ad imperium referatur. Sed nunquid voues votum licitum tenetur ipsum statim soluere. Respondet obligatio voti causatur ex propria voluntate & intentione, vnde Leuitico. 23. qd semel egressus est de labijs tuis obseruabis, & facies sicut promissisti domino deo tuo, & propria differentia locutus es ex ore tuo, & ideo si de intentione & voluntate, uolentis sit obligare se ad statim soluendum, statim soluere tenetur. Si autem ad certum tempus, vel sub certa conditione, non tenetur statim soluere, sed nec tardare debet, vltra quam intendit obligare se deo, dicitur enim ibi, cum votum voueris domino deo tuo non tardabis reddere, quia requirit dominus deus tuus illud, & si moratus fueris, tibi reputabitur in peccatum. Ad idem Deuteronomij. 23. cum votum voueris domino deo tuo, non tardabis reddere, quia requirit dominus deus tuus, & secundum Rod. cum aliquis vouet sine conditione vel temporis præfixione, tenetur statim illud exequi, cum potest, nisi in vouendo habuit aliud in mente: datur tamen ei tempus ad arbitrium boni viri ad disponendum de rebus suis, in hoc concordat gl. Guillelmi super Ray. hoc tit. & Tho. in scriptis & in summa. & frater Ioan. in sum. con. hoc tit. q. 9. circa hoc queritur & c. Addunt tamen Tho. & frater Io. quod si quis uouerit intrare religionem ex mora circa dispositionem, & dispensationem rerum, probabiliter timet, per seipsum impedimentum, tenetur vterius non differre. Aut queritur quo iure seu quo vinculo, quis votum emissum adimplere tenetur, & tunc subdividitur, vt Hostien. s. Aut queritur de his ad quæ homo citra votum non est lege obligatus, vt in voto peregrinationis, seu ieiuniorum non inductorum, per

ecclesiam, & ad illa adimplenda vouens tenetur vno iure seu vno vinculo tantum, s. ex voto. Aut queritur de his ad quæ homo ex lege citra votum est obligatus. vt ad decimas, & talia vouens tenetur duplici iure, vt s. no. Hosti. Et no. quod melius est facere aliquid boni ex voto quàm sine voto, quod est secundum Tho. in sum. arti. 4. & artic. 6. & secundum fratru Io. in sum. confess. hoc tit. q. 6. vtrum expediat. & q. seq. propter tres rationes. Primo quia tunc verè est actus latræ, quæ est nobilissima virtus: illud autè quod imperatur a nobiliori virtute melius est, & magis meritorium. Secundo, qui vouet plus se deo subijcit, quam qui non vouet: sicut plus daret qui daret arborem cum fructu, quam qui daret tantum fructum: vt dicit Anselmus. vnde & promittentibus gratia, quæ aguntur. Tertio, quia per votum voluntas inuolubiliter firmatur ad bonum facere quod aliquid ex voluntate firmata ad bonum pertinet ad perfectionem virtutis, vt patet per Philosophum in 2. Ethic. sed argu. contra. 28. q. 1. iam nunc. ver. multa. & 33. q. 5. qui si iuxta prin. Dicit etiam ipse Thomas, quod hominibus expedit vouere aliquid, dummodo rationabiliter fiat votum: & est ratio quia per votum voluntatem nostram inuolubiliter amputamus, quod dicit vt no. Archid. 17. q. 1. qui bona. in fi. & hæc omnia a versic. & no. quod melius vsq; huc no. Archid. 1. q. 2. si quis propter super verbo expoliat.

¶ Super eo. c. Ad declarationem glo. Ber. que incipit argu. quod si aliquis & c. gl. Inn. quæ incipit no. quod & c. Si quis vtrū aliquis possit per alium exequi votum suum, distinguitur. Aut vouens potest votum suum exequi per seipsum: aut non. Si potest, tunc tenetur exequi per seipsum, vt j. c. prox. §. 1. versic. cum vox clam et prophetica & c. quod intellige licet etiã inuolubiliter exequi posset, s. quia esset claudus, vel alias mutilatus, & tunc si non ad subsidium, sed ad deuotionem tantum. s. vt videret terram sanctam, uouisset ire personaliter, deberet, & eodem modo si propter subsidium uouisset, si est talis, qd suum defectum potest supplere per alios quos secum ducere potest, sed in vtroq; casu admittitur compensatio j. eod. tit. magna & c. sequen. secundum Innoc. & Hosti. Si non potest exequi per seipsum refert, aut est impeditus impedimento perpetuo: aut impedimento temporali. Si perpetuo tunc, aut queritur nunquid possit exequi votum per alium, & dic quod sic vt hic, & 13. q. 2. anima. & 26. q. 6. si quis fuerit aut nunquid tenetur exequi per alium & tunc, aut postquam votum emisit impedimentum superuenit: aut tempore quo votum emisit impeditus erat. In primo casu, refert inter eos qui uouent pro subsidio terre sanctæ, & eos qui uouent pro deuotione, quia primi morte vel alio impedimento detenti tenentur alijs committere, qui eorum votum compleant, ar. hic. imo plus videtur, quod si alijs nõ committant, tamen hæredes cõpelli possunt, vel vt ipsi impleant uotum patris, uel expensas & subsidium quod pater uel testator facturus erat ipsi faciendū: nam quis uouisse intelligitur terræ sanctæ, subsidium siue per se siue per alium faciendum, unde ad illud compellendi sunt hæredes, cū ex uoto nudo obligatio nascatur. ff. de pollic. l. 2. in princ. & nuda promissio facta ciuitati obligat. ff. de pollic. l. pactum. multo fortius facta deo uel subsidio terre sanctæ, quia deus inter simplicem loquelam & iuramentum, non facit differentiam. 23. q. 5. iuramenti. unde & ecclesia ex pacto nudo dat actionem, ut patet in eo quod le. & no. §. de pac. c. 1. & 3. Secundo uero. si quis propter deuotionem uidentem terram sanctam uouent, nõ tenentur mittere, si iusto & perpetuo impedimento personaliter ire impediatur propter conditionem generalem, quæ in omni uoto subintelligitur personalis. s. si poterit, ut patet in eo quod no. §. eo. scripturæ secundum Innoc. & Hosti. In secundo casu. s. quando uouens tempore quo uouit impeditus erat, ita quod nullo modo personaliter ire poterat, tunc aut dices qd uidetur uouere ut redimat: aut censeretur irrisorium tale uotum, arg. j. eo. c. 1. & c. quod sicut. §. rursus. & c. de multa.

¶ De clericis. Si quis queris de illo qui temporali impedimento detentus, tunc tali detento datur dilatio j. eo. quod super his. §. unde credimus. & de hoc ibi not. j. de sent. ex com. a nobis. 2. §. forma. secundum Hosti. & cum his quæ no. Innoc. & Hosti. in isto c. satis concordat frater Ioan. in summa. conf. hoc tit. q. 68. & 69. ubi de hoc uide etiam per Ray. in summa eo. tit. §. 5. potest autem. & §. 17. item circa & c.

¶ Super eo. c. Hic habes quod hæres tenetur implere factum defuncti seu promissum per defunctum; si simile. 13. q. 2. anima defunctorum. 26. q. 6. si aliquis fuerit. circa quem articulum. s. cum queritur utrum factum ad hæredes transmittatur, & distigue. Aut quis de facto obligatorius, seu alio facto conditionis

ditionis implenda, seu modi implendi aut de facto conditionis implenda per se aut de facto modi implendi per se aut de facto conditionis & modi insimul. In primo casu subdividitur. aut obligatio fuit concepta affirmatiue, aut negatiue. Si affirmatiue, vt quia fuit concepta stipulatio de faciendo tunc, aut queris vtrum transmittatur ad hæredes stipulatoris, & dic qd sic, arg. ff. de proba. si pactum. & est expressum. C. de contrah. & com. stipulatio. veteris. in prin. vbi de hoc. Aut queritur vtrum transmittatur ad hæredes transfirmissoris, & tunc refert, aut factum est tale quod omnino personam obligati concernit, vt si debeat studijs liberalibus imbui, vel domum manibus proprijs extruere, vel pingere, vel uxorem ducere, vel ordines recipere, vel religionem intrare, & sic de similibus, & tunc nõ transmittitur in hæredes, vt ff. de verb. obli. l. centesimis. §. 1. C. de cad. tol. l. vna. §. ne autem. & ad hoc facit quod dixi §. in dist. prox. in veri. 2. vero. & hoc verum ante moram, sed post moram obligatio contracta ad interesse bene transit in hæredem, vt ff. si serui. vend. l. loci corpus. §. si fundus. Aut factum est tale quod non concernit omnino personam promittentis, seu obligati, vt si aliquis promittat, vel teneatur facere infula vel momentum sumptibus suis, & tunc, aut factum concernit industriam personæ, aut non. Si concernat industriam personæ, tunc refert, aut promittit facere post mortem, vel tempore mortis, & eo casu transmittit ad hæredes suos, vt C. de contrah. & com. stipulatio. vlt. Aut promittit facere simpliciter, & tunc eo casu videtur gl. dicere quod non transit ad hæredes, vt ff. de sol. l. inter artifices. sed qui uellet dicere contrarium, vt l. hæredes teneantur facere per se vel per alium in eadem estimatio ne, non diceret contra iura, per istud capitulo quod simile factum admittit, & C. de contrah. & com. stipulatio. veteris. Si factum non concernit industriam personæ, tunc transmittitur ad hæredes suos, vt in d. l. veteris. & ita posset intelligi hic & §. de rescrip. c. l. iteris. In secundo casu, s. quando fuit concepta stipulatio negatiue, subdividitur. Aut stipulatio sequitur contractum de cuius natura est hæres teneatur, vt quando aliquis promittit mihi seruitutem, & promittit me nõ impedire, & tunc transmittitur ad hæredem, vt ff. de vsu. l. stipulatus. & de actionibus empti & vend. l. emptorem. §. qui autem. Aut non sequitur contractum de cuius natura est hæredem tenere, & tunc, aut non poterat stipulari, afferre utilitatē nisi ad hæredem transmitteretur, vt quia promittit nõ impedire vindemiam, & ante vindemiam decedo, in casu isto transmittitur ad hæredem meum, vt ff. de verb. obli. l. si ita stipulor. & de rebus dubijs. l. quoties. Aut poterat aliàs afferre utilitatē stipulatio ri, & tunc ad hæredem non transmittitur, nisi fiat expressa mentio de hærede, vt ff. de pact. l. qui in futurum. §. 1. & l. iuris gen. §. pactorum. Sed si fiat mentio de hærede tunc transmittitur, vt ff. de verb. oblig. l. 2. §. item & l. Julia. in prin. argu. ff. de po. l. 1. §. si conuenerit. Nunc quæ est ratio quare stipulatio cõcepta negatiue non transmittitur ad hæredes promissoris, vbi alias stipulatio potest afferre utilitatē stipulatoris, secus in stipulatione concepta affirmatiue, ratio est quia vbi stipulationes personales affirmatiue cõceptæ sunt, nisi ad hæredes transmittentur, nullam utilitatē afferrent: sed vbi conceptæ sunt negatiue, tunc afferunt utilitatē in eo. s. in quo non est stipulatio impeditus, arg. ff. de leg. 1. l. i. quando de reb. dub. l. quoties & adde, quod no. j. dist. prox. i. Sequitur de secundo casu principali. de facto conditionis adimplenda, & utrum hæres possit adimplere conditionem adimplendam per defunctum. Qui dam docto. dicunt quod sic, vt ff. de verbo. oblig. l. qui Romæ. §. flauius. iuncta. l. eum qui. §. 1. eo. tit. præterea videtur casus. l. 2. ff. de arbi. l. diem proferre. §. j. sed contrarium videtur, quia conditiones sic sunt personales, qd per alium expleri non possunt, vt ff. de condi. & dem. l. qui hæredi. in prin. Qui dicendū breuiter Pet. de Bel. parti. C. de condi. infertis. l. vlt. & Cy. post eum dicunt sic, aut non habet conuentionem præcedentem: aut habet. Si non habet conuentionem præambulam, sed ceperit promissum vel legatum ab ipsa conditione, tunc hæres, eius qui habebat conditionem parere non potest adimplere, qd probat per l. ff. de condi. & dem. l. a testatore. sed tu instabis & dices, quod hoc contingit ideo quia non fit transmissio in hæredem: sed Pet. ipse dicit quod imo transit, vt ff. de fideiuss. l. fideiussor obligari. §. vlt. quod uerum in contractibus arg. instit. de verb. oblig. §. ex conditionali secundum Cy. secus in legatis, vt C. de cad. tol. l. vnica. §. fin. autem. ff. de con. & dem. l. intercidit. & l. a testatore. Si habet conuentionem præcedentem, tunc refert, aut conditio & conuentio conueniunt & concurrunt in eandem personam, & tunc si nõ impleuerit, hæres meus

potest implere, vt in lalle. diem proferre. §. 1. & in §. alleg. flauius. & sic denotat ibi appositio heredis facti & accidentiã nõ iuris ministerium, vt in eo. tit. l. eum qui. §. 1. Aut non concurrunt in eandem personam, sed conuentio apponitur in vna persona, & conditio in alia, & tunc si defunctus, in cuius persona est appositio conditio ipsam non compleuerit, hæres non potest adimplere: & est ratio quia ex quo conuentio præcessit in alia persona, reputatur illa conditio non habere conuentionem præcedentem, vt in lalle. fideiussor. verum est quia gloss. dicit ibi, qd decessit sine hærede sed hoc est trutta & diuinatio. sed cur tam variè respondent cum natura accessorij est, vt sequatur principale, vt j. de reg. iur. c. accessorium. lib. 6. sed vbi conditio non habet conuentionem præcedentem non potest regulari per illam, vt in lalle. qui hæredi. sed vbi habet conuentionem præcedentem, tunc secus, & est transitoria ad hæredes, sic alias dicit lex, si non dederit tibi hominem mortuum promitto. 10. ista promissio est pura. Sed vbi incipit a præcedenti conuentione, verbi gratia promitto tibi dare hominem mortuum, & si non dederit promitto. 10. vltima stipulatio sequitur naturam principalem sicut accessoria: & ideo dicitur nõ ualere, sic concordant iura. ff. de verbo. oblig. l. impossibili & l. si homo mortuus. Sed videtur qd vna lex destruat promissa, quæ dicit quod si testator sic dicat, lego Titio domum si. 10. dederit hæredi meo, hic non habet conuentionem vel dispositionem præcedentem, & tamen hæres potest implere, dum tamen in solidum non pro parte impleat, vt ff. de condi. & dem. l. cui fundus. Ad hoc respondet Petrus quod illa. lex. intelligitur quado is siue sit hæres siue alius in cuius persona debebat legatarius implere conditionem fuit in mora, vt quia. 10. sibi oblata recipere recusauit, vnde ne mora memora eius præuidet legatario, hæredes ipsius legatarij possunt adimplere conditionem. Sed hoc est falsum, imo in eo casu habetur conditio pro impleta, casus est in d. l. si. C. de condi. infertis. & est casus, qui negari non posset. ff. de statu libe. l. 3. §. stichus anima. ff. de condi. & dem. l. iure civili. & j. de reg. iur. c. cum non stat. libr. 6. vbi de hoc, & hoc tenet Ber. j. de sponsa. sicut ex literis. §. 10. 2. & Host. post eum. Dic ergo qd vbi legatarius decedit conditione pendente, siue sit in sua potestate, siue non, hæres suus conditionem adimplere non poterit, per iura iam allegata, nisi forte in casu. ff. ad Silleia. l. si quis in graui. §. vlti. & lex allegata cui fundus loquitur de substituto legatario, verbi gratia, lego tibi fundum, si. x. dederis, & si nõ dederis, lego Titio & Seio, potest. n. legatarij substitui sicut hæredi. vt §. de leg. 2. l. vlt. hæredibus. si eum sub eadem conditione, vt ff. de condi. & dem. l. legatum. & de adi. l. legatum ita fuit in d. l. cui fundus. Sequitur de tertio principali. de modo implendo, nunquid videtur eius qui debebat modum implere poterit explicare, & videtur qd non, vt ff. de condi. & dem. l. Titio. §. vlt. contra videtur quod sic. idem in modo quod in conditione, quia modus & conditio æquiparantur. C. de his quæ sub modo. l. 1. Breuiter in hoc articulo distinguunt Pet. & Cy. post eum. Aut modus cõtinet tale quid quod adheret personæ, & tunc renouatur legatum, loquitur & intelligitur d. lex Titio. §. vlt. Aut nõ adheret personæ, vt in iurico qui debet lampades accendere, & tunc hæres suus debet modum implere, hoc probatur per dictam legem a testatore. in fi. vbi dicit hoc verum si conditio esset, quasi dicat, si fuerit modus, potest. Sed quid dices econtra, si decedat ille in cuius persona conditio est implenda, utrum in persona hæredum impleri possit, videtur quod sic, quia conditio implenda in persona pupilli, potest impleri in persona tutoris, vt ff. de solu. l. stichum. §. usufructu. contra videtur quod non, vt ff. de condi. & dem. l. sub diuersis. ad fi. Dicunt quidam quod vbi est conditio quæ non habet conuentionem seu dispositionem præcedentem, non potest in persona hæredis impleri, vt ff. de condi. & dem. l. cum ita datur. §. 1. vbi dicitur quod est speciale in libertate, quare & c. Pet. vero in hoc casu. l. cum conditio non habet conuentionem seu dispositionem præcedentem, & queritur vtrum in persona hæredis potest impleri, distinguit. Aut persona hæredis est nominata sub nomine appellatio, vt quia dixit testator lego Titio domum, si hæredi dederit. tunc dando hæredi hæredis potest consequi legatum, quia hæres hæredis & c. vt in l. sciendum. ff. de reg. iur. item quia est nomen representatum, vt in auth. vt nulli ius. §. hoc vero iubemus. col. 9. & sic loquitur. d. l. stichum. §. usufructu. quia tutor & pupillus quam personam representant. Aut persona est nominata sub nomine proprio, & tunc si non potest impleri in persona primi hæredis, non potest impleri in persona sui hæredis, vt d. l. cum ita datur. ad fi. Aut persona est nominata sub nomine proprio, & appellatio

& appellatio, & tunc respiciendum est quod præcessit, vt ff. de stipula. seruo. l. si seruus communis cum si. secundum Per. & Cy. post eum. ¶ Sequitur de quarto, s. de dispositionibus est reperire modum & conditionem insimul, vt est text. ff. ad Treb. l. a filia. & l. facta. §. rescripto. & l. hæredes. §. 1. modus qui designatus prout ex parte honorati, & conditio quæ designatur per ablatiuum absolutum, ex parte honorati, & eo casu credo quod dispositio secundum conditionem non secundum modum regulabitur, quia in talibus inspicitur, q. suspendit, vt ff. de condi. & dem. l. a. i. i. ita quod siue honoratus decedat qui debet conditionem implere, siue oneratus in cuius persona debet adimpleri, habetur dispositio p. defecta ex parte conditionis non modi, attento quod conditio non potest adimpleri ab hærede eius qui debet eam adimplere, nec in persona hæredis eius in cuius persona dēt adimpleri. ff. de condi. & dem. l. sub diuersis in fi. Ex præmissis in secundo membro principali Pet. Cy. determinant vnam. q. talem, quidam parentes promiserunt cuidam filiae suæ, centum ad hoc, vt non succederet cum fratribus, parentes non impleuerunt conditionem, post mortem quorum, vult succedere cum fratribus, fratres volūt sibi dare centum, nunquid possunt, distingue, aut conditio habuit conuentionem præcedentem, aut non, vt quando habuit postfalsitas non, vt superius dictum est.

¶ Super eod. cap. Si quis nonquid hæres tenetur adimplere votum illius cui successit, dicit Hosti. in sum. eod. tit. §. & vtrum sub. §. sed nunquid hæres. sic quicquid Ray. & alij scripserunt. ita dicas. ¶ Quod si hæres hæreditatem adierit, tunc tenetur adimplere, si vires hæreditatis hoc patiantur, secundum ea quæ no. per eum summa tit. de testa. §. ad quid hæres. sub. §. tenetur autem verfi. quid si non sufficit hæreditas. & sequentibus: maxime si sponte suscepit, vt j. eo. licet. nam voti obligationem ad hæredem transire cōstat. ff. de polli. l. 2. in fi. Si vero non adijt, non tenetur, quia nec hæres est, nisi forte sponte hoc promiserit, & tunc si in omni casu intellexit personam suam obligare, adimplere, debet, nō tam ob promissionem factam a testatore, quam ob suam. Sed si tanquā hæres hoc promittebat, hæreditatem sperans adire. postea tamen abstinuit mutato consilio, nō tenetur. s. de elec. venerabilem. §. si. & sic potest etiam intelligi hoc cap. Sed quicquid; hæreditatem adire obligatur, arg. s. de fo. c. i. j. de vfu. tua secundum eum ibi, vbi ponit consequenter casus in quibus a voto defecit potest: & concor. frater Ioan. in sum. com. eo. ti. q. 69. vtrum pater moriens & c. Et vide no. Bar. Brix. in q. venerabili quæ incipit quæritur vtrum pater possit. vbi quærit vtrum pater possit filium heredem sub illa cōditiōne instituire, si adimpleuerit votum peregrinationis pro eo, & soluit quod non, cum sit mixta. Et in ista doc. approbat votum filius, & crucē assumpsit. ¶ Gof. dicit hic & Ioan. And. post eum, quod pater potest filium instituere sub conditione, si adimpleat vota sua, si votorum executio sit potestatiua, secus si casualis vel mixta. C. de institut. & substi. sub condi. l. si pater.

1. Papa omnia licent, dummodo ex causa san. 4.
2. Papa non debet decalogum transgredi.
3. Papa super iure canonico dispensat.
4. Papa non debet sine causa a iure deuare.
5. Papa semper expedit iustitiam facere.
6. Vtilitas maior minori præferenda.
7. Episcopus vltra annum a sua ecclesia non se absentes.
8. Votum transuinarum omnibus emittit licet.
9. Episcopis, & alijs causa prædicationis, licet proprias ecclesias absentes.

Magna. Si quæris vtrum omnia, & quæ licent debeat & expediat Papæ, distingue. ¶ Aut quæris primo quæ licent, & tunc dicit Hosti. hic q. omnia licent Papæ, dummodo nō faciat contra fidem, alioquin contra. 40. dist. si Papa. & dummodo non offendat deum per peccatum mortale, ad hoc n. nulla potestas, nulla dignitas, nullum priuilegium peccatorem poterit excusare. 12. q. 2. non liceat Papæ arg. opti. ff. ad l. Iulii. de vj. priuata. l. penult. ante finem ibi, non puto autem nec verecundie nec dignitati nec pietati conuenire quicquam, non iure facere intelligas tu, quod mortale peccatum sit, vnde nulli christiano licet peccatum mortale committere, vt patet in eo, quod leg. & no. s. de præscrip. c. vlti. Circa hoc tamen. l. in quibus Papa peccat mortaliter, sicut & quilibet alter dist. ¶ Aut quæritur quo ad transgressionem decalogi, & omnia alia quorum commissio vel omisio ex l. diuina quæ. l. in veteri & nouo testa.

mēto mortalis iudicatur, vt patet. j. de vfu. super eo. s. de cōt. 3. s. uetu. c. fi. & in eo casu intellige præmissa esse vera. ¶ Aut quæritur de his quæ ex l. canonica mortalia sunt, & in illis omnibus licet sibi quicquid libet. s. de concess. præben. propofui. exemplum. j. de simo. c. fi. de accusa. ad petitionem. Aut quæritur de secundo. s. quæ debeat, & tunc refert, aut causa sufficiens subest, quare a iure scripto debeat deuare: aut non. ¶ Si subest talis causa, omnia quæcunq; licent, & quæcunq; licent decet, & econtra, arg. j. eo. §. si. & j. de accu. cum dilecti. §. 1. & sumitur hæc causa ex vna de quatuor. s. ex qualitate negotij de quo agitur, aut personæ, aut loci, aut temporis, vt patet. 29. dist. c. 1. & 2. & in eo quod leg. & nota. s. de transac. c. fi. ¶ Si vero causa nō subest, vel subest sed non sufficiens, non decet ipsum aliquate nus a iure deuare. C. de legi. l. digna vox. 11. q. 1. peruenit. j. de sta. mona. in singulis. §. porro. Quando tamen causa subest aliqua, licet minus sufficiens minus decet, arg. in eo quod legi. & nota. s. quod me. causa sacris. caueat ergo sibi in dispensationibus faciendis super quo vide. s. de elec. dudum. 2. §. in super. in provisionibus beneficiorum super quo vide. s. de præb. graue. de elec. nihil est. Caueat etiam generaliter in omnibus gratijs faciendis, quod purè & gratis eas faciat. j. de simo. intatū. §. 1. ¶ Aut quæritur de tertio. s. quæ expedit, & tunc, aut agitur ordine iudiciario, & tunc semper expedit iustitiam facere, & nunquā ipsam peruertere, de quo no. s. de re iudi. in causis. eod. tit. cum æterni. lib. 6. licet quandoq; propter scandalum deferatur, quod dic vt no. s. de iudicijs noui. ver. cæterum. de renun. nisi cū pridem. §. pro graui quoc; scandalo, vtilitas tamen rei publicæ maximæ ecclesiæ dei, & salutis animarum est utilitati priuata: in omnibus præferenda. s. de regula licet. §. illa. de postu. præla. bonæ. 1. §. 1. Ex pediet etiam quandoq; rigor tempore salutis substantialibus veritatis, dilatiōnes amputare, & lites abbreviare, potissimè in electionibus & similibus, s. de appel. oblate & in summa in hoc membro talem modo regulā quod. ¶ Semper salua peruerfione iustitiæ dummodo id liceat, minori utilitati maior est præferenda, vt ex significatione huius verbi expedit ex prædictis iuribus colligi potest: quando igitur hæc tria concurrūt omnia rectè: sin autem aliquis committat vel omittat quo deus offenditur, aut poenitebit, aut in extremo iudicio apparebit secundum Hosti. cuius est ista distinctio in effectu. Et idem Ioan. And. post eum.

¶ Super eo. c. §. verum verfi. cum. n. Hic omnino innuit Papa, q. casus iste sedi apostolicæ reseruat, tam in exemptis quā in non exemptis: quod alibi non reperies sic expressum in tali casu. ¶ Et sic patet hic, quod nec ad tempus. i. vltra annum debet se episcopus a sua ecclesia nisi alia necessitas imminet absque licentia Papæ absentare, quod est valde notandum. necessitas autem legem nō habet, infra de obseruatione ieiuniorum consilium. vt si prosequatur iura ecclesiæ suæ, s. de cle. non reside. ex parte secunda nec obstat, in auth. de sanctissimis episcopis. §. interdiximus col. 9. vbi datio huius licentiæ videtur concessa metropolitans, quia quo ad hoc hic reprobat. ¶ In voto tamen tranfmarino speciale videtur; etiam vt religiosus ipsum emittit possit. j. eo. c. fi. & sponsus carnalis sponsa sua inuita, vt j. eo. ex multa. §. quod autem. & spiritualis, s. episcopus. vnde & ab isto recipitur redemptio tanquam obligatio, j. §. proximi. cum igitur. verfi. tibi pro te & famulis & se. Et quod ita sit cum episcopi crucem indifferenter assumant & votum suum, exequantur sine aliqua apostolicæ sedis licentiā, de facto quotidie experimur, & ita qua quasi in cōsuetudine hodie verum est, vnde & sic est obseruandum, s. de offi. leg. quod translationem. alij contra. ¶ Tu vero cōcordabis istas discordias sic, quod quando ad prædicationem sedis apostolicæ demandatā, sit generale passagium, tunc intelligitur omnibus etiā episcopis data hæc licentia generalis, & sic intelligitur prima opinio: alias autem requiritur specialis: & sic intelligitur 2. opi. secundum Hosti. cuius est hæc distinctio: idem Io. And. post eum. & huic vltimo dicto videtur concordare Petrus dicendo, tunc dari licentiā generalem cum sit generale passagium, & datur clericis licentia suos redditus deferendi.

1. Mandatum apostolicum indistinctè intelligendum.
2. Lex generaliter loquens, ita intelligenda.

Vod super his. No. secundum Hosti. hic considerata persona archiepiscopi cui scribitur, quod vbi lex non distinguit, nec nos, ff. de offi. præli. l. 3. considerata vero responsione Papæ no. contra. argum. ff. de testi. l. quæ situm scio. ¶ Solutio semper legem, & mādatur intelligimus indistinctè, vt in

vt in prima rubrica: nisi ex causa rationabili distinguamus, vt secunda rubrica, vt patet in eo quod l. & not. s. de rescrip. si qñ. de offic. deleg. ex parte. 2. j. de accusa. cum dilectus. secundum Hosti. quod dicit tene. quo ad mandatum, quod tamen intelligi, vt plenius dixi in c. alle. si quando. ¶ Quo ad legem vero generaliter loquentem, dic quod generaliter est intelligenda, nisi per illam vel aliam legem reperitur distinctum, vt hic, & ff. de publiciana, de pretio. vbi de hoc per Accur. vnde 3. Regū. 12. c. 2. Paralip. 6. c. dicitur & transumptiū legitur. 7. q. 1. denique. in princ. indignatus est inquit dominus omni semini Israel & c. & tamen tribui Iuda, & Benjamin, & de hoc dicam plenius. j. de priuileg. quia circa.

1. Clericus personaliter non pugnet.
2. Clericus per alium pugrare potest.

Multa. In glo. clerici vero dicit Ber. quod clerici pugrare nō debent circa quod distingue. ¶ Aut quæritur nunquid clericus liceat pugnare in propria psona, & dic quod non vt hic. Aut nūquid liceat sibi pugnare per substitutos, & tunc aut quæritur nūquid liceat sibi pugnare ratione temporalis iurisdictionis quam habet, & dic quod sic, vt j. de sen. ex com. dilecto lib. 6. vbi plenius de hoc. Aut nūquid liceat sibi ex solo officio clericatus, & dic quod non & hoc vult dicere Gratianus. 23. q. vi. vt præde. Quæ distinctio potest colligi ex dictis Hostien. hic. ¶ Et no. hic ab q. clerici non possunt etiam contra Sarracenos pugnare, vt hic, nisi tēplarij, & hospitalarij, illi enim possunt, vt not. glo. 12. qz. etio. 1. duo sunt genera. in fin. primæ gloss. Idem Ioan. And. hic.

1. Vouens religionem intrare, & intrans cum proposito exeundi, an votum impleat.
2. Votum temerarium non tenendum.
3. Vouens religionem intrare, & antequam intret factus Episcopus, an profiteri religionem debeat.
4. Religiosus episcopatum accipiens, non fraudat religionem.

Er tuas. Si quæris vtrum vouens intrare religionem, & postea intrans cum intentione exeundi, impleat votum suum, videtur q. sic indistinctè per casum ibi, consulitur vouenti intrare religionem, quod intret, & postquā intrauerit nihilominus in episcopatum eligi, & assu mi. ¶ Tu vero distingue, aut vouens intrare religionem actualiter proponit in religione remanere ita tamen, quod propositū illud non cadit sub voto, sed tantū ipsum comitatur: aut actualiter proponit eā experiri, vt si sibi placuerit ibi remaneat, & si displicerit exeat: aut de nullo illorum actualiter cogitat, sed hoc tantum vouet, quia videtur sibi animæ suæ bonum: aut dum vouet intrare habet actualiter propositum exeundi postquam intrauerit. Si primo modo vouit, aut quando intrat habet absolute propositū exeundi, & nunquam dandi operam, vt mutetur propositum suum: aut habet exeundi propositum, tamen cum voluntate dandi operam, vt mutetur propositum suum. Primo modo intrans non impleat votum suum, secundum iudicium dei, quia talis habet ex malignitate exeundi propositum. In his autem quæ domino offeruntur, deus magis pensat intentionem quam factum. Secundo modo intrans implet votum suum, quia non habet absolute nec ex malignitate propositum exeundi, sed magis ex infirmitate: similiter dici potest si vouerit intrare secundo modo vel tertio. Si autem vouit quarto modo, intelligi potest tripliciter, vno modo ita quod vouit intrare vt exeat; secūdo ita quod vouet introitum, & exitum tertio modo ita quod non vouet nisi introitum, & votū concomitatur exeundi propositum: & quolibet illorum trium modorum vouens peccat & non tenet votum, quia est temerarium, vt patet intuitu. Patet ergo quod vouens intrare religionem eo modo quo tenet votum, non implet votum secundum diuinum iudicium, nec absoluitur ab obligatione facta deo, si intret cū proposito exeundi absolute, & cum voluntate non dandi operam, vt mutetur propositū suum: ita distinguit Asten. in summa sua tit. arti. 7. §. vtrum vouens intrare. & c. secundum Rich. & hoc consilium vouenti, quod intret religionem cum proposito remanendi & sic non obstat. ¶ Item habes hic, quod vouens intrare religionem, & antequam intret in episcopatum electus, nihilominus tenetur religionem intrare. Sed contra, quia si iam professus esset in religione, posset propter episcopatum religionem dimittere. 18. q. 1. c. 1. extra de elec. c. 1. in cle. sed hoc est ea ratione secundum Innoc. hic, quia ex quo esset epi-

scopus, nisi resignaret non posset fieri monachus vel canonicus regularis. s. de renun. post translationem. Sed si primo fiat religiosus, bene potest fieri postea episcopus, & consulitur ei quod primo votum suum adimpleat, cum & postea episcopatū habere possit, & sic vtrunq; perficere, arg. j. de sponsa. c. m. missum. Item secundum Hosti. ideo consulitur sibi perficere votum, vt in prælatura sit perfectio: nam & religio gradu addit, & aliqua seculari prælato licent quæ non licent religioso, vt patet. s. de vita & honest. cleri. clerici. de regulari. consulti Veldic secundum Asten. hoc tit. arti. 7. §. esto quod aliquis qd. non est simile de professio quia transgressor voti est in peccato mortali, & electio talis est irritanda, quia ad sacramentorū administrationem eligitur, a quorum perceptione tēpore electionis erat priuatus. ¶ Sed professus in religione episcopatu recipiens non defraudat religionem, quia ab ea non recedit: oportet, n. eū defendere habitum eius. s. de vita & honesta. cle. clerici. officia. non debet etiam a primo proposito diuertere. 16. q. 1. de mona. q. intellige, vt ibi no. glo. quo ad ea quæ sunt de substantia monachatus.

1. Prelatus cruce signatus an vicefimam reddituum ecclesiæ percipere debeat.

Postulastis. Hoc est no. dig. quod præpositus percipit non solum vicefimam partis suæ reddituum, sed integram vicefimam reddituum totius ecclesiæ, secundum Inno. esto etiam quod religiosus sit. ¶ Tu vero quod hic dicitur intelligas esse verum, quando prælatus habet administrationem omnium quæ veniunt in cōi: aliud crederē si bona essent per præbendas diuisa, vel si p. prælatura sua haberet redditus separatos, nam tunc de illis tantum que ad manus suas venirent, hanc vicefimam soluere teneretur, arg. s. de rescrip. edoceri. secundum Hosti. & Ioan. And.

¶ De statu monachorum. Rubrica.

1. Solitaria vita ad contemplandum melior communi.
2. Conversatio bonorum bona.
3. Conversatio malorum, mala.
4. Tales sumus quales sunt cum quibus conuersantur.
5. Monachus an de Abbatis licentia proprium habere possit.
6. Prioratus an per Abbatem, committi possint interuentu alicuius temporalis.
7. Prioratus an committi possint interuentu alicuius temporalis per priores.
8. Monachi a sede apostolica, in administratione instituti, nō possunt ab Abbate remoueri.
9. Monachi in administratione electi, ab Abbate non remouentur.
10. Curatus non potest curato beneficio priuari ab Abbate.
11. Priores an ab Abbatibus possint prioratu priuari.

Monachi. Si quæris vtrum, & quando vita heremitica, seu solitaria est melior quam cōis: & econtra, distingue. ¶ Aut quæritur quo ad contemplandū contemplatiue orandum, & tunc vita solitaria est melior, vt probatur Exodi. 24. vbi dominus dixit ad Moysen, ascēde ad dominum tu & Aaron, Nadab, & Abiu, & septuaginta senes ex Israel, & adorabitis procul. solusq; Moyses ascēdit ad dominū, & illi non appropinquabunt nec populus ascendet cū eo, & recitatur, s. de renun. nisi cum pridem. in fi. ver. quamuis probatur etiam Mar. 26. Marci. 14. & Luc. 22. ibi, & ipse auitulus est, ab eis quantum iactus est lapidis, & positus genib. orabat & c. Dominus ante passionem suam, vt liberius oraret ad patrem, se a suis discipulis segregauit, cuius omnis actio nostra est instructio. 1. q. 1. Christus quid fecit. 2. q. 1. deus omnipotens, probatur etiam Matthei. 6. tu cum oraueris intra in cubiculū tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito reddet tibi & c. pro hoc. 16. q. j. si cupis. cum sua gl. super verbo solorum. Aut quo ad alias conuersandum, & tunc aut quæris vtrum conuersatio, & vita hominis cum bonis, & quos habere expedit, sit melior quam solitaria, & dic q. sic, & ita intelligitur illud dictum Salomonis, ye foli & c. Ecclesiastici. 4. & hic. & j. de capel. mo. c. ex parte. & c. vlti. 8. dist. in omnibus. 12. q. 1. illud. ¶ Aut cum malis, & quos habere non expedit, & tunc melior est, & vtilior vita solitaria q. communis, & hoc casu intelligitur, q. ait Apostolus. 1. ad Cor. 7. & recitatur. 28. q. 1. si infidelis. j. de diuortijs quando. Si infidelis discedit, discedat: & illud. ex vna oue moribus vniuersa

uniuersus greg. inficitur. 43. dist. sed illud. j. c. fi. & illud Iſaia. 52. & 53. & Hieremia. 4. & recitatur. 45. dist. c. recedite polluti. recedite, abite, nolite nos tangere, nolite nobis communiari. re. 1. & hæc duo membra, vltima probantur in psalmo. 17. cū sancto sanctus eris, & cum viro innocente innocens eris, & cū electo electus eris, & cū peruerso peruerteris, & 16. q. 1. si clericus. ibi, mihi placet, vt habeas sanctorum cōtuberniū & c. ergo a contrario non malorum arg. s. de offi. eius cui man. est iuri. l. 1. s. huius rei. s. de his quæ fi. a prela. sine consen. cum apostolica. & ad Thesal. 3. denunciamus vobis fratres in nomine domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatē, & non secundum traditionem quam acceperunt a nobis. & 1. Petri. 2. c. conuersationem vestram inter gentes habetis bonam. & Cato cū bonis ambulat. ¶ Super eo. c. s. qui vero. hic innuitur quod Abbas possit cum monacho suo quoad habendum propriū dispensare, quod est falsum, vt j. eo. cum ad monasterium. in fi. ¶ Sed contra. 27. q. 3. de viduis. in fi. solutio ibi non loquitur de mulieribus verē religiosis, sed de his quæ mutato habitu in domo propria honestē & religiosē viuere volunt, quasi benignē quæ & successores habent. 12. q. vlti. c. fi. vel solue, vt no. in c. cum ad monasterium. s. secundum Hostien.

¶ Super eo. c. in s. prioratus. Si quæris vtrū prioratus seu obedientiæ pretij donatione, seu interuentu alicuius temporalis tradi se committi possunt, vel debent, distingue. Aut quæritur vtrum possint tradi vel committi per Abbatē, & conuentum, seu solum Abbatē aut nunquid possint committi per priores, seu obedientiarios ipsos obtrinentes. ¶ In primo casu, aut prioratus seu obedientiæ habent ius spirituale annexum, vel bona sibi appropriata & distincta a bonis monasterij, & tunc dic quod non vnde tales non debent tradi monacho simpliciter, vt fiat ibi custos vel procurator, vt hic. & 1. q. 1. si quis episcopus. & q. 3. saluator. Aut temporalia huiusmodi prioratū siue obedientiarum sunt de manā abbatiæ siue monachorū, & tunc possunt Abbatē, & monachi statuere, quod monachus cuius prioratus committitur certum, quid soluat annuatim de redditibus dicti prioratus, sed non aliunde, quia proprio cast. 12. q. 1. nolo. & c. nō dicatis. & s. eo. s. qui vero. & talis monachus potius dicitur minister siue custos, quam prior quod sonat in dignitatem. s. de præben. nisi essent. j. de priuile. volentes. s. fi. lib. 6. secundum Innoc. & Hosti. & Abb. ¶ Si quæris in secundo casu, si nunquid possunt tradi seu committi per priores ipsorum prioratum seu obedientiaros obedientiarū & ipsarum ad firmam, iuxta ea quæ leg. & not. j. eo. ne præla. vlt. 2. ver. nam. Abbas bene potest & c. lib. 6. & approbatur expressē hodie extra de supple. negli. præla. c. vnico. in cle. vbi idem not. sic super verbo speciales priores. & de excel. præla. c. vnico. super verbo ad firmam in eisdem cle.

¶ Super eo. c. in s. priores. Ad declarationem huius. c. & gl. per. Si quæritur vtrum, & quando monachi possunt per suos abbates a suis prioratibus seu administrationibus remoueri, distingue. Aut quæritur de prioratibus vel administrationibus impetratis vel collatis aut ex certa scientia, cōfirmatis a sede apostolica, vel autoritate ipsius, & in istis videntur emancipati quoad hoc ab imperio suorum prælatorum, & ita quod non poterunt sine causa ad mandatum Abbatis remoueri. vt hic. & 16. q. 1. monachus. & not. 20. s. de electionib. cum inter R. seniore. & Innoc. de præben. nisi essent. gl. 2. in fi. & Archi. j. de offi. ordi. c. præsent. gl. 2. in fili. 6. ¶ Aut quæritur de alijs, & tunc, aut quæritur de illis, qui per electionem creantur, & tales nō poterit abbas sine causa, & sine autoritate episcopi, cuius autoritate sunt instituendi seu iam instituti, remouere, vt hic, & no. hic Innoc. & hoc. ¶ Aut quæritur de alijs qui non creantur per electionem, sed per simplicem collationem vel institutionem seu commissionem episcopi vel abbatis, & tunc, aut quæritur de illis qui præficiuntur ecclesijs curatis, & tunc ide. 16. q. 1. de monachis. 18. q. 1. c. 1. j. eo. quod dei. s. de præben. in lateranensi. secundum Innoc. & Hosti. & Abb. & Io. And. hic. Aut quæritur de alijs qui præficiuntur prioratibus seu administrationibus non curatis, & tunc, aut constat de malitia seu voluntate superioris, puta Abbatis, quod sine causa rationabili, & veli eum a tali prioratu seu administratione remouere, &

tunc poterit inferior supplicare superiori, & per ipsum superiorem habebit tueri ipse inferior super hoc supplicans superiori contra malitiam abbatis, ad similitudinem ferri supplicantis. C. de preci. imper. offe. l. 1. in fi. de ijs qui sunt sui vel aliorum. s. sed hoc tempore. & se. vt hoc no. Inno. & Host. j. qui cle. vel vo. infinuante. in fi. & Archi. in d. c. præsent. gl. 2. circa fin. lib. 6. & Guliel. de monte Lau. extra de supple. negli. prælo. c. vnico super verbo oportuerit in cle. vbi ponit istā distinctionem paucis additis. ¶ Aut non constat de malitia seu voluntate inordinata ipsius abbatis, & tunc dicit Guliel. de monte Lau. ibi. Aut quæritur vtrum subditus debeat præstare difficultatē circa inquisitionem causæ, & dico quod nō, quia ex quo prælati allegat sibi causam rationabilem & necessariam, qua vult ipsum remouere debet pati quod de ipsa fiat summaria informatio, ex quo eam negat, sic intelligitur istud verbū sine contradictione. j. eo. cum ad monasterium. s. tales. per iura. j. de acufatio. cap. qualiter. 2. in fi. & de symo. per tuas. Aut quæritur vtrum possit facere, vel præstare difficultatem ex parte causæ, id est, quod oporteat quod sit probabilis, & quod sit vera, arg. s. de appel. interposita. & in d. c. illa. 1. q. 3. & tunc quocum modo constat, de ea quamuis etiam summarie, & omisso ordine iuris poterit sine contradictione repelli, non obstante etiam si dicat sibi pactum factum de non remouendo ad vitam, arg. j. de priu. volentes. s. in eos. lib. 6. sic no. Guil. in d. c. vnico. Et sic secundum istud vltimum membrum cessante malitia non remouebit eum sine causa, quod non credo verum, alias nulla esset differentia, an cum malitia vel sine malitia vellet eum remouere, quia in nullo casu posset prohibito voluntatis, quod est falsum, vt in d. s. tales le. & no.

- 1 Parochiani petere possunt bonum vltorem sibi dari.
- 2 Episcopus admittere tenetur, a patrono presentatum.
- 3 Monachus episcopus fieri potest.
- 4 Monachus an prælatus regularis suæ religionis effici potest.
- 5 Monachus an prælatus secularis fieri possit.
- 6 Predicationis officium priuilegiatum.
- 7 Monachus effectus curatus, an iurisdictionis statuta seruare debeat.
- 8 Monachus an canonicus fieri possit.
- 9 Monachus prælatus assumptus, an carnes comedere possit.

Vod dei timorem. Ex vers. q. iam dixi & c. ¶ Not. quod parochiani possunt petere sibi dari bonū rectorē, & ipsum confirmari, & si malus est remoueri: eo quod in malo sacerdote, & malo prælo, populus patitur famem, & sitim: verbi dei. 8. q. 1. audacter. secundū Goff. arg. s. de offic. ordi. inter cætera. 16. q. 7. filijs. hoc est etiam quod Hieremi. deplorat. ¶ Thren. 4. Paruuli petierunt panem, id est, verbum Dei, & non erat qui frangeret eis, distinguendo, & prædicando. & iterum ad hæc lingua lactatis in siti. gl. verbo dei. Et hoc quod dixit de postulatione simpliciter, verum est quod ad populum spectat ius patronatus s. de elect. querelam. 16. q. 1. constitutum. alias autem non habet se intrinsece de electionibus, s. de elec. offi. & c. quifquis. & c. massama. secundū Hosti. hic. Sed tu dic dictum Goff. continere veritatem, licet ad populum nō spectet ius patronatus: vnde populus petit & potest petere ab episcopo sibi dari rectorē, quæ simplex petitio cadit & cadere potest in laicum, & quæ simplex non est prouisio: quia episcopus non tenetur petitionem eius admittere nisi velit. ¶ Secus in casu vbi habens ius patronatus aliquē legitime præsentaret, quia talem episcopus admittere tenetur. 16. q. 7. decernimus, & hoc no. Archid. 71. dist. hortamur. in fi. magna glo. & dixi in d. c. querelam. in 2. dist. in fi. & istam glo. Goff. hic approbat Archid. 16. q. 1. si quis monachus. glo. penult. 2. 3. dist. in c. qui episcopus. gl. fi. vbi de hoc vide, & 16. quæstio. 7. nullus.

¶ Super eo. c. Ad declarationem gl. quæ incipit vtrum monachi. Si quæritur vtrum, & qualiter, monachi possunt assumi ad regimen animarum: & vtrū assumpti statuta sui ordinis seruare teneantur, distingue. Aut quæritur de primo. s. vtrū, & qualiter possunt assumi ad regimen animarum, & tunc ¶ Aut quæritur vtrum possint assumi ad episcopatum, & dic quod sic. Et de iure communi, vt j. de elec. c. nullus. s. fi. lib. 6. melius extra de elec. 1. s. vlt. in cle. Et idem intellige de archiepiscopatu, & superioribus, cum sit eadem vel maior ratio, vt ibi no. Aut ad aliam dignitatem inferiorem, & tunc, aut ad dignitatem regularem, & tunc, ¶ Aut est eiusdem religionis & habitus, & tunc dicit quod possunt etiam de iure communi, vt extra de elec. c. j. in prin. in cle. a contrario sensu. Aut alterius religionis, vel habitus

bitus, & tunc aut queritur vtrum possunt assumi de iure communi, & per viam postulationis, seu alterius prouisionis specialis, & dic quod sic, & a quo debebit postulari, dicit ibi Ioan. Andr. quod a Papa. ggc. vero tenet ibi quod ab episcopo & abbate, & ita videtur sentire Innoc. & Hostien. de postul. præla. capit. fin. ¶ Aut ad dignitatem secularem, & in hoc casu sunt opinionēs, quidam enim dicunt, vt Ioan. & Bart. Brixien. 16. q. 1. in summa, quod olim ex dispensatione hoc fieri poterat. 55. dist. in pñcis. hodie vero potest fieri de iure communi. 16. q. 1. cum pro vilitate, & in parochia & c. doctos. & capit. si monachus. s. his omnibus. & s. ecce sufficienter. & hoc videtur probare hoc. c. in prin. a contrario sensu secundum Archid. in summa alle. & hanc opinionem tenuit Hug. in calle. pñcis. dum modo habeat abbatē, & episcopo consensum, & Goff. hic. Alij vt Io. & Lau. in calle. pñcis. & Io. 16. q. 1. monachi va gantes. & Inno. s. eo. c. 2. dicunt quod nec etiam hodie potest fieri sine dispensatione, cum Lateran. concilio hoc prohibeat. s. eo. c. 2. & j. de capellis mon. in ecclesijs. & hanc opinionem videtur tenere. G. j. de præben. cum singula super verbo ecclesijs. lib. 6. & Ioan. Andr. post eum in nouella. Tertij dicunt sicut primi: sed ad hoc addunt, quod præfici possunt in ecclesijs tantum in quibus possunt plures monachi commorari, solus autem præfici nō possit monachus, quia nec debet solitarii manere sine alio socio eiusdem religionis. s. eod. c. 2. ad idem. 7. q. 1. nihil. & c. illud. & 80. dist. in omnibus. & hanc opinionem ponit glo. 16. q. 1. in summa quarti. Ioan. Fa. in cap. alleg. pñcis. & Bert. hic in ver. satis potest dici. & c. dicunt quod olim monachi non poterant præfici ecclesijs nisi ex necessitate, vt in c. alleg. pñcis. hodie possunt etiam vilitate suadente necesse existate, quia hæc duo æquiparantur. 12. q. 2. sine exceptione. j. de senen. excom. si verē. Host. hic tenet primam opinionem. dicens, tu dic cum Hug. & Bertrando provinciali, & Goff. quod monachus cū licentia siue consensu abbatis hodie potest præfici per episcopum in parochialibus ecclesijs, etiam seculari. 58. di. c. 1. & 2. 74. dist. quorundam. & idem est de canonicis regularibus. s. ti. 1. per tuas. & hic & Abbas cogitur consentire vbi clerici nō inueniuntur sufficientes, & monachus est bonus prædicator: & honestus in vita. ar. 2. 1. q. 1. c. 1. in fi. s. de elect. in causis in fine & c. nihil est. ¶ Et in hoc intelligas quod officij prædicationis ratione regimini competens est priuilegiatum, vt hic sequitur, & argum. s. tit. 1. ex multa. secundum eum hic & in summa eod. tit. s. vtrum populum cum quo concordat frater Ioan. in summa cōfessit. de transitu cle. q. 2. ver. Hostien. tamen & c. frater Alben. lib. 6. tit. ordinandus debet esse non neophitus. & tit. de obedientia arti. 4. versic. quid si episcopus velit. & Ioan. And. hic & hoc credo verum quod satis incidit in idem cum quarta opinione. Nam ex quo assumitur per episcopum, satis concluditur vtilitas ecclesiæ, ad quam assumitur, cum episcopus teneatur vtilitatem parochialibus, & c. cuiuscunque alterius sibi subditæ procurare, arg. s. de iureiur. petitio. de feud. c. 2. & hic debet inter alia iurare, vt not. Hosti. c. o. ti. c. ego. enim. Item cum Abbas consentit concluditur vtilitas monasterij vnde assumitur qui similiter iurat vtilitatem sui monasterij procurare. j. de symo. deus qui. 18. q. 2. abbatē. j. cap. proxi. & se. Item dicit Hosti. hic quod talis monachus potest sine alio monacho, si ipsum commodè habere non possit, vel quia ad hoc non sufficit ecclesia, vel quia socium non reperit habitare, arg. hic nec obstat. s. eo. monachi, quia illud intelligi debet non solum de monachis sed etiam de canonicis regularibus, quia non debent soli poni per villas seu parochias ab abbate ad morandum. ¶ Porro si ad regendum populum instituantur, aliud est, quia in hoc officium prædicationis priuilegiatum est, vt hic patet: cum enim vtrique religiosi sint, quis possit in hoc reddere sufficientem rationem diuersitatis, nō enim hæc sufficit, quod regulæ inferunt laxiori, vt patet supra, de postulatione ex parte in fine secundum eum. Idem in hoc Hugo. & Goff. hic. & G. de monte Laudu. & Gen. extra eodem tit. capitulo ne in agro. s. ad hæc super verbo prioribus & Ioan. Andr. super verbo ad claustrum. in clem. Et præmissa intelligas de ecclesijs parochialibus, quæ ad monachos pleno iure non pertinent, in illis autem quæ ad illos pleno iure pertinent, sufficit sola autoritas abbatis & conuentus. 16. q. 2. vifis. vt no. Host. in sum. eo. tit. s. alle. vtrum populum. vbi plene de hoc per eum. & idem no. frater Io. in sum. confess. tit. de transitu. in cle. q. 2. & se. ¶ Aut quæritur de secundo principali, s. vtrū tales assumpti ad regimen ecclesiæ parochialis teneantur statuta sui ordinis seruare, & tunc referat. Aut quæritur de tribus substantialibus ordinis, & dic quod illa seruare tenentur, nam

talibus monachus continentiam seruare tenetur. s. de vita & honestate. vt clericorum. temporalia dispensabit ratione sibi commissa administrationis: iugo autem obedientiæ, & a iurisdictione abbatis absoluitur, sed imperio episcopi subijcitur, qui de cætero erit abbas suus. 16. q. 1. sic viuere. & c. cunctis. & hoc intelligas, quando ecclesia cui præficiatur, ad episcopatum spectat quo ad omnia. 16. q. j. in parochia. vel saltem quo ad institutionem, sicut vbiq; est de iure communi. 16. q. 1. sanc. j. ti. c. 1. s. de præben. in Lateran. vt dictum est. Si vero ecclesia pleno iure pertinet ad monachos, remanet monachus subiectus abbati, & seruabit omnia sicut prius, præter tria. s. ieiuniū, silentium & vigiliis, quæ commodè seruari non possunt in ecclesia seculari. ar. 43. dist. sit rector. 16. q. 1. nemo. vt no. gl. 16. q. 1. de monachis. In omni autem casu, etiam si episcopus factus sit, habitum deferre debet. s. de vi. & ho. cle. c. clerici. ad fi. nisi forte scandalum generaret, vel loca minus tuta transiret, vt securus potest mutare habitum, & se alijs conformare. Sed ipsum circa carnem non derelinquat, vt in calle. clerici. vers. & tabernas. & eo. tit. Deus qui secundum Host. & Io. And. hic. & Ho. in sum. d. s. vtrum & fratrem Io. in d. q. 2. & 3. Aut quæritur de statutis alijs a tribus substantialibus prædictis, & tunc dicit Host. hic quod ab omnibus obseruantijs regulæ quas non potest seruare commodè saluis substantialibus, ipsum intelligas absolutum. q. 1. c. vnico. Illas autem quas commodè potest seruare seruabit, vt j. e. in fi. Vt ergo cōcludam, obediens erit episcopo, continentiam seruabit, quia illam promisit, proprium tamen habebit ratione administrationis sibi commissæ. s. eo. monachi. s. quia vero. quod nec secundum veritatem propriū est. s. de præben. ratio. de dona. c. 2. & sic semper remanet regularis, quia hæc tria quæ seruat, substantialia sunt, vt no. s. de vi. & ho. cler. la. ex parte. ¶ Sed nunquid in ecclesia collegiata canonicorum secularium poterit fieri prior, præpositus, vel decanus, vel simplex canonicus: quidam dicunt quod sic, vt no. s. de vi. & ho. cler. deus qui. tu dic contra secundum Hosti. & Io. An. hic vt no. s. de regula. super eo. quia hoc nunquam est licitum de præbenda, arg. in eo. quod le. & not. j. tit. 1. inter quatuor. in fin. nec de personatu nisi ob necessitatem curæ animarum, & dispensariue hoc fiat: & qui dixerit canonicè dispensatum hoc probet, super quo vide quod no. j. de schisma. c. 2. Sed & cum dispensationes de maioribus sint negotijs, de consilio capituli fieri debent, alias non valebunt, vt patet in eo quod leg. & no. s. de ijs quæ fi. a prela. nouit. & c. quanto secundum eum hic, & in summa in s. alle. vtrum. secundum Host. s. de tempo. ordi. dilectus. dicit, quod cōsuetudo hodierna habet, quod soli episcopi dispensent. no. Arch. & Io. And. j. de elec. cum ex eo. lib. 6. & Arch. j. de filijs presbyt. c. 2. eo. lib. 6. & de ista materia vide quod no. Io. And. extra de elec. c. 1. gl. pe. lib. 6. & quantum ad hoc quod dictum est de præbenda, vide quod dixi in c. alle. deus qui. ¶ Et vtrum monachus assumptus ad prælaturam ecclesiæ secularis, debeat comedere carnes, vide p. Io. 16. q. j. c. de monachis vbi dicit quod sic, ne sit alijs scandalum. 41. dist. quifquis. quod verum nisi habeat socium: tunc nō potest vt hic, nisi sit infirmus vel debilis, de consecr. di. 5. carnem. vel nisi ex præcepto episcopi, s. m. Host. in s. alle. vtrum populum. ver. sed nunquid excusatur. idem frater Io. in sum. consensu. de transitu. cle. q. 3.

- 1 Tacere in his que quis loqui tenetur, peccatum est mortale.
- 2 Tacere in his que loqui expedit peccatum est veniale.
- 3 Tacere tacenda meritorium est.
- 4 Monachus in concernentibus iudicij figuram episcopo magis quæ Abbati obedire tenetur.
- 5 Monachus in concernentibus viuendi normam, obedire abbati in omnibus debet.
- 6 Monachus in regulis cantandi episcopo obediatur.
- 7 Monachus an dispensari possit a Papa, vt proprium habeat, vel vxorem ducat.
- 8 Monachus idem quod solitarius.
- 9 Castitas regulæ monachali connexa.
- 10 Abbas non potest dispensare monachum, vt proprium habeat.
- 11 Abbas monachum dispensare potest, vt proprium habeat nomine monasterij.
- 12 Iuramentum seruandum.
- 13 Dispensatio contra contenta in euangelio inuvalida.
- 14 Dispensatio Papæ contra ius posituum quantum ad ecclesiam militarem valida.
- 15 Dispensatio Papæ contra ius posituum, quo ad ecclesiam triumphantem, an valeat.

- 17 Dispensatio ab inferiori Papa sine causa cognitione inualida.
- 18 Religiosus an regulam transgrediendo peccatum committat.
- 19 Religionis regulam profitens, vitam regularem profiteri intelligitur.



Vm ad monasterium. §. In refectorio.

 in sum. eo. ti. 5. ex quibus causis. ver. item potest fieri & c. Sed
 Archi. in calle. iuxta. 16. q. 1. credit quod arbitri de hoc cogno-
 scant, vt in calle. si clericus quos. si subditus eligere nollet. Epi-
 scopus cum cōpeller, vt no. 3. de offi. ord. in refragabili. §. ceterum,
 quod videtur tutius: & vide quod no. ipse Archi. 16. q. 3.
 c. cauendum. glo. adde in hac de reali. & c. 1. Si queritur de ar-
 chiepiscopo, tunc aut queris nunquid possit exigere, & leuare
 charitativum subsidium a subditis fruganeorum suorum,
 & credo quod non, arg. eorum quae le. & no. 3. de offi. ordi. pa-
 storalis. & hoc satis probat iste. §. prohibemus. (& 3. de offi. or-
 conquerente. in si. quae) loquitur in episcopis a suis diocesanis
 hoc auxilium habere volentibus. Aut nunquid possit ipsum
 exigere & leuare a subditis suis immediatis ratione suae dioce-
 sis propriae, & tunc dic, quod sic, modo & forma quib. de epi-
 scopo est praescriptum. Et no. quod Inn. voluit dicere. 3. de sta-
 tu regu. c. 1. quod istud subsidium non potest episcopus vel ar-
 chiepiscopus petere a religiosis, arg. 18. q. 2. hoc tantum idem
 voluit tenere Archiep. j. de praeben. c. 1. lib. 6. Sed tu dic contra,
 quod potest, vt extra de excessi. praet. c. vno. §. in exigendo in-
 super. in cle. & etiam ab exemptis, vt ibi notat Guil. de monte
 Laud. & Gen. Sed quid dices de archidiaconis, vel decanis, &
 alijs inferioribus, nunquid charitativum subsidium possunt a
 suis subditis exigere & leuare, dicit gl. hic super verbo exactio-
 nes. quod sic, sicut episcopus est permittendum tenent Ros.
 & Gof. hic idem Archi. 94. dist. c. dictum. in princ. Sed Hosti.
 hic in hoc contra, dicens quod inferior hoc non potest facere
 nisi ratione privilegij, vel nisi forsan istud obtinuerit de con-
 suetudine iam praescripta. j. de excess. praet. ad hac. & c. acce-
 dentibus. vbi etiam de hoc per eum, & etiam in summa. titu.
 de offic. ordi. §. quid pertinet. sub. §. sunt autem quidam. ver.
 quid si religiosi tallias exigunt. vbi dicit, qd ad hoc, vt tale quid
 exigatur, videtur esse privilegium episcopi speciale, vt hic. &
 3. de offi. ordi. conquerente. §. vlti. & idem cum eo tenet Ar-
 chid. in calle. iuxta. in gl. adde de inferiores. 16. q. 1. & Abb.
 hic, dicens, quod haec litera hoc expresse dicit, quod videtur
 tutius: adde quod ipse Archi. hic not. 10. q. 3. cauendum. & c.
 quia cognouimus. 7. q. 1. res ecclesiae.

- 1 Censur rei temporalis augmentari potest.
- 2 Censur super rebus eccle. an augmentari possit. 4. 6.
- 3 Episcopus conferens vel eximens ecclesiam, potest super ea pensio-
nem retinere.
- 5 Episcopi auctoritas facit vitium cessare.
- 7 Censur non imponendus ecclesiae sine patroni consensu.
- 8 Censur non augetur per redditus augmentum.
- 9 Procuratio augetur secundum ecclesiae facultatem.

Prohibemus. Si queris vtum debeatur vel
 possint noui census imponi, seu veteres augmentari, distingue. Aut queris
 vtum possint imponi seu augmentari, in & super
 rebus temporalibus priuatorum, & dic quod sic, dummodo
 imponens sit talis, & habeat ius tale in re constituenda censua
 li, quod hoc facere possit, vt quia est dominus rei habens libe-
 ram administrationem & dispositionem ipsius. ff. de usufruc.
 l. 3. de seruitu. l. 1. 2. 3. 4. & 5. institut. de usufruc. §. constituitur.
 Secus si est minor, vel prodigus, seu alius cui alienatio seu ad-
 ministratio rei suae esset interdicta legitime. ff. de ver. obli. l. 1.
 cui bonis. quem admodum serui. l. si communem. de alic. mu.
 iu. cau. fac. l. non solum. §. ad iura. de fun. do. l. 5. & 6. de re. eo. q.
 sunt sub tu. vel cura. l. 3. §. nec usufructus. & §. seq. C. de re. ec-
 clesiae non alie. l. vlti. Aut queris, vtum possint imponi, vel
 augmentari, in & super ecclesijs seu rebus ecclesiasticis, & tunc,
 aut res censuales peruenit ad ecclesiam, & tunc ecclesia consti-
 tuitur censuales illo censu, quos res illa ad eam perueniens erat
 antea onerata: quod dic vt l. & no. extra. eo. tit. c. 1. in cle. & in
 isto casu potes intelligere gl. 2. Ber. hic. Et est rō, quia res trans-
 fit cum onere suo, vt ibi, & 3. de pig. ex literis. de decimis. c. pa-
 storalis. & c. cum non sit. cum concor. ibi alle. Non tamen pos-
 set augmentari sine auctoritate Papae vel episcopi, si laico aug-
 mentum huiusmodi assignetur, & statim sequitur. Aut res cen-
 suales non peruenit ad ecclesiam, & tunc aut queritur de cen-
 su vel pensione temporali, & personali: aut de perpetuo & rea-
 li. Si de temporali & personali, tunc aut talis census vel pensio

non excedit vitam praelati imponentis vel augmentantis, &
 talis potest imponi vel augmentari, etiam sine auctoritate epi-
 scopi, vt 3. de transac. de cetero. vbi de hoc, & not. Hosti. j. c.
 proxi. Aut excedit vitam imponentis vel augmentantis, vt
 quia assignatus alicui bene merito, ad vitam suam, & talis po-
 test constitui auctoritate diocesanis, alias non, quod dic vt le.
 & no. 16. q. 1. possessiones. Si queris de censu perpetuo, & rea-
 li tunc, aut queritur vtum possit imponi census ecclesiae, vel
 augmentari in ipsius ecclesiae fundatione, vel exemptione, vel
 dotatione, vel consecratione, vel immunitate indulta, seu ec-
 clesiae erectione in abbatiam: aut alias. In primis sex casibus,
 dic quod sic cum auctoritate tamen episcopi, vt 18. q. 2. eleu-
 terius. 3. de iure pat. cura. j. eo. quanto. & c. cum venerabilis. vt
 no. Gof. in sum. eo. tit. §. nouus census. & Hosti. in sum. eo. ti. §.
 quis census. & j. eo. cum venerabilis. Vnde episcopus in fun-
 datione ecclesiae, potest certum censum sibi soluendum im-
 ponere, arg. j. eo. quanto. Item quando de consilio episcopi
 vel capituli sui, confert ecclesiam aliquibus pijs locis, secundum
 decre. 3. de his quae fi. a praet. tua. & c. pastoralis. potest re-
 tinere sibi certum censum: vel quādo ecclesiam eximit vel im-
 munitatem praestat, ad hoc. 3. de consue. cū dilectis. de transac.
 praeterea. & j. eo. cum venerabilis. 3. de religio. do. cōstitutus.
 & arg. ff. de pac. in traditionibus. Idem in dedicatione. 10. q. 3.
 nec numerus. Idem in hospitalis vel pijs loci approbatione.
 Item imponitur a fundatore auctoritate episcopi, vt hac no.
 Hosti. in §. alle. quis imponere. ver. sed & episcopus. & ver. seq.
 Et licet Hosti. j. eo. significauit in gl. nouum intelligas & c. vi
 deatur distinguere in casibus praemissis, inter censum seu pen-
 sionem laico assignandam, vt tunc requiritur quod interueniat
 auctoritas episcopi, & censum seu pensionem assignandam
 alteri ecclesiae, vt tunc non requiritur, quod interueniat
 auctoritas episcopi, ipse tamen Hosti. in §. alle. quis imponere.
 in si. dicit, quod in omnibus casibus praemissis auctoritas epi-
 scopi debet interuenire, alias non esset census perpetuus. j. eo.
 praeterea nec debet episcopus consentire nisi ex iuxta causa. se-
 cundum eum, quod tutius est. Vltimo casu, scilicet, quādo im-
 ponitur alias quam in aliquo casuum praemissorum refert, aut
 queritur de censu imponendo seu augmentando pro episco-
 po seu ecclesia episcopali, id est, soluendo episcopo seu eccle-
 siae episcopali: aut soluendo ab episcopo seu ab ecclesia episco-
 pali: aut inter subiectos inuicem, hoc est de censu soluendo ab
 vno subiecto alteri subiecto. In primo casu non potest fieri au-
 thoritate ipsius episcopi, vt hic & j. eod. grauis admodum. se-
 cundum Hosti. in §. alle. quis imponere. & concor. Inn. & Hof.
 hic. Et est ratio, quia inter dantem & recipientem oportet esse
 differentiam, vt patet in eo quod l. & no. 3. tit. proxi. per ver-
 stras. ff. de author. tu. l. 1. secundum Hosti. hic: poterit tamen
 hoc fieri auctoritate metropolitani, & ex causa, ad hoc. ff. de
 admi. tu. l. non existit. & potest ex iusta causa, quādo episco-
 pus est pauper, & fructus creuerunt, arg. j. eod. quanto. & 3. de
 praeben. expofuit. secundum Hosti. in §. alle. quis imponere.
 In secundo casu, scilicet, quando census est soluendus ab epi-
 scopo, siue ab ecclesia episcopali, ita quod ipsam episcopalem ec-
 clesiam constituere vult censuale, dic quod episcopus sine
 consensu capituli hoc facere non potest. 3. de his quae fi. a praet.
 pastoralis. & c. tua. & de do. pastoralis. Fallit in casu. 3. de dona.
 c. apostolica. secundum Hosti. in calle. quis imponere. sed ibi,
 scilicet, in c. apostolica. non loquitur de impositione census,
 sed de collatione reddituum ecclesiae cathedralis. In tertio ca-
 su. quando imponitur vel augetur census inter subiectos re-
 fert. Aut imponitur vel augetur census praetandus ab vna ec-
 clesia alteri ecclesiae, & tunc hoc fieri potest ex causa rationa-
 bili, & iusta & auctoritate episcopi, ita potest intelligi gloss. 3.
 Ber. hic, & quod not. Laur. 3. de ijs quae fi. a praet. c. pastoralis.
 in si. & Archi. 16. q. 3. sanē quia in gl. pen. alias quantumcunq;
 redditus ecclesiae augmentantur hoc fieri non potest, nisi ex
 causa fiat, & auctoritas episcopi vel superioris episcopi, vel
 episcopus non potest autorizare, interueniat. j. eo. c. proxi. &
 c. significauit. 3. de cle. non reli. conquerente. vbi de hoc secun-
 dum Hosti. hic & in summa eo. tit. §. alleg. quis imponere po-
 test. & in hoc concor. Tan. Vinc. & Gof. & Ber. j. eo. significa-
 uit. dicens, quod ex iusta causa & rationabili hoc potest epi-
 scopus. Nam secundum Hosti. ibi & in c. cum clericis. ex quo
 auctoritas episcopi interuenit non praesumitur vitium, imo
 dummodo ex causa, & officio suo fiat, purgat omne vitium,
 & pensio perpetua est praestanda. 3. de praeben. nisi essent. de
 transac. de cetero. & c. statumimus. & c. super eo. & qui dicantur
 noui census, notatur hic per Ber. & melius j. eo. significauit. in
 glo. &

glo. & ita quae fuit gloss. Laur. & Vinc. Item Laur. not. 3. de ijs
 quae fiunt a praet. pastoralis, quod episcopus de consensu capitu-
 li potest nouam pensionem imponere, & hoc dicit per illud.
 c. quod forte verum est ex iusta causa, alias non vt hic, & hoc
 no. Arch. 16. q. 2. sane, quia gl. pe. & hoc expresse tenet Hosti. j.
 eo. significauit. dicens quod sine auctoritate episcopi, non po-
 test de nouo imponi pensio in ecclesia, vt hic. & j. c. proxi. &
 c. cum clericis. & c. grauis. Sed quandoque haec auctorizet
 episcopus, non tamen transfertur plenum ius nisi ex iusta cau-
 sa fiat, ar. 3. de praeben. vacante. j. c. quanto & 3. c. peruenit. Re-
 quiritur etiam tertium. scilicet, quod capitulum consentiat, vt 3. de
 ijs quae fi. a praet. tua. & c. pastoralis. & etiam conuentus eccle-
 siae cui pensio imponitur si ibidem sit. 3. de reb. eccl. c. 1. vt leg.
 & not. 3. de transac. de cetero. Sola tamen auctoritas episcopi
 sufficit, maxime cum causa quantum ad transferendum iustū
 titulum praescribendi, & sic potest intelligi. j. eo. significauit. &
 c. cum olim. & c. cum venerabilis. 3. de dona. apostolica. & de
 reli. do. constitutus. Nec debet habere praescribens malam fi-
 dem cum auctoritate Papae, qui super hoc tale ius constituit,
 hoc faciat. 9. q. 3. cuncta per mundum. 2. q. 4. qui peccat. & sic
 non debet habere conscientiam malam, quam haec auctorizet
 licet scrupulosam sequatur eam. j. de fymo. per tuas. 3. secun-
 dum Hosti. ibi. Aut imponitur vel augetur census praetandus
 ab ecclesia personae seculari, & credo quod hoc fieri non potest
 sine auctoritate sedis apostolicae, cum sit quaedam alienatio vo-
 luntaria iuris ecclesiastici, quam episcopus facere non potest,
 vt 3. de re. eccl. non alie. c. 1. & per totum, & quaedam submis-
 sio ipsius ecclesiae subiectioni & seruituti laicorum, quā simi-
 liter episcopus facere non potest, quod dic, vt le. & not. j. de re.
 eccl. non alie. c. hoc consultissimo. lib. 6. Et hanc distinctionem
 inter laicum & ecclesiam credo veram in membro praecedenti.
 Quando episcopus suam ecclesiam vult constituere censua-
 lem. Et hac omnia intelligas salua in omnibus auctoritate Pa-
 pae, qui potest contra praedicta ordinare, seu privilegia vel in-
 dulgencias concedere, vt in d. c. hoc consultissimo. circa prin-
 cipiū & sedis apostolicae licentia & c. sibi. n. summa & plena eccle-
 siae dispositio a domino est concessa. de f. tran. l. epi. c. j. de
 elec. fundamenta. lib. 6. & de praeben. licet ecclesiarum. lib. 6.
 non videtur tamen quod de potestate ordinata possit ecclesia
 aliquam sine causa facere alicui laico censuale, arg. 12. q. 2. nō
 liceat Papae. Nec ob. calle. hoc consultissimo. ibi & sedis apo-
 stolicae licentia a contrario sensu, quia hoc posset Papa facere
 ex causa iusta & rationabili, arg. 63. dist. in synodo. & c. Adria-
 nus. nec est verisimile quod aliter facere velit. arg. 2. q. 7. nos. si
 incompetenter. 3. de iudi. nouit. Et not. quod est arg. 18. q. 2.
 Eleutherius. quod si ecclesia habeat patronum, quod non po-
 test imponi census eidem ecclesiae sine consensu ipsius, vt ibi
 no. Ber. Hisp. & Arch. super verbo matrem. Et vide quod no.
 G. de monte Laud. extra de supplen. negli. praet. c. vnico. super
 verbo pensiones. in clem.

Super eo. c. ad declarationem gl. 2. Si queris vtum augmen-
 tatis facultatibus ecclesiae censuales, seu pensionem vel pro-
 curatione debitis, census pensio, vel procuratio debeat augmen-
 tari, distingue. Aut queritur de censu seu pensione, & talis
 nec de nouo imponitur, nec augetur quantumcunq; redditus
 augmententur, nisi ex causa fiat, & auctoritas episcopi vel su-
 perioris Episcopi, vbi episcopus non potest autorizare in-
 terueniat. j. c. c. & c. significauit. secundum Hosti. hic. Aut quaeris
 de procuratione, & ille diminuitur & augetur secundū fa-
 cultatem ecclesiarum, vt j. eo. quanto. & 3. c. proxi. & de praeb.
 auaritia. secundum Hosti. hic & Gof. in sum. cod. tit. §. nouus
 census. & quantum ad pensionem adde quod dixi. supra de pac.
 c. cum clericis.

- 1 Pedagia quae licita.
- 2 Pedagia quando exigenda.
- 3 Pedagogium recipiens transeuntes defendat.
- 4 Pedagia soluunt laici de mercibus, & non de rebus ad suum
vsum destinatis.
- 5 Pedagogium a solutione clericis exempti.

**Si queris quae pedagia sint li-
 cita & permilla, & quae non:
 & vtum & quando pedagogium exigi & recipi pos-
 sit, & de quibus seu quorum rebus, distingue. Aut
 queris de primo. scilicet, quae pedagia sint licita, & quae non, & tunc
 dic vt le. & no. specialiter per Hosti. j. de verb. signi. super qui-
 busdam. praeterea. vbi dixit textus, quod omnia pedagia sali-
 naria, guidagia, sunt interdicta, quae non apparent Imperatorum**

vel regum vel Lateranen. concilij largitione concessa, vel ex an-
 tiqua consuetudine a tempore cuius non extat memoria in-
 troducta. vbi Hosti. exponit regum. l. Romanorum. Alij autē
 reges talia concedere non possunt, tum quia haec materia phi-
 bitoria est vt ibi, tum quia solus Imperator mundi dominus
 dicitur. ff. ad l. Rhod. de iactu. l. de precatio. & pro hoc. C. noua.
 vec. consi. nō posse. l. 1. & 2. Nec ob. hoc. c. quia hic debet ex-
 poni regum. i. Imperatorum Romanorum, vt patet. C. de no-
 ua. vec. consi. non posse. l. non solent. ff. de pub. l. ve. Italia. &
 per hoc corrigitur illud quod notauit Hosti. in summa eo. ti. §.
 ex quibus cau. ver. & nunquid rex Franciae. Rex autē Roma-
 norum ex quo electus est in concordia, eandem potestatem ha-
 bet quam & Imperator, nec dat ei vnctio imperialis nisi no-
 men, sicut vidi in Almania per principes iudicari. Sed quicquid
 iudicauerint, non videtur quod hanc potestatem habeat. do-
 nec sit per sedem Apostolicam approbatus, quod dic, vt no. 3.
 de elec. venerabilem. secundum Hosti. in calle. super quibusdam.
 Et idem. §. quod non habeat hanc potestatem donec sit
 per sedem apostolicam approbatus, no. Arch. 93. dist. legimus.
 in gl. adde istam sententiam. & Guli. de monte Laud. extra de
 iureiur. c. vnico. super verbo eligendi. in cle. & bene. Inno. ve-
 ro. hic simpliciter dicit, qd reges possunt imponere noua peda-
 gia, peccant tamen si hoc faciant sine causa, quod verius vide-
 tur saltem in ijs qui superiorē non recognoscunt, vt rex Fran-
 ciae & similes, de quibus. j. qui filij sint leg. per venerabilem. &
 in eo casu posset saluari d. glo. Hosti. in summa: & hoc videtur
 innuere Ber. in calle. super quibusdam. in gl. solus iugiter prin-
 cept. Aut queris de secundo. scilicet, vtum & quando pedagogium
 recipi & exigi possit, & tunc distingue. Aut pedagogium nō est
 legitime seu canonicē introductum, vt 3. & tunc non potest
 exigi vel recipi, vt in iuribus allegatis: aut est legitime & cano-
 nicē introductum, & tunc aut queris vtum possit exigi vel
 recipi in foro exteriori seu iudiciali, & dic quod sic vt in iuris.
 alleg. aut in foro interiori seu penitentiali, & tunc vide quod
 no. Ray. in sum. eo. tit. de rapt. rubricella de pedagijs. §. 14. cir-
 ca pedagia & c. & frater Io. in sum. con. tit. de rapt. q. 29. de in-
 de quero quid iuris & c. alias est sub rubricella de pedagijs, ver.
 circa pedagia & theolonia distinguunt sic quia. Aut sunt anti-
 qua: aut noua. In primo casu sint imposita ab ijs qui impone-
 re poterunt, videlicet principibus, vel regibus, & praesertim
 auctoritate ecclesiae, & ex iusta causa, vt pro defensione stratae
 publicae, contra praedones in terra, vel contra piratas in aqua,
 vel pro defensione fidei, & patriae contra paganos, vel hereti-
 cos, vel alia legitima, & simili causa, & recipientes, facit illud
 propter quod fuit impositum libere & sine scrupulo conscien-
 tiae, potest recipere. Si autem nec sit a quibus fuit institutum,
 credit tamen quod ab illis qui poterant, ex praedictis credunt
 idem. Et idem credunt, si iste talis non laborat modo, nec fa-
 cit expensas, quia non est necesse cum terra sit bene purgata
 etiam in pace, paratus est tamen & labores & expensas impen-
 dere, si esset necesse, ita etiam quod proponat imminente ne-
 cessitate non solum, quod accipit, tunc in illas expensas pone-
 re, sed etiam ultra si esset necesse, vt quasi fieret compensatio
 annouum, in quibus vel parum expendit ad illos in quibus opor-
 tet eum multa expendere, si haec ita gesserit pura & bona fide
 securē potest recipere. In secundo vero casu. si sit nouū, nul-
 lo modo potest aliquis occasione illius a vehentibus vel tran-
 seuntibus aliquid accipere, absq; periculo animae & rapinae, ni-
 si introductum sit illud ab illo qui potest statutum cōdere de
 quo. §. dictum est de antiquo. Hec omnia probantur. 2. q. 3. si
 quis romi petas. 3. de treu. & pace. c. in nouam. §. eod. perue-
 nit. ver. oportet quippe & c. c. cū Apollolus. §. prohibemus.
 12. q. 2. nobis. n. circa si. & ff. loca. & conducl. l. si vno. & si con-
 tra formam istam aliquid est attentatū credunt esse restituen-
 dum illi a quo iniuriosē acceptum est, si sciri potest, si autem
 cum consilio ecclesiae in pijs causis est expensum. Sed &
 secundum Hosti. si dominus terrae, qui recipit pedagogium non
 defendit solucentem in rebus & persona pro posse suo, licet nō
 teneatur ad restitutionem pedagijs, nisi constaret quod hac de
 causa institutum esset, tamen teneatur ad satisfactionem plena-
 riam, quod plus est, si inueniatur in defectu iustitiae. 23. q. 2. do-
 minus. & q. 5. administratores. secundum Hosti. in §. alle. & fra-
 trem Io. in calle. & idem in hoc Hug. & Archi. in calle. §. q.
 romipetas. gl. si. Si autem ille recipiens faceret quod suum es-
 set, & transeuntes aliquid subtraheret, rapina vel furtum ef-
 fet secundum Ray. & fratrem Io. vbi. §. vnde praesice tenetur
 ei ad restitutionem, & agere insuper penitentiam de furto &
 mēdacio, & de alijs peccatis ibi commissis. Si vero iniuste re-
 ciperet,

ciperet, & isti sic, scilicet per mendacium furtiuè subtraheret, peccarent ad minus venialiter in mendacio, ad restitutionem autem non credunt eos teneri. † Aut queritur de tertio. scilicet de quibus seu quorum rebus, & tunc refert, aut queris de rebus laicorum: aut de rebus ecclesiarum seu personarum ecclesiasticarum. Si de rebus laicorum, tunc secundum Host. hic: aut queris de ijs quæ emuntur vel vehuntur ad proprium usum vel gratia iuris colendi, vel ad deferendum fisco, & pro talibus pedagium nullum datur. C. de vec. & conduc. l. vniuersi prouinciales. vbi contravenientes decapitari mandantur. quia non est exigendum nisi tantum de ijs quæ causa mercimonij vehuntur, vt in eo, tit. l. omnium. nec excusat contraria consuetudo cum sit irrationabilis, & iniqua, vt de consue. c. si. vnde versus, tempus logeum & c. vt no. s. de testa. c. 2. Aut queritur de ijs quæ vehuntur causa mercimonij, & de ijs exigere potest, vt in l. omnium. secundum Host. sed contra hoc credo, quod mercatores possent prescribere libertatem, quæ est fauorabilis, & per consequens amplianda. j. de reg. iur. c. odia. lib. 6. Item cum tale pedagium possit acquiri per consuetudinem talem de qua in c. alle. super quibusdam. §. præterea, non mirum si per contrariam tolli possit, arg. ff. de reg. iur. l. nihil tam naturale. j. de reg. iur. c. omnis res. † Si queritur de rebus ecclesiarum seu personarum ecclesiasticarum, dic de hoc vt dicam. j. de immu. eccl. c. caduerus. Vnde circa h. d. Host. hic quod clericus auctoritate aliquis laici etiam Imperatoris non potest distinguere de iure ad pedagium soluendum, ar. in eo quod le. & no. s. de decimis tua. nec prodest consuetud. contraria. s. de consue. c. 1. nec clericus in hoc renuntiare possit etiam si vellet. s. de foro compe. si diligenti. secundum Host. hic & vide quod ipse no. in summa eo. tit. §. ex quibus. causis. ver. & nunquid rex Francig. vsq; in fin. ipsius. §. vbi multas inuenies circa istam materiam questionibus. Et si velis scire in quibus casibus potest dominus aliquid exigere ultra consuetudinem vel statutum commune, & de quibusdam alijs dubijs circa materiam exactioem seu talarium, vide per fratrem Ioan. in summa titu. de raptoribus rubricella de pedaggijs. q. 3. quæro ergo in speciali & c. & octo questionibus sequentibus, & per fratrem Alten. tit. de 7. præcepto. ar. 4. & seq.

- 1 Episcopo, an iuramento, cui magis obediendum.
- 2 Deus magis timendus, quam pena temporalis.
- 3 Iurans non exire sine licentia alicuius, an si a superiore reuocatus exeat periurus fiat.
- 4 Concesso vno omnia videntur concessa sine quibus & c.

Ignificauit. Ad declaratione gl. sed in hoc. † Si queritur vtrum rector seu prælati ecclesie, qui iuravit censum patrono ecclesie vel alteri soluere, cõtra inhibitionem episcopi ipsum soluere debeat, vel potius debeat obedire episcopo, distingue. Aut rectori dicat sua conscientia, quod census debitus est, & sic tenetur ipsum soluere. Aut quod est indebitus, & sic debet ipsum denegare, Aut dubitat, & sic tenetur episcopo obedire, vt leg. & not. s. de tempo. ordi. ad aures, secundum Host. hic qui querit hic, quid si frater iuravit Gulielmo vsq; ad mensum soluere centum, interim pendente die Gulielmus condemnatur per iudicem secularem, vel accusatur de aliquo graui crimine, iudex interdicat Petro ne soluat sub magna pena, instat dies solutionis, nunquid Petrus tenetur soluere. arg. est in iuribus gl. quod non, ipse tamen Host. putat de iure contra, quia tali recte soluitur. ff. de solu. reo criminis. de iure fisci aufertur. §. in reatu, nisi in casu. C. ad leg. Iuliam maiesta. l. quisquis. §. pen. vnde certum est quod iuramentum licitum est vnde non obligat mandatum contrarium. l. 1. q. 3. Iulianus. s. de iure iur. c. 1. & c. debitor. † Si vero de pena temporalis timeas, respondeo magis timendus est deus, arg. s. quod metus causa. facris. quiniomo & imputatur tibi si non appellaueris. ff. de mi. ait prætor. quod verum nisi sententia lata esset. ff. de iudi. a diuo Pio. vel bona confiscata, quia postea fisco tanquam hæredi solui possit, ff. ad leg. Iuliam maiesta. l. si. de iure fisci. in fraudem. C. de bo. dam. l. si. secundum Host. & Io. And. hic licet contrarium iurat in summa de iure iur. §. quod species. sub. §. item si iuro tibi. † Sed cum Host. hic concor. Io. Andr. j. de re. iur. in malis. in nouella. lib. 6. vbi querit an scholaris qui iuravit creditori non exire districtu Bonon. ante solutionem sine ipsius licentia, filiusfamilie iusta causa reuocatus a patre, vel clericus beneficiatus ab Episcopo ad residentiam, vel simpliciter sit periurus, quia non obtenta licentia creditoris, licet petita ante solutionem repatriauit, tandem post multa alleg. pro

& contra soluendo excludit primo tres casus non dubios. Primus est cum scholaris in fraude creditoris procurauit uocationem sui, quo casu periurus est. supra de offic. deleg. pastor. al. in fin. infra de concessio. præbend. postulasti. in fin. & in clem. de pen. multorum. verfic. vel pœnam. ff. si quis cau. l. 2. in fi. Secundus, si potuit debitum soluere, & sic vterq; parere, tunc. n. dicitur contra iuramentum voluntate venisse, & sic est periurus, s. de iure iur. querelam. Tertius, quando ipse scholaris, prius per iuramentum se obligauerat episcopo ad reddendum vel ad obedientiam, tunc. n. in duobus iuramentum licitum primo præstitum præfertur secundo. s. de iure iur. veniens. & c. intellecto. faciunt no. eo. si licet. lib. 6. Et sic remanet dubium quando studens non alitrius patri nec episcopo per iuramentum etiam non procurans reuocationem suam, nec soluere valens repatriauit. Et tunc distinguit, aut de voluntate episcopi, vel patris erat in studio: aut sine licentia: primo casu, licentia fuit indeterminata, non astringens eum ad reditum certa die, nec excludens potentiam faciendi mutuum, & pro studij necessitatibus illud contraxit, ar. etat illud iuramentum, † cum ex datione omnia videantur concessa sine quibus & c. s. de offic. deleg. præterea faciunt not. 1. 2. q. 1. non dicatis. 2. q. 7. cum pastoris. j. de accusat. ex parte. valeat ergo indissolubiler factum de tali tacita licentia, quod alias sine licentia factum nõ valisset, sicut de pacto futuræ successiois dicitur, quod fit de voluntate eius cuius erat hæreditas. C. de pactis. l. vlti. † Secundo casu, sicut cum non obligatum episcopus poterat saltem ad reditum reuocare. s. de cler. non residen. ex parte. cum cap. §. & pater etiam saltem ex iusta causa sic & obligatum, cum patri vel episcopo præiudicare non potuit, quare ad ipsorum mandatum repatriando peritium non incurrit, quod probat ibi per sex rationes, & maxime per ea quæ no. Spec. de renun. & conclu. §. 1. verfi. item est beneficium. vbi no. pacta in scholaribus non tenent, & alleg. C. de patri. qui si. dist. l. 1. s. de pig. c. 2. non tenet, ergo iuramentum accessorium tali. s. de foro. compe. si diligenti. j. de reg. iur. accessorium. lib. 6. Et sic per illam regulam, & per illam non est, eo. titu. transgressio non inducit peritium, cum transgressio fuerit contra libertatem hominis. Item clericus sine licentia episcopi, vel filiusfamilie sine licentia patris votum peregrinationis non adimplet: patet primò de consec. dist. 5. non oportet. de secundo. 2. 2. q. 4. tribus. & q. 5. pueri. & vide Inn. & Host. s. de vo. scriptura. vbi tenent votum filijfamilie. etiam puberis præter votum religionis pendere, ex potestate patris: & facit quod de vxore dicitur. 3. 3. q. 5. noluit, & c. manifestum. episcopo ergo vel patri ex iusta causa reuocanti, necesse habuit studens iste obedire, ergo nõ est periurus, secundum eum.

- 1 Consuetudo qualiter extendenda. 7.
- 2 Prescriptio qualiter extendenda. 4. 6.
- 3 Possessionem in rebus incorporalibus dat vsus, cum patientia.
- 5 Possessio de persona ad personam non extendenda.
- 8 Consuetudinis & prescriptionis extensionis differentia.

Opite. Hic habes qd consuetudo generalis prouincie extenditur ad ciuitatem seu materiam ciuitatis illius prouincie: ad cuius euidenciam plenior. † Si queritur vtrum & quando & qualiter prescriptio seu consuetudo extendatur. Distingue addendo ad ea quæ dixi post Inno. & Host. s. de capel. mo. c. dilectus. 4. distinctione, a quibus recedere non intendo. Aut queritur vtrum prescriptio extendatur ad alias personas, vel loca, vel res vel actus in quibus per alium seu alios in casu consimili specialiter & legitime est prescriptum, vel vtrum consuetudo extendatur ad alias personas, vel loca, vel res, vel actus in quibus viget in casu consimili consuetudo legitime prescripta, & tunc non extenditur ad eas vel ad ea, imo qualibet prescriptio, seu consuetudo legitima in suis finibus est tenenda, arg. ff. de legi. l. de quibus. communia præ. l. venditor. §. si constat. s. de consuetu. ad nostram. a contrario sensu: & est expressum. 1. 2. dist. illud. in fi. cum ibi no. per Io. in gl. arg. est. & c. illa. c. dist. contra morem. 76. dist. vt inam. de consec. dist. 1. quotidie. & s. de sepul. certificar. in fi. & hoc expressè no. Inn. s. de offi. Arc. c. dilecto. in gl. no. quod vbi consuetudo. circa prin. ver. & hoc est verum & c. circa fin. verfi. Item prædictis rationibus. & c. & Host. ibi post eum, quorū gl. ibi intendo hic declarare, & Tan. & Gof. Ber. & Host. j. eo. super eo. In isto etiam casu posses intelligi gl. Inn. s. de decimis. c. tua. 1. ad finem, vbi no. quod licet quis probauerit, quod per totam parochiam decimam colligat, excepto vno prædio de quo non probauerit, non adiudicabo

cabo sibi decimam in illo prædio, & ad hoc est arg. eo. tit. cum contingat. quia forte in illo prædio alius puta curatus vel alius decimam percipiebat. Aut queritur vtrum extendatur ad alias personas, vel loca, vel res vel actus in quibus non est in casu consimili prescriptum, nec viget consuetudo legitime prescripta, & tunc, aut queritur de prescriptione: aut de consuetudine, & intellige semper legitime prescripta. s. de elec. cum mana. cum ibi no. per Host. & Ioan. And. alias. n. non valeret, vt s. de consue. c. vlti. in fi. de prescri. auditis. & per totum & hoc no. Inn. in c. alle. dilecto. in gl. alle. not. quod circa medium. ver. sed hoc intellige. † Si de prescriptione tunc, aut queritur vtrum extendatur ad alias personas, vel loca vel res vel actus contra aliam personam seu in præiudicium alterius personæ, quam illius contra quam legitime est prescriptum, & dic quod non. Nam cum prescriptiones sint odiosæ, vt s. de prescri. vigilanti. non sunt largæ interpretandæ: sed sunt restringendæ, vt non intelligatur prescriptum, nisi illud quod prescriptum probatur, ita intellige quod notat Inno. in calleg. tua. r. s. de deci. & in c. alle. dilecto. in gl. alle. not. quod circa medium. videtur. Et idè dicimus si ageretur, res. n. inter alios acta præsertim odiosa, & restringibilis, alijs præiudicare nõ debet. C. res inter alios acta in rubro, & in nigro. s. de re iud. quamuis. cum concor. ibi alle. Aut queritur vtrum extendatur ad alias personas, loca, res, vel actus contra illum, & in præiudicium illiusmet, cõtra quæ est prescriptum, & tunc aut ille contra quem est prescriptum, vel alius vtitur illo iure vel consimili, seu exercet illud ius vel consimile, in alijs personis locis, rebus vel actibus ad quas seu quæ prescribens nititur prescriptionem extendere, aut non. Si sic tunc non extenditur, & est ratio, quia si ille contra quem prescribitur vtitur vel exercet illud ius suum possessionem, vel quasi retinet in eo in quo vtitur vel exercet, & sic nõ est in eo negligens, & prescribitur quod nec tacite nec alias illud ius quod exercuit noluit acquiri alteri. Si vero alius ab illo contra quem prescribitur exercet illud ius, seu vtitur illo iure, ipse habet possessionem illius iuris tunc in rebus incorporalibus vsus vtentis vnà cum patetia aduersarij det possessionem vel quasi. s. de elec. querelam. ff. si seruitus vend. l. si quis diurno. & per totum. de vsufru. l. 3. j. de causa posse. & proprie. c. cum ecclesia Sutrina. & per totum, & no. Archi. 27. q. 2. in summa gl. fi. Vnde in vtroq; casu, siue ille contra quem prescribitur, siue alius exercet, & vtatur, prescribens inuenit possessionem plenam, & ab alio occupatam, & ita prescriptioe suam, ad illud extendere nequit, cum sine possessione prescriptio non currat. s. de prescri. causam quæ. & j. de reg. iur. c. sine & possessione. lib. 6. & hoc tenet Inno. in d. gl. no. quod circa medium. ver. sed hoc intellige. Aut ille contra quem prescribitur, vel alius non exercet illud ius, nec vtitur eo, & tunc. † Aut queritur vtrum huius prescriptio iuris in vna re vel loco aut pluribus rebus, vel locis extendatur ad iura alterius rei vel loci penitus separati & remoti, & qui seu quæ diuerso iure censetur, vt si vnus & idè tener duos episcopatus, vel duos archidiaconatus, vnum in Francia, & alium in Anglia, & prescribat contra eum aliquid de iuribus vnus, & tunc prescriptio non extenditur ad iura etiam consimilia alterius: vnde si prescribat visitationem in vno, non extenditur ad visitationem alterius, quia separatorum separata est ratio. C. de dona. inter vir. & vxor. l. si maritus. i. pro hoc. s. de prescri. cũ olim. in fi. Aut queritur vtrum extendatur ad iura consimilia alterius rei vel loci contigui & conexi, & tunc. Aut loci vel rei, qui vel quæ, diuerso iure censetur, & tunc non sit extensio, vt si aliquis Archi. vel decanus prescribat visitationem in ecclesijs secularibus, non tamen propter hoc acquirat visitationem in regularibus: vel si prescribat in monasterijs virorū, non propter hoc acquirat in monasterijs mulierum per iura proximè alle. Aut loci vel rei quæ eodem vel pari iure censetur. Et tunc aut queritur vtrum extendatur ad iura dissimilia & diuersa, & dic quod non, vt si Arch. Senon. prescribat visitationem in monasterijs ciuitatis & diocesis Senonen. non propter hoc acquirat procuracionem, vel aliud ius in monasterio sancti Petri, quia nec in illis monasterijs quibus visitatione ipsam prescripsit, acquireret procuracionem, vel aliud præter ipsam visitationem prescriptam, vt probatur in callegato c. cum olim. de prescrip. & no. Host. eo. tit. cum ex officij. & Io. And. j. de re. iur. c. odia. lib. 6. Aut ad iura paria vel similia, vt si prescripserit visitationem & procuracionem in alijs monasterijs ciuitatis & diocesis Senon. quod per hoc dicitur acquisiisse in ipso monasterio sancti Petri visitationem & procuracionem, iuxta c. illud. c. & illud. c. dilecto. & tunc videtur debere exten-

di per illud. c. dilecto. & per illud. c. fopite. Sed circa hoc membrum subdistingue. Aut ille prescribens prescribit illud ius in rebus vel locis contiguis illi rei vel loco ad quem prescribens nititur suam prescriptionem extendere animo, & intentione acquirendi idem vel consimile ius in illa seu in illo loco contiguo, & hoc sciente, & patiente illo, contra quæ prescribitur, & tunc extenditur ad illam seu ad illum, vt hic, & in callegato dilecto. & hoc satis notat Inno. in d. dilectus. in gloss. recuperandæ. in fi. s. de capel. mo. dicès quod si alius est in iurisdictionis possessione super vnum populum, & ego exerream iurisdictionem in vnam personam tantum illius populi sciente domino, & patiente, quod super totum populum intendo querere possessionem, tunc super totum populum acquirero possessionem, quia quasi vnà & contigua est gleba, scilicet vnus populus, & non extenditur possessio de persona ad personam, quia ille in quo exerco iurisdictionem non possidebat in se iurisdictionem, sed alius contra quem ego prescribo, qui iurisdic. in hanc personam & alias cõmuniter habebat & idem Host. ibi. Aut alterum istorum deficit, vel quia nõ habet animum vel intentionem idem vel consimile ius ibidem acquirere, vel si habet hoc tamen probabiliter ignorat ille contra quem prescribitur, & tunc non acquirat ibi ius, nec fit extensio eo casu. † De primo patet, quia extensio prescriptiois ad ius alterius loci, non potest esse sine prescriptioe vera vel interpretata, iuris interpretatione illius iuris, ipsius alterius loci. Sed constat quod prescriptio non currit sine possessione, vt in iuribus allegatis. & s. de prescri. causam quæ. j. de reg. iur. sine possessione. lib. 6. Item constat quod possessio sine animo non queritur, vt ff. de acqui. posse. l. 3. in prin. & l. quemadmodum. in prin. & C. de acqui. posse. licet. & hoc satis expressè no. Inno. in c. allegato dilectus. in gl. scilicet recuperandæ. in prin. De secundo patet per Inno. in gl. allegata, not. quod circa medium. ver. & propter hanc rationem & c. Nã ex quo non prescribit in loco vbi realiter vtitur, & exercet actum seu ius illud in casu vbi ille cõtra quem prescribitur ignorat, vt ibi no. Inn. multo minus prescribet in loco contiguo, vbi non vtitur nec exercet realiter, sed solum interpretatiuè vel extensiuè. Et hoc etiam probatur sic, quia postquam ignorat prescribentem habere intentionem seu animum prescribendi illo alio loco, seu prescriptionem suam extendendi ad eum, non prescribitur habere animum deserendi suam possessionem vel quasi illius iuris seu paris vel consimilis in illo loco, quæ possessio solo animo retinetur, vt ff. de acqui. posse. l. quod meo. §. qui ad mundinas. & l. quemadmodum. C. de acqui. posse. licet. Et ita intelligo quod no. Inno. in callegato tua. r. in fi. s. de decimis. dicens, quod prescriptiones cum sint odiosæ, s. de prescri. vigilanti. nõ tamen sunt largè interpretandæ, sed sunt restringendæ, vt non intelligatur prescriptum nisi illud quod prescriptum probatur. Nam licet quis probauerit quod per totam parochiam decimam colligat excepto vno prædio de quo non probauerit, non adiudicabo sibi decimam in illo prædio: & ad hoc est ar. eo. tit. cum contingat. s. de proba. ex iteris. de prescrip. auditis. in fi. secundum Inno. & Host. ibi, & Arch. 16. q. 1. qui cum glo. 2. quod intelligo quando perceptio decimarum illius prædi de quo non probauit pertinebat ad alium quam ad illum, contra quem prescripsit decimas in alijs prædijs conuincis, vel quando pertinebat ad illum met, sed ipse tempore prescriptiois ipsius prescribentis vtatur iure suo, decimas ex eo percipiendo, vel si non vtatur, ille tamen prescribens non probauit quod percepit decimas per totam parochiam excepto illo prædio: animo & intentione acquirendi possessionem, & ius etiam in illo: vel si hoc probauit, non tamen probauit quod hoc fecit sciente & patiente, & per consequens tacite conscientie illo contra quem prescribebat quod tamen fuisset necessarium, vt dictu est. † Si queris de consuetudine tunc refert. Aut consuetudo est contra ius, vel onerosa, & tunc nõ est extendenda, vt in callegato tua. r. & c. cum contingat. s. de decimis: nec ad alia iura, vt in callegato dilecto. de capel. mo. & de prescriptionibus auditis. nec ad alias ecclesias, vel personas. 1. 1. dist. catholica. & 1. 2. dist. omnia. s. de consuetudine. c. 1. & c. ex parte. vt hoc no. Inno. in callegato dilecto. in gl. no. qd in principio, & etiam circa finem verfi. item dicimus. Aut nõ est contra ius, nec onerosa, sed ratione nititur, & tunc. Aut queris vt s. dixi de prescrip. vtrum consuetudo extendatur ad iura alterius rei, vel loci penitus separati & remoti, & tunc non, etiam ad iura paria vel consimilia. Aut ad iura alterius rei, vel loci contigui & conexi, & tunc. Aut talis qui diuerso iure censetur, & tunc idem. Aut talis qui eodem iure censetur, & tunc. Aut

Aut ad iura dissimilia & diuersa, & tunc idem & hoc per iura. s. de p̄scrip. alleg. Aut ad paria vel similia, & tunc refert. Aut omnes vel quasi loci vel ecclesie circumuicini vel circumuicini n̄a illa eadem consuetudine reguntur, & tunc extenditur, vt hic, & in c. alleg. dilecto. s. de offi. Archi. & c. dilectus. de capelis monacho. vbi no. Inno. in gl. si. n. alia & c. Quod si alia monasteria eiusdem prouincia hoc iure censerentur, quod illa ecclesia sancti Laurentij de qua ibi loquitur eodem iure censeretur, arg. hic & in c. allegato contra morem. & idem Hosti. ibi. idem Archi. in c. allegato illud. gl. adde. & c. fopite. 12. dist. idem Bernar. & Inno. hic in glo. 2. & vlti. & Hosti. post eos; in hoc. n. dicunt ipsi erant ius commune hic, vt sicut alij faciebant ita isti. j. eo. super eo. Aut non omnes vel quasi loci vel ecclesie illa eadem consuetudine reguntur, & tunc, aut maior pars regitur ea, & tunc idem. f. quod extendatur ad alia loca seu ad alias ecclesias pauciores, vt no. Inno. in c. alleg. dilecto. in gl. no. ra quod. vlti. & dicitur sufficere & c. & Io. & Bern. & Inno. j. eo. ex parte. Sed Hostien. ibi intelligit quod hoc casu requiritur quod fit maior pars in duplum, arg. s. de elect. c. licet. & c. scriptum. cuius opinio videtur satis e qua, arg. j. de electio. si quando. lib. 6. Aut maior pars nō regitur ea, sed minor vel vna sola ecclesia, & tunc nō extenditur, arg. illius c. illud. & ff. communia p̄dici. l. venditor. §. si constat. cum concordant. ibi alleg. Si tamen sint diuersae consuetudines vicinorum locorum, illa quae minus est p̄iudicialis, & nullum vel minus inducet scandalum obseruetur, arg. j. eo. ex parte. s. de maiori. & obedi. cum inferior. & de consuetudine. cum olim. secundum Hosti. qui hoc not. j. eo. super eo. in fi. † Sed quae est ratio quare p̄scriptio legitima completa per aliquem cōtra alium in aliquo loco vel aliqua ecclesia extenditur contra ipsum ad alium locum seu aliam ecclesiam conuinciam, quae eodem iure censentur, dummodo p̄scribentes hoc intēdat & aduersarius hoc faciat, licet non p̄scribat in omnibus vel maiori parte ecclesiarum, vt est dictum: secus tamen in consuetudine, nisi sit in omnibus vel maiori parte ecclesiarum. Ratio est, quia in p̄scriptione fit illa extensio ex animo & intentione p̄scribentis, volentis acquirere possessionem in rebus cōtiguas & connexas. ff. de acquir. poss. l. 3. in prin. ad Trebell. l. re situta. & no. per Inno. plene. s. de restitu. l. polia. in literis, & in c. alleg. dilectus. de capel. mona. & ex scientia & patietia, & sic tacito consensu ipsius aduersarij, qui pro traditione habetur in rebus in corporalibus, vt est dictum, & qui si damnum patitur de seipso queri debet. Sed in consuetudine non fit extensio ex animo vel intentione vel patietia vel consensu tacito vel expresso alicuius, s̄ fertim de loco vel ecclesia, ad quē, feu quam sit extensio, seu autoritate iuris communis tantū, vt no. Inno. hic in gl. si. quod quidem ius noluit p̄iudicari pari vel maiori parti perfectum seu tacitum consensum, consuetudinem. inducentem paris, vel minoris partis, sed vt minime vel minoris partis perfectum vel tacitum consensum omnium, vel quasi etiam maioris partis, cū illud quod maior facit omnes facere videatur. ff. ad muni. l. quod maior. de regu. iur. l. aliud. §. refertur.

- 1 Monasterium in genere intrare vouens ab eo ingredi compellitur.
- 2 Monasterium in genere intrare vouens, ab episcopo approbatum ingredi compellitur.
- 3 Monasterium occulte vouens intrare, quo ad deum obligatur votum adimple.

X parte. Ad declarationem gl. si. Inno. hic si quis queris vtrū si aliquis promittat vel voueat intrare aliquam religionem seu aliquod monasterium de religionibus seu monasterijs approbatis, ex hoc obligetur, & cui & qualiter, distingue. Aut queris vtrū & qualiter obligetur in foro iudiciali aut in foro p̄nitentiāli: si in foro iudiciali refert, † aut promittit vel vouet intrare certum monasterium, & tunc licet tale votum sit simplex, vel de futuro, tamen monasterij conditione ex hac decretali potest agere contra vouentem, vt intret ipsum monasterium, arg. huius. c. secundum Inno. & Hosti. Et credo quod nedum illud monasterium potest agere contra eum, sed etiā ecclesia, puta diocesis, qui habet exequi facta pia, & occurrere periculis animarum. ff. de pet. hær. l. hæreditas. C. de Episcop. & cler. l. nulli. §. quod si nemo. s. de iureiur. ad nostram. 2. de testam. c. nos quidem. c. tua nobis. c. Ioannes. & c. fin. & de pet. totum. † Aut promittit vel vouet in genere aliquam religionem intrare, & non dicit quam, & tunc ecclesia potest ipsum admittere vt intrare vnam de approbatis, ex quo de voto in

iudicio fit sibi fides: licet. n. nulla fiat promissio sine votum, tamen vouens obligatur vt hic patet, & ff. de pollicitatio. l. pactū. in prin. s. de voto & voti redēp. c. magna. & c. licet. & in multis alijs. c. eiusdem tit. Ad hoc etiam facit. 27. q. 2. Agathola. secundum Inno. & Hosti. & Io. And. hic idem Archi. 12. q. 1. famimus. in gl. adde. hac ratione videtur & j. de regu. c. constitutionem. super verbo obligat. li. 6. & Gui. de mon. Lau. & Gen. extra de religi. do. c. cum de quibusdam. super verbo aliquam regulam. in cle. Et intellige per ecclesiam Episcopum, vt est dictum, quia ecclesia est in episcopo, & Episcopus in ecclesia. 7. q. 1. scire debes. non autem credo quod certa religio, seu certum monasterium possit ipsum ad hoc distringere, vel agere contra eum, arg. j. de reg. non solum. in fi. lib. 6. ff. de leg. 2. l. q. seruum. §. si inter duos. & l. vnū ex familia. §. rogo. de reb. dubijs. l. si fuerit. cum concor. † Si quis in foro p̄nitentiāli, tūc obligat quo ad deum, licet fit penitus occultum perinde, vt si probari possit, licet non quo ad ecclesiam militantem, quae nō iudicat de occultis infra de symo. c. sicut nobis. & c. tua. in fin. nisi in foro p̄nitentiāli. s. de etate & qualitate aures. j. de p̄nit. c. omnis. secundum Hostien. hic & Archi. & Guli. de monte Laud. & Gen. vbi. s.

- 1 Praestatio annua cum titulo, & bona fide, p̄scriptionem causat.
- 2 Praestatio annua cum mala fide, p̄scriptionem non causat.
- 3 Praestationis annuae partē recipiens quadraginta annis an postea integrē petat. 5.
- 4 Exceptionem pecuniae non numeratae, non opponit debiti partem soluens.

Lim causam. Ad euidentiā primae gl. si quis queris vtrum & quando protestatio valeat vel non, vide qd dixi post Hosti. s. de constitu. cum Martinus. & per Card. j. de regu. iur. c. in generali. lib. 6. & forte dicam. j. de condi. apo. c. vlti. † Super eo. c. Ad euidentiā gl. 2. si quis queris vtrum & quando confessio aduocati p̄iudicat clientulo: & vtrum & infra qd tempus, clientulus potest errorem aduocati sui reuocare, dixi. s. de app. cum causam.

† Super eo. c. Ad euidentiā gl. ex hac litera. Si quis queris in casu illius decre. si isti clerici soluerint episcopo, & episcopus receperit per. 40. annos Lucenses pro Papiensibus, vtrum in solutione Papiensium esset p̄scriptum, distingue. † Aut hoc fecerunt ex causa aliqua legitima, seu titulo legitimo dante titulum p̄scribendi, puta ex compositione legitime facta inter eos, seu tali quae dat titulum p̄scribendi, vt le. & no. s. de transactio. contingit. & de iure patro. cura. & tunc esset ei p̄scriptum, dummodo interueniret bona fides p̄scribitis, vt ibi le. & no. pro hoc no. per Goff. in sum. eo. ti. §. post census. Aut hoc facit sine causa legitima seu titulo legitimo ad p̄scribendum, sed solum interuenit solutio diuturna per. 40. annos, & tunc est contrarietas inter Ber. qui dicit quod est p̄scriptum, & Hosti. qui dicit quod non est sibi p̄scriptum propter malam fidem. s. de p̄scri. c. fi. Nec ob. quod dicitur hic in ver. a tempore dicti. B. non nisi. 36. annorum & c. quia subaudiendum est maxime nam sicut census p̄scribi non potest, vt C. de p̄scri. 30. vel 40. anno. l. male agitur. & l. comperit. sic nec diminutio saltem ab illo qui malam fidē habet, arg. s. de relig. do. constitutus. & patet in eo quod no. s. de p̄scri. c. si secundum Hosti. hic, cum quo concor. Archid. 10. q. 1. relata. in glo. adde dicas quod in tali. † Sed tu posses dicere & satis probabiliter, quod si isti clerici soluebant istos Lucenses nomine & loco Papiensium, quod nunquam p̄scribere possunt, cum habeant malam fidem, & ita potest intelligi vera opinio. Hosti. sed si soluebant eos tantum pro Lucensibus non credentes se alios debere, tunc potuerunt p̄scribere, cum habeant bonā fidem, & ita potest intelligi vera opinio Bert. Nec obstat ratio praedicta Hosti. dicentis, quod sicut census p̄scribi non potest, sic nec diminutio, quia licet census non possit p̄scribi in toto, in parte tamen bene potest: & est simile in decima, quam licet in totum Papa per priuilegium remittere nō possit, in parte tamen sic, vt le. & no. per Hosti. s. de decimis a nobis. † Decret. ista facit ad quaestio. dominicalem. 23. Bart. quaerit incipit cum vnum monasterium, quae queritur, si ecclesia debet alteri ecclesiae annua. 20. & per 40. annos soluit sola. 10. an postea petere possit ecclesia integra. 20. quod possit alle. ff. de seruitutibus rusticorum praediorum. l. vna est via. & de serui. l. vt pomum. §. 1. & quemadmodum seruitus amit. l. stillicidij. in fi. si fer. vendi. l. si eo loco. §. fin. vbi dicitur, quod per partes seruitus retinetur: ergo & hic per partē debiti soluiam, ius in

toto retineo, facit. ff. de sur. l. vulgaris. canonizata. de pen. dist. 1. vulgaris. Secundo, publicae functiones p̄scribi nō possunt. 16. q. 4. c. iudemus. C. de p̄scri. 30. vel 40. anno. comperit. ergo nec ista pensio, cum ecclesia, aequiparetur reipublicae. 16. q. 4. c. placuit. §. potest. 24. q. 4. quid ergo, modo ecclesia non soluendo totum sed soluendo partem habuit malam fidem, & sic p̄scribere non potuit. s. de p̄scrip. quoniam omne. j. de re. iur. posse. lib. 6. In contrarium ius episcopale pro parte p̄scribitur. s. de p̄scrip. auditis. & c. cum olim sic & hic. Item facit. ff. quib. mo. vsuf. amitt. l. placet. & l. is qui vsuf. habet. ff. de vsuf. c. qui semisses. C. de vsuf. aduersus. ff. de aqua quoti. & est. l. 1. §. Trebatius. & quod de separabilibus no. j. de reg. iur. c. vtile. lib. 6. Tertio videtur ecclesia suo iuri renuntiare se tanto tempore medietatem recipiendo. j. de priui. si de terra. Item si totum p̄scribi potest, ergo & pars, de offi. dele. pastoralis. §. 1. de donatio. inter vir. & vx. nuper. ff. de rei. vend. quae de tota. Quarto, si speciale est in tributis, quod solues minus quam debeat non p̄scribit, vt in lalle. comperit. ergo in alijs secus. & videtur expresse hic. Soluti Bartho. quod si. x. quae soluebant ex vna causa debebantur, & illa quae non soluebantur debebantur ex alia, in illis. x. videtur p̄scriptum: sed si ex eadem causa debebantur, videtur ecclesia solues partem agnoscere totum debitum. C. de p̄scrip. 30. vel 40. anno. cū notissimi. §. pen. † Accur. ibi in fin. 1. gl. tenuit simpliciter non p̄scribi. alleg. C. de non nu. pecul. cum fidē. vbi soluens partem debiti vel vsurarum amplius non opponit pecuniam nō numeratam. Ad idem induci potest quod dicit lex de patre q. soluit partem debiti a filio contracti, quia cessat Macedon. ff. ad Maced. item si filius alias sed Iul. §. si. ad glo. praedictam remittit Spec. rub. de p̄scrip. ver. quid si cum deberem. sed alibi. l. rubrica. de locato. §. nunc aliqua. ver. 13. ad literam ponit praedictam solutionem Bartho. Sed Dynus cuius dictum ponit Cy. in p̄dici. l. distinguit. † Aut est vna praestatio: aut sunt plures, primo casu, aut ego qui recipiebam decem tantū sciebam eum teneri ad 20. & tunc retineo ius in alijs. 10. & de eo casu accedat illa regula plus semper. j. de reg. iur. lib. 6. quia tamen alias cum minus contineretur in pluri recipiendo scienter partem, retineo possessionem totius per iura prius alleg. Si autem credebam eum teneri ad 10. tantum, tūc mihi praeiudicatis distinguit lex in vsuf. qui tantū vitur & non fruitur. ff. quibus modis vsuf. amitt. l. is qui. & ratio est secundū eum, quia non videor habuisse animum mihi obligandi vel retinendi seruitutem quam ignoro. ff. quemadmodū serui. amitt. l. si cōmunem. & l. vna est via. Secundo casu quando erant plures praestationes, tunc per vnam praestationem alias non retineo, sed eas perdo. ff. de aqua plu. arcen. l. si prius. Ex praedictis autem incidunt duo dubia, an si illa ecclesia. 20. soluebat pro emphyteusi, soluendo partem tantum post tempus iuris perdat rem totam vel partem vel nihil, de quo videt in Spec. in §. alle. nunc aliqua. verfic. 29. salu o semper quod no. j. de reli. do. constitutus. Secundum, an debens annua. 20. anno quo cessauit, incipiat p̄scribi pro annis sequentibus, an quolibet anno inchoetur illius anni p̄scriptio, de quo satis in lalle. cum notissimi. §. si. & in Spe. §. praesal. §. nunc aliqua. ver. 4. r. Io. An. qui totam istam. q. posuit in c. alleg. plus semper. in nouella. & ad praedicta concor. quod no. Goff. s. de causa pos. & proprie. cū ecclesia Surrina. & Archi. 63. dist. nosse. dicentes ff. de clerici ecclesiae vel ciuitatis tanto tempore quod sufficeret ad p̄scribendum, interfuere, cum canonicis ecclesiae tractauit electionis seu postulationis, nec elegerint sed postulasent ius eligendi, est eis quaesitum, per lalle. is qui. & quemadmodum serui. amitt. l. 2. nam & postulandus eligitur. s. de electio. in causis de renuntiatione. post translationem.

- 1 Ecclesia ad procura. soluendam impotenti alia ecclesia iungenda.
- 2 Ecclesia afferente inopem, quid agendum ad procuracionem habendam.
- 3 Credendum cui potius fama, an assertioni se inopem alleganti.

Procuratio debita non visitanti eam exigit quauis non visitet. Procuratio sine visitatione non danda. Procuracionem recipit legatus de latere quamuis non visitet. Legato simplici sine visitatione procuratio non debetur. Archiepiscopo non visitanti procuratio non danda. Episcopo non visitanti procuratio non debetur.

Procuraciones. Si queris vtrū, & quando procuratio p̄scribi possit, distingue, vt dixi. s. de p̄scri. c. cum ex offi. cij. & ibi videas. † Super eo. c. In ver. cum aliqua t̄ hic habes, quod cum aliqua ecclesia non sufficit per se ipsam ad integram procuracionem soluendam, tunc duae vel plures ecclesie congregantur in vna, vt puta potens est soluere cētum solidos, quae est integra procuratio expediat igitur se, & soluat, si nō potest soluere, nisi. l. iungatur ergo ei alia aequalis sibi, & sic faciant integram procuracionem: caueat tamen rector ecclesiae, quod nihil cōfin-gat si non vult incurrere peccatum inobedientiae, vt patet in eo, quod leg. & not. s. eo. cum instantia. † Sed si dicat se impotentem. & legatus dicat quod potens est, tunc aut euidenter liquet quod potens est secundum communem famam, arg. ff. de fun. instru. cum de lanionis. §. asinum. qui satisd. cogantur. l. si vero. §. j. & tunc compellatur. Aut euidenter liquet, q̄ eget, & sic non cogatur. s. solutio. Odoardus. Aut dubitatur, & tūc praelatus potest si vult exigere iuramentum, quod veritatem dicet & stabit d. suo, arg. s. de iureiur. c. vlti. Aut potest ipsum excommunicare si suspectum habeat sub hac conditione si in fraudem vel falso asserat se impotentem. s. de appel. praererea. & sic relinquit ipsum conscientiae suae. s. de iureiur. mulieri. secundum Hosti. & Io. And. quod possit sic excommunicare facit. j. de sent. excom. sacro. §. vlt. ver. nisi talis sit. † quod nor. Ab. ibi super verbo dubitari. de illo quem iudex excommunicat, quia non soluit id in quo est condemnatus: & quae dicit quod non habet vnde soluat, cum tamen fama sit quod est diues, & soluendo, simile no. Hosti. in summa de postulando. §. quid pertinet. sub. §. quid si clericus. & Spec. titu. de aduo. §. 1. ver. sed nunquid cogi. † Super eo. c. Si queris vtrum procuratio dari debeat alicui, licet visitationis officium non impendat, distingue. Aut queris de procuracione debita non de iure communi puta ex fundatione ecclesiae vel consuetudine vel priuilegio vel compositione legitime facta: aut de procuracione de iure communi, vt de illa quae est debita Episcopo, Archiepiscopo, vel legato. † In primo casu, aut est debita tali, qui visitationem nō habet sed procuracionem tantū, & tunc procurari debet, licet non visitet, quia nec potest, vt patet quando debetur ex fundatione 18. q. 2. Eleutherius. s. eo. praererea. & c. quanto. de consuetudine patet s. eod. fopite. & c. cum venerabilis. 18. q. 2. seruitium. de priuileg. 16. q. 1. possessiones. j. de excess. praeto. acce dentibus. de compositione. patet in c. allega. quanto. † Aut est debita tali qui etiam visitationem ibi habet, & tunc procurari non debet nisi visitet, arg. huius. c. 1. responso. vbi denegatur procuratio visitationem de iure communi habentibus, & ipsam non exercentibus, ergo multo fortius ipsam habentibus de iure speciali, cū ius commune magis debeat ampliari quā speciale. ff. de condit. & demon. l. mulieri & Titio. in auth. de non alienan. vel permutan. re. ecclesiae. §. quia vero verisimile. collatio. 2. In secundo casu refert, aut queris de legatis aut de alijs: si de legatis aut de legatis de latere: aut de alijs, puta missis vel natis. † Si de illis de latere, dic quod recipiunt procuracionem licet personaliter non visitent, vt hic in §. hoc adhibito. † Si de alijs dic quod non recipiunt procuracionē nisi personaliter visitent, vt s. eo. c. 1. responso. & haec est vna de differentijs inter legatos de latere & alios: differunt etiam in quin que alijs, vt no. j. de offi. deleg. c. 1. lib. 6. Quod potest esse verum, quando legatus vult colligere procuraciones per totam prouinciam, sibi cōmissam, alias quicunq; sit legatus siue nuncius, qui in aliquo loco habeat necessarium moram trahere hoc priuilegio vti potest, vt hic, & s. eod. cum instantia. quia in eo habet locum ratio quae hic tangitur, ergo & idem est ius. j. de consangu. tua nos. † Qui de archiepiscopo si pro negotio totius prouinciae oporteat ipsum in aliquo loco moram trahere, continue procurandus, vt no. Inno. j. eo. Romana. lib. 6. super verbo visitatis. & Hosti. & Io. And. hic, quia eadem est ratio, tunc in ipso, quae & in legato, ergo idem ius, vt praemissis. Sed dices licet vbi est eadem ratio iuris communis idem ius censetur, non tamen vbi est eadem ratio priuilegij, est idem priuilegium,

Vm venerabilis. Ad euidentiā glos. hic patet & c. Si quis queris vtrum Episcopus donando seu eximendo ecclesiam cathedralem procuracionem, & visitationem excipere & sibi retinere videatur, dic vt dixi supra, de donationibus c. pastoralis. † Super eo. c. Ad declarationem gl. hoc nouum. Si quis queris vtrū quoties quando & qualiter Episcopus vel Archiepiscopus possit & debeat ecclesiam sibi subditam in anno visitare, & procuracionem exinde recipere, dic vt dixi s. eo. cum Apollolis.

- 1 Ecclesia ad procura. soluendam impotenti alia ecclesia iungenda.
- 2 Ecclesia afferente inopem, quid agendum ad procuracionem habendam.
- 3 Credendum cui potius fama, an assertioni se inopem alleganti.

ut legum, nisi a principe impetretur, vt j. de priuileg. sanè. sed resp. dicitur posse aliquid in priuilegio non corpore iuris clauso, quia in clauso secundum Hosti. & Io. And. Tutius tamen est & maxime hodie, quod non ratione visitationis a locis vicinis vt hic dicitur. sed potius ratione communis honoris talia a tota prouincia, communiter exigantur, arg. s. de statu mona. in sim. gulis. de procura. cum pro causa. saluo eo quod leg. & no. j. eo. versu. & cum aliqua. & sic intellige quod no. in summa de offi. Archid. s. quod sit eius officium. versu. sed nunquid plures. Hostien. qui ponit hanc distinctione. a. ver. in secundo casu citra.

1 Si quis de alijs puta episc. opis, & alijs, tunc dic qd nisi personaliter visitent, procurari non debent, sed si fuerint impediti quod non possint personaliter visitare poterunt per alios visitare, & illi visitatores procurabunt, quod dic, vt le. & no. s. de offi. ordi. c. inter cetera. & eo. tit. c. i. Episcopus. lib. 6.

1 Archiepiscopa an prouinciam visitare debeat.



Vim nuper. Ad declarationem primæ glo. Ber. hic. Si quis vtrum & qñ Archiepiscopus possit suam prouinciam visitare. Distinguit hic Ber. post Gof. vtrum Episcopus est negligens, & tunc sic, alias non. q. 4. cum scimus. & c. cū questus. Sed Host. dicit indistincte, quod potest visitare, siue Episcopus sit negligens siue non & bene: quod verum etiam contraria consuetudine non obstante, quod dic vt hodie le. & no. j. eo. perpetuo. lib. sexto, vbi corrigitur opinio prædicta Bert. hic & j. de accu. sicut olim.

- 1 Procuratio an in oratorijs debeat.
- 2 Oratorium inonestum destruendum.
- 3 Oratoria an eccle. priuilegijs gaudeant.



Vthoritate. Si quis vtrum in oratorijs procuratio debeat, & ipsam Episcopus vel alius exigere possit, distinguit. Aut quis de procuracione debita ratione visitationis: aut de alijs alijs debitis, puta ex fundacione, priuilegio, consuetudine, vel de illa que debetur legatis sedis apollo. ice, de qui bus per Ber. & Hosti. s. eo. procuraciones. & dixi. s. de præscr. cum ex officij. Si de illa que debetur ratione visitationis tunc. Aut huius oratoria habent populum & curam, & tunc sunt visitanda, & exinde per consequens, procuratio annexa visitationi recipienda. 10. q. 1. placuit. & c. Episcopi. & pro hoc not. per Inn. s. de offi. Archi. c. vit. gl. no. Archi. ver. item dicit & c. Aut non habent populum neq; curam, & tunc, aut in tali oratorio nullus est ordinatus auctoritate ordinarij ad celebrandum continue, & ordinate, sed est ordinatum, vt esset ibi locus ad orandum tantum, & quod quilibet posset ibi orare qui vellet, & tunc cū non esset ibi quod visitari posset, ratione oratorij, nec per consequens exinde procuracionis nomine, quæ est annexa visitationi, vt s. eo. cum venerabilis. est aliquid exigendum, vt hic, & arg. s. de ap. cum cessante secundum Vinc. Glos. Inno. & Host. & Io. And. hic aut in tali oratorio est ordinatum, quod certa persona, vel aliqua de certis debeat in eo deservire, & tunc Episcopus poterit ibi visitare, & ratione visitationis procuracionem recipere, cum ibi locus sit sacer, & in potestate Episcopi, & certa persona, quæ visitanda est, argu. s. de religio. do. c. de xenodochijs. & c. ad hæc. de con. dist. 1. clericos. secundum Inno. & Host. & Io. And. hic, idem no. G. de mon. Lau. & Gen. extra de re. do. c. quia contingit. in clem. Guil. super verbo fundacione. & Gen. super verbo constitutum. Si quis de alijs procuracionibus alijs debitis, tunc dic, quod tales procuraciones non excluduntur per istud. c. sed debent possunt secundum Host. pro quo bene facit istud. c. ibi procuraciones, quæ ratione visitationis debentur & c. a contrario sensu. Dicit etiam Inno. hic quod si hi quorum sunt oratoria non teneant ea honeste nec faciant ibi celebrari, quod Episcopus ea destruet. de cose. dist. 1. omnis. quod intelligas secundum Host. vbi esset oratorium dedicatum, & auctoritate Pontificis ædificatum ad celebrandum, alijs contra in his quæ permittuntur. Et no. secundum Host. quod talia oratoria de quibus loquitur istud. c. possunt facere monachi sine auctoritate Episcopi: cum & cuiuslibet laico hoc liceat, de conse. dist. 1. vniuersique. non tamen ibi potest poni campana sine auctoritate Episcopi. de priuilegijs. nec etiam celebrari nisi auctoritate Episcopi, vel sedis apollo. j. de priuilegijs. in his in aut. vt nullus fabricet orat. do. s. colla. s. quomuis Gof. dicat quod tale oratorium gaudeat immunitate ecclesiastica. arg. j. de immu. eccle. c. i. aut tamen dicit contra secundum Host. & est rō

quia non est dedicatum deo: quare cum hodie sit oratorium, cras potest fieri camera, & erit locus priuatus, cum non sit deo dedicatus. Nec obstat, contrarij, quia loquitur de ecclesia deo dedicata vel ædificata ad consecrandum, vnde non mirum si talis locus immunitate gaudeat, cum decreto ad humanos vsus reuerti non possit, vt l. & no. s. de reli. do. c. 4. secundum Host. hic, & in sum. tit. de immu. eccle. s. in quantu. ver. quid de oratorijs. cuius opinionem approbant. G. de mon. Lau. & Gen. extra de relig. do. c. quia cōtingit. super verbo compellere. in cle. & idem tenet extra de peni. & remi. c. 1. glof. 2. in cle. vbi videtur idem tenet Ioan. in summa confes. rub. de immuni. eccle. q. 9. vtrum priuata & c.

¶ De consecratione ecclesiæ vel altaris Rubrica.

- 1 Sacra separata non coniunguntur.
- 2 Religiosa rei aduersus, religiosum est.
- 3 Sacrum an non sacrum ad se retrahat.
- 4 Proprium dignius an minus, dignum trahat.



Vod in dubijs. Si quis vtrum sacrum vel religiosum tanquam dignius trahat ad se nõ sacrum vel non religiosum, distinguit. Aut quis in rebus omnino separatis & distinctis, & tunc non, quia separatim separata debet esse ratio. ff. de fonte. l. vna. C. de dona. inter vir. & vx. l. si maritus. 1. & de Episcop. & cler. l. repetita. de testa. l. consulta diuina. & j. de præben. quia sæpe. in prin. lib. 6. cum cōcord. ibi alle. & est satis expressum. j. eo. ti. c. vnico. ver. secus. l. 6. Aut quis in rebus aduersus se commixtis, & tunc aut quis de re religiosa: aut de sacra inter quas est magna differentia, vt legitur, & no. in sti. de rer. di. s. sacra. & s. religiosum. & ff. de rerum di. l. in tantum. s. sacra. & s. seq. vbi habes quod, sacra sunt quæ rite per Pontifices deo consecrata sunt, veluti ædes sacra, & dona quæ rite ad ministerium dei dedicata sunt, religiosum vero locum vnusquisque sua voluntate facit, dum mortuum infert in locum suum. Si quis de re religiosa, tunc dic, quod rei religiosæ aduersus religiosum est, vt ff. de rei vendi. l. quæ religiosæ. & j. de symo. c. consulere. Si de sacra tunc, aut sacrum & non sacrum sunt eiusdem substantiæ & naturæ: aut diuersarum. Si eiusdem vt in duob. oleis & similibus, tunc dicit Hosti. s. c. 1. Aut quis in liquoribus, & alijs rebus, quæ ex cōmixtione confunduntur, vt in oleo sacro, & in oleo non sacro, & tunc habet locum, quod hic dicitur. i. quod sacrum trahit ad se non sacrum, vt hic, & 13. q. 2. non æstimemus. arg. ff. de vfuca. cum qui ædes. Aut in alijs rebus, & tunc, quod nunquam id quod apponitur intelligitur consecratum, ar. opti. in sti. de rerum di. s. cum ex alien. vlt; ad s. cum in suo. secundum eū. Sed contra hoc facit gl. Ber. hic in fi. vbi dicit, quod in reficiendis sacris vestibus. filium non sacrum, siue pannus non sacer potest apponi, nec est opus noua consecratione, cum quo concordat ipse Host. hic, arg. s. alle. cum ex aliena materia, & eo. tit. s. quod si partim. & s. si cum. Item contra hoc facit, quod no. Hu. Arch. de conse. dist. 1. de fabrica. in glade sicut succedat siue. & c. per Archi. vbi no. quod si ecclesiæ consecrata in longitudine vel altitudine aliquid adijcitur, non reconsecratur, quia sacrum trahit ad se non sacrum vt hic: sed aqua exorizata aspergetur secundum eos: quorum opin. credo verior. s. quod siue in liquoribus, vt hic. siue in alijs sacrum trahat ad se non sacrum, ex quo sunt eiusdem substantiæ, & naturæ: & per iura prædicta si sacrum & non sacrum sint diuersarum substantiarum vel naturarum, tunc sacrum non trahit ad se non sacrum. Et ideo si post calicis consecrationem, vinum mittatur in calicem, illud quidem non transit in sanguinem, nec sanguini commiscetur, vt j. de cele. mis. cū Marthe. s. quæ sultit. ver. præterea. Et est ratio, quia post consecrationem calicis, est ibi verum corpus, & verus sanguis Christi, & sic sanguis & vinum superinfusionis sunt penitus diuersæ substantiæ, & naturæ: vt plene no. G. de mon. Lau. extra de decl. c. 1. super verbo immisciam. in cle. & idem innuit Pet. de Samp. & Abb. hic & Io. And. post eos, dicentes vinum admixtum non esse eiusdem liquoris. Item sanguis ille est incommutabilis, & ita incommixtibilis, & ideo non trahit ad se non sacrum: & ita incommixtibilis, & ideo non trahit ad se non sacrum: & vide quod no. frater Io. in sum. confes. tit. de sacramento Eucharistiæ. q. 1. 13. vtrum speciebus. & c. vbi quo ad cōmixtionem aliter notare videtur. Si autem quis de duobus prophans, vtrum maius dignum trahat ad se minus dignum, vide per Cardi. infra de reg. iur. c. indultum. lib. 6. cum quo concor. Ioan. And. ibi in nouella.

1 Ecclesia

- 1 Ecclesia quando reconsecranda.
- 2 Altare quando reconsecrandum. 4. 6.
- 3 Excommunicati corpus ecclesiam exerat.
- 4 Ratio vbi est eadem, ergo idem ius.



Roposuiisti. Si quis vtrum & quando ecclesia est reconsecranda vel recondenda, distinguit. Aut quis de primo, scilicet quando est ecclesia reconsecranda, & tunc. Aut est consecrata, non tamen in forma ecclesiæ, & tunc debet reconsecrari. de conse. dist. 1. ecclesiæ. & no. Io. 1. q. 4. ecclesiæ. gl. 1. & Arch. ibi in glo. 3. & idem intellige de altari non secundum formam ecclesiæ consecrato, scilicet, quod debeat reconsecrari. Aut est consecrata in forma ecclesiæ, & tunc dic quod est consecrata in tribus casibus notatis hic in gl. & per Innoc. in rubri. aut quando est reconcilianda, & tunc in duobus casibus hic no. in gl. & in duobus alijs qui statim sequuntur. Aut quis quando altare est reconsecrandum, & tunc, in duobus casibus, qui casus ijs verbis continentur quos ponit hic Hosti. sed non comprehendunt omnes casus, templa cruor, semenque piant, dubium, rogus atque diruptio resecant, sed mensam fractio, motus. Templa id est ecclesia cruor, id est effusio sanguinis. semen. i. feminis humani. piant id est, reconciliant, hoc est in ijs duobus casibus eger ecclesia reconciliatio, & non reconsecratio, vt hic & j. eo. c. fi. Tertius casus est in quo ecclesia indiget reconciliatio, si in ecclesia sint sepulti excommunicati vnus vel plures, quo casu etiam sepulti ecclesiæ sunt radendi. de consec. dist. 1. ecclesiæ. & j. eo. consuluisti. secundum Hosti. hic & in sum. eod. tit. s. an sit iteranda. sub. s. item cemetaria. & hoc intellige de excommunicatis impenitentibus: secus de excommunicatis qui morte preuenti & penitentibus absolui non poterunt. ar. j. de sent. excom. c. is cui. s. 1. lib. 6. a contrario sensu, & hoc tenet Ber. j. de sen. excom. a nobis. 2. in fi. Quartus est, si ecclesia vel cimiterium vel aliud quodcunq; sacrum ab Episcopo publicè excommunicato consecratur vel benedicatur, nã tunc procul dubio reconciliatio eger antequam fideles vtantur talibus tanquã sacris, vt patet in eo, quod no. s. de fa. non iter. c. 2. Nam si corpus excommunicati mortui ecclesiam vel cimiterium exerat, vt j. eo. consuluisti. & de consec. dist. 1. ecclesiæ. multo fortius vbi ipsa consecratio transit & persequitur per manus & os excommunicati, ar. ff. de testam. Domitius vnde sicut consuevit dici de symonia eo, & symoniacè promotio quod iustus occidit. Sic & potest dici de tali consecratione, omnia enim sacramenta talibus exhibita quantum ad immerita eorum pertinet, contaminata sunt, & fetent coram deo, secundum Ioan. 1. q. 1. c. i. presbyter. s. quod autem & c. seq. & c. odit deus quod intellige quoad reconciliacionem faciendam, alias enim vera sunt sacramenta, dum modo in forma ecclesiæ exhibita sint, quod dic vt plene not. s. de sacramen. non iteran. c. 1. & 2. & de sepul. sacris. Vt illa iura, & similia quo ad corpus Christi indistinctè intelliguntur, quod à quocunq; presbytero secundum formam ecclesiæ conficiatur, perfectum est sacramentum, nec aliqua reconciliacione eger: & idem est in baptismo, & alijs ecclesiæ sacramentis. s. de sum. tri. c. 1. s. antepe. & se. & de coha. cler. & mu. c. vestra. In alijs autè exterioribus benedicendis & consecrandis obtinet quod præmissi secundum Host. qui hoc no. j. eo. consuluisti, & Io. And. post eum cuius gl. approbat Arch. in calle. ecclesiæ. de consec. dist. 1. Potest addi & quintus casus scilicet quando ecclesia vel cimiterium vel aliud quodcunq; sacrum consecratur vel reconciliatur a tali qui est dignus execratione, & depositione, vt symoniaco secundum Ioã. & Hug. tamen circa hoc subdividit quia. Aut a symoniaco symoniacè nondum tamen degradato in forma ecclesiæ consecratur ecclesia, & tunc non videtur iterum dedicanda seu consecranda, sed tantum aqua asperisionis benedicenda. Aut consecratur a symoniaco degradato vel nondum degradato, sed extra formam ecclesiæ, in quo forte casu loquitur. c. ecclesiæ. j. q. 4. & tunc destruendum est altare quo iterum reedificato adhibita omni sollemnitate consecrationis iterum consecrabitur, secundum Io. Fa. & Arch. in calle. ecclesiæ. gl. 3. 1. q. 4. Dubium id est si dubitetur, vtrum sit consecrata de consec. dist. 1. ecclesiæ vel altaria. j. de bap. c. 2. Rogus id est si cōburatur tota vel maior pars, debet iterum consecrari. de conse. dist. 1. ecclesijs. semel atq; diruptio. i. si tota ecclesia simul destructa fuerit vel maior pars, debet iterum consecrari, si successiue sufficit asperio aquæ benedicta, de cose. dist. 1. fabrica. fm Ber. hoc est re-

conciliatur non autem reconsecratur, quia eadem ecclesia vt, ar. ff. de iudi. proponatur. de leg. j. q. in rerum natura. secundum Host. Refacrant. in istis tribus casibus ecclesia est reconsecranda. Sed mensam, repetere reconsecrans, duo quæ sequuntur, fractio si enormis, vel quando accidit in sigillo morus. s. quando tabula vel mensa altaris dissoluitur a iunctura, quod dic vt no. per Ber. s. eo. c. 1. & per Host. in sum. eo. tit. s. & an sit iteranda. in ijs duobus casibus tantum reconsecratur altare. Et idem intelligas quando dubitatur, vt dictum est. s. de ecclesia 1 quia eadem est ratio; ergo idem ius, ar. j. de consan. & affi. tuas: sed in exultione Io. And. dicit contrarium, quia consecratio ecclesiæ consistit in exteriori linitione parietum ab interiori parte ecclesiæ: sed consecratio altaris consistit inter parietes & iuncturas, vnde plus operatur exultio ibi quã hic. Potest ergo accidere quod altare eger reconsecratione, & non ecclesia & econuerso, secus in reconciliacione, quia adeo cōnexa sunt, quod non potest vnus sine reliquo violari, vt no. s. eo. c. 1. secundum Host. Vnde propter motionem altaris vel lapidis continētis sigillum, est reconsecrandum altare: sed non ideo ecclesia reconsecranda est secundum Abb. s. eo. c. 1. in fi. Et sic colligo quod ecclesia est reconsecranda in quatuor casibus computato illo casu, quando consecratur non secundum formam ecclesiæ. Item quod ecclesia est reconcilianda in quinque casibus: & altare toties quoties reconciliatur ecclesia: & de hoc vide quod no. Gof. in sum. eod. tit. per totum & Ray. de sacra. non iter. per totum. & frater Io. in sum. confes. rub. de sacramentis non iteran rubricella de conse. ecclesiæ. q. 150. in quibus casibus & Asten. lib. 6. tit. isto arti. 2. & 3. & Inno. s. eo. c. 1. & melius Arch. de consec. dist. 1. c. missarum.

- 1 Excommunicatus in cimiterio non sepeliendus.
- 2 Prægnans, an cum partu in cimiterio sepelienda. 4.
- 3 Prægnans ad baptismum admittenda.



Confuluisti. Hic habes quod excommunicatorum corpora non debent in cimiterio sepeliri: sed nec corpora paganorum, vt de conse. dist. 1. ecclesiæ. & no. Host. in sum. eo. ti. s. & an sit iteranda. sub. s. item cemetaria. & vide quod no. ibi in sub. s. seq. quid si mulier, vbi querit quid si mulier prægnans sepulta est in ecclesia, nunquid debeat ibi manere, & nūquid sine incisione poterit in ecclesia sepeliri, Hug. dixit quod sic, & hoc innuit esse verum etiam si partus viuificatus sit: & alij dicunt quod mulier scindi debet, & si partus viuatur baptizetur, si mortuus est sepeliatur extra cimiterium, quia talis non debet poni in cimiterio, vt in calle. ecclesiæ. talis. n. baptizatus non est, de conse. dist. 4. si quid est in homine. & si qua mulier prægnans. & duobus. c. præcedens. ar. pro hoc. ff. de iur. i. l. si prægnans. & l. vac. ff. de vfuca. l. si aliena. in fi. Sed prædicta opi. Hug. s. quod mulier prægnans sepeliatur in cimiterio cū partu viuo, non placet sibi, quia per hoc homicidium committeretur. Secunda etiam opinio non videtur approbanda indistinctè, quia qua ratione admittitur mulier prægnans ad baptismum, vt in iuribus alleg. eadem ratione potest admitti, & ad sepulturam, vt sic partus & si baptizatus non sit habeatur tantum pro baptizato, quantum ad hunc articulum pertinet, ne incisio sine vtilitate facta, puta quia constat quod partus mortuus est, horrorem inducat, arg. ff. de rei vendi. l. quæ religio. fis. s. eod. q. in dubijs. Dicat ergo secundum eum quod si præcerto constat mortuum esse partum, nõ inciditur mulier, sed cum partu sepeliatur, & in hoc casu dicas veram esse sententiam Hug. Nec obstant iura, quæ nolunt quod paganus sepeliatur in cimiterio, quia ipsa intelligit quado paganus separatus ab vtero paganæ matris ibidem sepultus fuit, secus si in vtero matris Christianæ, quia nec tunc commode discerni potest, & tunc non est exhumandum. s. de sta. mo. super quod. s. de i. pul. sacris. Si autem certum est quod partus viuatur, vel dubitatur, in hoc casu omnino locum habet secunda opinio. & hoc aperte dicit. l. regia quæ vetat, quod non sepeliatur antequam excidatur. ff. de mortuo inferendo. l. negat lex regia. ad idem. ff. de statu hominum. l. Imperator. & de pœnis. l. prægnantis. secundum Hostien. ibi & in hoc concordat Asten. hoc tit. arti. 2. q. quid si mulier. & vide quod dicam post Inno. & Hostien. j. de exce. præla. c. tanta. dist. in vlti.

- 1 Ecclesia fundator eam dotare tenetur. 3.
- 2 Qui non potest, non potest.
- 4 Episcopus consecrans ecclesiam indotatam per se, eam dotare tenetur.



Vm sicut. Si quis quando episcopus consecrat vel fundat ecclesiam non assequatur dote, utrum ipse Episcopus teneatur ipsam dotare, & quid iuris, distingue. Aut episcopus ipsam fundat vel consecrat ad requisitionem patroni seu fundatoris: aut non ad requisitionem patroni vel alterius, sed per se. In primo casu, aut patronus fundator est solvendo, & tunc cogendus est ei assignare dotem, ut hic aperte probatur secundum Inn. & Host. & licet Io. & Ber. hic in gl. 3. ver. sed quæ erit & c. dicant quæ sit competens dos. Hosti. tamen dicit & Io. And. post eum, quod hoc difficile esset cuilibet fundatori: & si hoc de facto servaretur, pauci invenirentur fundatores ecclesiarum qui ad hoc vellent altringi: qui tamen ad dotem competetem assignandam altringuntur, ut dicit hic text. in fi. Unde dicit, quod communiter vnus manus sufficit arg. s. tit. 1. c. nec tenetur talis ad hospitalitatem tenendam, vel iura episcopalia persolvenda, nisi forsitan aliquod nomine cathedralici, arg. s. tit. 1. c. olim. de offi. ordi. conquerente i quia qui non potest ff. de fur. itaq; fullo. s. de solu. Odoardus. Unde nec talis Episcopum procurabit. 10. q. 3. cauendum. donec perueniat ad pinguiorem fortunam, arg. s. de consuet. cum dilectus. sic. n. multæ ecclesie in paupertate fundatæ fuerunt, quæ postmodum sunt ditatæ, vt patet s. de deci. suggestum. secundum Hostien. t cuius opinio, intelligit fore veram in casu vbi ad requisitionem patroni Episcopus consecraret capellam vel ecclesiam simplicem absque expressione alicuius collegij vel conuentus vel alterius qualitatis. Opinio. vero Ioan. & Ber. intelligit veram in casu vbi ad requisitionem patroni volentis fundare ecclesiam conuentualem, vel collegiatam, cam sub tali qualitate specifice consecrauit: ita ordinatio, voluntas, & consensus ipsius patroni ipsum obligant ad id, & secundum id quod disposuit & ordinauit. Aut patronus seu fundator non est solvendo ad cuius requisitionem, episcopus ecclesiam consecrauit, & tunc dicit idem quod in membro sequenti, quando non ad requisitionem alicuius sed per se consecrauit secundum Hosti. In secundo casu, scilicet, quando episcopus non ad requisitionem alicuius, sed per se consecrauit ecclesiam, dicit vt Ber. hic & Host. post eum qui dicit quia. Aut episcopus habet proprium præter bona ecclesie, & tunc tenetur eam dotare, arg. de consecra. distin. 1. cap. nemo edificet. sicut tenetur providere illi quem ordinat sine titu. supra, de præben. c. 2. & c. episcopus. & c. cum secundum. Aut non habet proprium, & tunc secundum Hostien. de reditibus suis dotabitur. supra, de fideiussio. peruenit. quod si fieri non possit propter tenuitatem reddituum episcopatus, vel alias, tunc fiet de bonis ecclesie si tamen sine lesione ipsius fieri possit, argumen. supra, de donationibus. capitu. apostolicæ. Alioquin delictum personæ non debet in damnum ecclesie redundare. 1. 5. quæstione sexta, si episcopum. supra, de except. cum venerabilis. infra, de regulis iuris. delictum. libro sexto, secundum eos.

1. Ecclesiam pollutam sacerdos ex privilegio reconciliat.
2. Ecclesiam pollutam, in ex consuetudine sacerdos reconciliat.
3. Ecclesia polluta a solo episcopo reconcilianda.



Qua. Si quis vtrum ecclesia polluta, vel cimiterium pollutum per inferorem episcopo reconciliari possit, distingue. Aut super hoc habet privilegium a Papa, & tunc secundum formam & tenorem privilegij hoc facere poterit, & non vitra. infra de privileg. porro. q. 5. distin. peruenit. Vbi sacerdotes crismabant in frontibus ex privilegio. eis concessio a Papa, quod alias facere non possent, vt leg. & no. supra de consue. quanto. Et hoc tenet hic Inno. dicens quod ipse vidit, quod Papa pluribus Episcopis indulget quod per simplices sacerdotes possent reconciliare ecclesias, aqua tamen prius per Episcopum benedicta. Idem Hostien. dicens quod cuilibet simplici sacerdoti posset Papa dare potestatem quod alia exereret, vt patet in eo quod no. supra de supplen. negl. præla. c. 1. de ætate & qualitate. cum contingat. Aut non habet privilegium super hoc a Papa, & tunc aut de consue. ita est quod simplices sacerdotes hoc possunt facere aut non. Si sic, tunc dicit hic Hostien. quod consuetudo tolerari potest quando violentia committitur in ecclesia, sine sanguinis effusione, quia in veritate hoc casu ecclesia non eget reconciliatione: consueuerunt tamen presbyteri cessare a diuinis quousque reconcilietur, saltem secundum hanc consuetudinem, quod si expressè nullo iure caueatur, tamè decens & etiam bonum est ad terrorem. argum. in his quæ not. infra cap. proximi. secundum Hostien. & Ioan. And. post eum.

Vbi autem violentia committitur cum sanguinis effusione, non credo, quod talis consuetudo possit vel debeat tolerari, vt hic. Si non sit super hoc consuetudo, clarum est quod hoc non potest simplex sacerdos vel alius inferior episcopo attendere, vt hic & argum. c. alleg. quanto in fi. & vide quod not. G. & Genze. extra de statu mona. c. attendentes. super ver. solite benedici. in cle. vbi notant quod nedum simplices sacerdotes, sed nec etiam abbates vtentes insignijs episcopalibus, cruces, imagines, vestes sacerdotales, vel altaria etiam inter ecclesiam quæ ad ipsos spectant pieno iure benedicere possunt, vide etiam quod dixi supra de consue. cap. quanto in prima dist. Dicit etiam Ioan. And. hic quod Goffr. & Phyl. dicunt quod reconciliationem penitentium, & infirmorum simplici sacerdoti potest Episcopus demandare. 26. quæstio. 6. presbyteri & c. Aurelius. vel loquuntur. capi. illa de reconciliatioe priuata: publicam vero & solennem solus episcopus facere potest. ea. quæstio. capitu. 1. secundum eos, primum tamen communiter & de facto seruat.

1. Oratorium pollutum non reconciliandum.
2. Ecclesia occulte polluta, non reconcilianda.
3. Ecclesia feminis effusione polluta, an reconcilianda.
4. Ecclesia sanguinis non iniuriosi effusione polluta, non reconcilianda.
5. Ecclesia sanguine polluta reconcilianda.
6. Ecclesia ob effusione sanguinis bruorum non reconcilianda.



I ecclesia. Si quis vtrum, & quando ecclesia vel cimiterium feminis, vel sanguinis effusione polluta vel pollutum, reconciliatione indigeat, & quando non, distingue. Aut quis de ecclesia non edificata ad consecrandum, & sic non dedicata deo, id est, de simplici oratorio, & talis reconciliari non debet, quamuis quidam contra sentiant, quod dicit vt not. supra tit. proximi. c. si secundum Hosti. hic. Aut de ecclesia consecrata, vel non consecrata ad consecrandum tamen edificata, & ideo deo dedicata, quod idem est ac si esset consecrata quo ad materiam de qua agitur, secundum Hosti. licet Ber. hic in glo. fin. contra & male, vt statim dicam: idem etiam intelligas de cimiterio. Et tunc aut factum pollutionem inducens, est penitus & omnino occultum: aut est notorium: aut nec est, penitus occultum nec omnino notorium, sed publicum vel manifestum, id est, tale quod legitime probari potest. In casu quando est penitus occultum, tunc ecclesia vel cimiterium non indiget reconciliatione, quia sicut dicunt Theologi, & etiam canon. ista reconciliatio non fit nisi ad terrorem, vt loca sacra in maiori reuerentia habeantur, & peccatores de peccatis suis confundantur. Quæ causa ex quo nascitur, & est occultum, locum non habet nisi quo ad illos, qui peccauerunt, quia ecclesia non iudicat de occultis. Ecclesia enim cui sit sancta coinquinari non potest. 1. 5. q. vt. c. si. s. de coha. cle. & mulie. cap. vestra. Sed vt laici videntes ecclesiam sic lauare quæ in culpa non est, apud se cogitent quod pro expiatione peccatorum laborandum sit, cum ecclesia quæ non delinquit taliter abluatur: vnde non pollutur nisi quo ad opinionem hominum, & specialiter quo ad pollutentes qui eam polluunt, quantum in eis est, vt 1. q. 1. quod quidam ad finem. Item hoc potest de iure probari, quia ecclesia non iudicat de occultis, vt est dictum de syno. c. sicut tuis. & c. tua. 3. 2. q. 5. c. Christiana. cum similibus: & hoc no. Vincen. & Hosti. & Pet. samp. & ab his qui intelligunt de effusione sanguinis, vel feminis cui scandalos, & ita de manifesto saltem per confusionem alterius fornicantium. j. de adulter. significasti. vbi etiam istam sententiã tenuit Hof. & Gu. in gl. super sum. Ray. de sacra. non iteran. s. post prædicta. & secundum hoc dicit hic Hof. fore intelligendum quod ipse no. in sum. eo. tit. s. & an sit iteranda. ver. & hoc quod præmissum est & de pœni. s. in quo tenetur. ver. quid si quis tibi confiteatur. Hoc idem. s. quod propter pollutionem occultam ecclesia non debeat reconciliari no. Arch. & Io. An. j. c. vnico. li. 6. & Arch. de consue. dist. 1. ecclesijs super ver. polluta, & Io. in sum. con. tit. de sacra. non iteran. rubri. de consue. eccle. q. 1. 54. quæ incipit, quando pro feminis effusione & c. In secundo & tertio casibus, quando est notorium publicum siue manifestum. j. de adul. significasti, refert, aut quis de effusione feminis vel sanguinis humani: aut de effusione alterius feminis vel sanguinis. Si humani cuiusq; clerici, vel laici catholici, heretici, vel pagani, tunc aut quis de effusione feminis, aut de effusione sanguinis. Si de effusione feminis tunc, aut quis de effusione feminis facta dormiendo, vt si dormienti in ecclesia

ecclesia puta alicui custodit ipsius, vel alij cuiusq; accidat pollutio dormiendo, & tunc s. m. Hof. hic & Io. And. post eum non videtur quod reconciliatio sit necessaria: posset tñ distingui circa hoc, sicut distinguitur. 6. dist. testamentum, finaliter vero consulas Papam s. m. Hof. Aut quis de pollutione feminis facta vigilando, & tunc, aut inter coniuges, puta si vxor reddat debitum viro suo in ecclesia, licet. n. peccet exigens, non tamè peccat debitum reddens, vt probatur. 3. 2. q. 2. c. licet. s. his ita responderetur. & c. seq. & in eo quod le. & no. j. de coniu. lepro. c. 2. in fi. & tunc dicit Host. quod si factum sit occultum satis vt quod non eget reconciliatioe, sed quia iure determinatum non est, & hæc decr. generaliter loquitur, consulari Papa, tñ non consuevit fieri reconciliatio in talib. casibus. de consuetudine generali, sed in his non est standu consuetudini, sed responsioni papali, vt patet. s. c. proximi. secundum Hosti. Et quod in his duobus casibus, quando quis dormiendo, vel cognoscendo vxorem, facit pollutionem non est ecclesia reconcilianda, tenet Vincen. quia non est ecclesia reconcilianda nisi cum semen effunditur cum peccato s. m. eum. Cauetas tamen quia in primo casu potest esse peccatum, puta si pollutio procedat ex nimia gulositate, vel turpi imaginatione præcedente, vt l. & no. 6. dist. testm. Item secundum ab his in secundo casu est peccatum, nam licet concubitus vxoris sit marito licitus, non tñ in ecclesia, quia quædam sunt licita, quæ ratione loci illicita sunt: vnde dominus eiecit omnes ementes & videntes de templo. 2. q. 7. accusatio. & tamen vt dicit Aug. nulla alia vendebant nisi quæ necessaria erant in templo, vt patet in expositione quam fecit super illud euangelium, & de hoc. quod vir non debeat reddere debitum in ecclesia vxori not. Io. 3. i. dist. c. quonia & 33. dist. c. vlti. Tu breuiter dic, quod de iure in his casibus non est necessaria reconciliatio, vt no. ple. Io. Hu. Lau. de con. dist. 1. ecclesijs. Idem Arch. ibi & Arch. & Io. And. j. eo. c. vnico. lib. 6. licet Vincen. & Gof. contra vt not. Io. And. ibi licet. n. regulariter vxori non debeat in ecclesia debitum reddi, vt in gl. alleg. si tamen petat & reddatur, non est illicita ibi copula adulteri vel fornicationis, vt colligitur de consue. dist. 1. si motum. Item ad hoc induco prædictum. c. qm quod allegari cõsuevit pro alia parte, nam nõ dicit ibi tempore vel loco honesto, sed dicit tempore opportuno id est, eo tempore quo vxor opus habet & petit. ad hoc 33. q. 4. Apostolus secundum Arch. ibi & Io. And. post eum in nouella. Aut quis de emissione feminis facta in fornicatione, vel fornicatorio coitu, vel per solum virum, vel per solum mulierem, & tunc reconciliari debet, vt hic & j. eod. c. vnico. lib. 6. Si quis de emissione sanguinis tunc, aut de emissione sanguinis non iniuriosi, & sine violentia saltem in ecclesia illata, vt si aliquis facit se minui in ecclesia: & tunc licet inhonestum sit, non tamen dicitur ecclesia violata vel polluta, sicut nec si in ætate vel alio tempore propter nimium feruorem flueret sanguis de naso, vel propter casum ligni vel lapidis, vel alium casum fortuitum aliquis læderetur in ecclesia, vel moreretur s. m. Hof. Pe. Ab. & Io. An. hic. idem Hu. & Arch. in c. alleg. ecclesijs. Item si quis supra tectum ecclesie, puta cum sagitta occidatur, quia extra ecclesiam vñ homicidium factum, s. m. Hug. & Arch. ibi & Io. An. j. eo. c. vnico. 6. lib. 6. Dicit etiam hic Pet. quosdam dicere propter homicidium, quod quis ad sui defensionem fecit non debere ecclesiam reconciliari, ipse tamen putat tutius, quod fiat reconciliatio, secundum Io. And. Pro hoc. i. quod fit tutius, imo forte debite facit, quod homicidium licet nõ sit iniuriosum quo ad occidentem ad sui defensionem inuitabilem, vt in c. si furiosus. de homi. in cle. est tamen quo ad occisum inuadentem, vt C. ad l. Iul. de vi. pu. vel pri. l. qm multa. quia qui occasione damni dat & c. j. de homi. de cætero cū concor. ibi alle. Aut de emissione sanguinis iniuriosi cum violentia, & tunc, aut cum violentia illata tamen extra ecclesiam, vt si extra ecclesiam vulneratus vel percussus fugiat ad ecclesiam, & ibi sanguinem aspergat intantū forte quod moriatur, & tunc non est ecclesia polluta seu violata, nec reconciliatione indiget, quia non fuit factum in ecclesia s. m. Hu. & Arch. in calle. ecclesijs. & Io. An. in d. c. vnico & Pet. & Ab. hic. Aut cum violentia illata in ecclesia, & tunc est ecclesia reconcilianda, vt hic & s. eod. propositi. & j. eo. c. vnico. lib. 6. Et idem si quis interficiatur in ecclesia sine sanguinis effusione, puta cum cursorio ad columnam, tunc bene reconciliatur propter horrorem facti criminosi, secundum Hug. Arch. & Io. An. vbi. s. & Io. And. hic, & est casus pro hoc. s. propositi. vbi dicitur, quod propter homicidium & vulnera reconciliatur ecclesia, nec dicitur an in eis fuerit sanguinis effusio nec ne, s. m. Io. And. Idem si quis in ecclesia vulneretur,

vel percutiatur, & extra ecclesiam moriatur, vel in ipsa ecclesia sanguis cui scutella colligatur, quia in ecclesia consecratur homicidium factum, vt probatur expressè. ff. ad l. Aqu. huic scriptura. s. r. & l. ita vulneratus. in prin. ibi. n. quis interficitur vel moritur vbi mortis causam accepit, vt ibi & hoc tenet Hu. & Arc. in d. c. in ecclesijs, & Lau. ibi in c. præcedo. si motum. & Io. An. in d. c. vnico. & frater Io. in sum. consec. tit. de sacra. non iter. in rub. de cõse. ecclesijs. q. 1. 52. quid si in ecclesia & c. Et hæc sunt vera etiam si sanctus vir in sua ecclesia occidatur, sicut sanctus Thomas fuit in sua ecclesia occisus: vt not. plene Hug. & Arch. & Io. An. vbi. s. & frater Io. in sum. con. in rub. huius tit. q. 1. 53. quid si in ecclesia & c. & concor. quod no. Arch. 78. dist. c. ecclesijs. Si quis de emissione sanguinis vel feminis alterius quam humani, puta canu, porcorum, vel alioru animalium, tunc non est ecclesia polluta, nec reconcilianda, hec. n. sen su carent. ff. si qua. pau. fe. di. l. 1. vnde casus fortuitus censetur, per quæ non violatur ecclesia, vt probatur. s. eo. lineis. & no. s. eo. c. 1. s. m. Hof. hic & Arch. & Io. And. j. eo. c. vnico. lib. 6. & Hu. in c. sepe alleg. ecclesijs. Et licet Ber. hic in gl. si. credat, quod in casu huius. c. ecclesia polluta possit lauari per simplices sacerdotes: Host. tñ in hoc contra super verbo protinus: dicens quod per inferiorem Episcopo hoc fieri non potest. argu. s. c. proximi. qd credo verius per ea quæ no. G. de mon. Lau. & Gen. extra de sta. mo. c. attendentes. in cle. super verbo solite benedicti. qui in hoc concordant. Quod intellige salua in ob. pote state & ordinatione Papæ, talia. n. ex constitutione ecclesie firma & irrita iudicantur, & ideo circa talia potest Papa facere sicut placet, vt no. s. de tran. c. j. & c. veniens de cõ. præ. propositi. Nã & cuilibet simplici sacerdoti posset dare potestatem, quæ talia exereret, vt patet in eo quod no. s. de supplen. neg. præla. c. j. de ætate & quali. cū contingat s. m. Hof. s. c. proximi. dicens & bene quod in eo concordat Inn. dicens quod vidit quod Papa plurib. Episcopis indulget quod per simplices sacerdotes possint reconciliare ecclesias, aqua tamen per episcopum prius benedicta. Item hoc intellige cessante consue. alias dic, vt s. eo. c. proximi.

De celebratione missarum. Rubrica.

1. Horarum canonicarum descriptio.
2. Horarum canonicarum derivatio.
3. Horæ canonice, quo tempore dicendæ.
4. Horæ canonice, qualiter dicendæ.
5. Horæ cano. dicere quis teneatur.
6. Horas dicere omittens, an redicere teneatur.
7. Missa qua hora celebranda.
8. Missa quomodo adiuuata.



Resbyter. Si quis de quibus sint horæ canonicæ, & quot, quo tempore & qualiter sunt dicendæ, quis ad eas dicendas teneatur, & quis nõ, vtrū omittens eas dicere, ipsas redicere teneatur, distingue. Aut quis de primis. quid sint horæ canonicæ, & dic quod sacrificium siue hostia laudis, quod seu quam quis de fructu laborum offert deo purè pariter & deuotè, vt probatur extra eod. tit. c. graui. in prin. in cle. & not. G. de mon. Lau. ibi super verbo horas canonicas. vbi plene de hoc: vel dic quod horæ canonicæ sunt certa pætio diuino cultui ab his qui in fortem domini sunt electi debita, pro qua in sustentatione propria recipiunt patrimonium crucifixi, vt probatur hic & supra de præben. cum secundum apostolum. secundum Guli. de monte Laud. in dicto capitulo graui. Aut quis de secundo, scilicet vnde dicantur, & dic quod de oro. af. quia orando & contemplando, & plangendo debent dici. 3. 1. distin. c. capitu. 1. infra de elect. c. vbi maius. s. vlti. libro sexto, vel quia certis horis diei habent dici: canonicè vero dicuntur, quia horis a canone indictis & inductis, vel quia regulariter a canon, quod est regula habent dici, vt hic & 12. distin. capitu. penult. aliàs dicuntur diuinæ, quia deo impenduntur, infra de re. & ve. san. capitu. gloriosus. libro 6. & alibi dicitur quod cum animi vigilantia & intentione debent dici. q. 1. distin. capitu. primo, & quasi per totum. Aut quis de tertio, scilicet quæ sunt, & quot, & dic quod sunt septem iuxta istos versus, In matutino damnatur tempore Christus. Quando surrexit prima canit ordo fidelis. Tertia cum canitur tunc est cruc iamina passus. Sexta sunt tenebræ per mundi climata factæ. Emissus nona diuinus spiritus hora. Vespere clauduntur Christi sacra membra sepulchro. Christo bis senu custodia ponitur hora, scilicet completorij secundum Goffred. Hen. Boich super Decret. NN 2 Item.

mortalis: & talis licet celebrare non debeat: & celebrando gra-
uiter peccet: unde qui manducat & bibit indignè iudicium si-
bi manducat & bibit. 1. ad Corin. 11. de consec. dist. 2. c. timo-
rem. & c. precedenti. vt 3. co. de homine: saltem nisi in casu no-
tato per Ber. & Hosti. ibi in fi. vbi instat necessitas celebran-
di nec potest habere cui confiteatur, quo casu si habeat cõtri-
tionem cordis potest dici quod possit celebrare, dum tamen
habeat propositum satisfaciendi: & illud peccatum postea quã
cito potest confiteatur, vt j. de sent. ex com. c. de cetero. & ca
nobis & c. quamuis 26. q. 6. qui recedunt. cum quibus concor-
dant Pet. & Abb. di. 16. & frater Io. in summa. confes. rubr. de
sacramento Eucharistie q. 70. vtrum peccet & c. Si tamen ce-
lebrauerit cõsecratur corpus Christi, cum modo adint inten-
tio, & materia, & forma debita, vt in §. alleg. vna vero. & satis
probat. 3. co. tit. c. de homine: & sic intellige, j. de symo. tan-
ta. §. 1. vbi dicitur quod omnis peccator subaudi de officij po-
teitate nõ de merito vitæ p. est cantare missam si sit in pres-
byterum ordinatus. † Aut est defectus in pronuntiatione vel
loquela, vt quia est mutus, & talis non potest cõsecrare, vt no.
10. Andr. j. de spon. cum apud. dicens quod a furdo cõfici potest
sed nõ a mutõ, quia necessaria sunt verba per quæ fit transub-
stantiatio, de quibus. §. eo. cum Martha. de consecrat. distin. 2.
quia corpus. & c. panis. & c. seq. & sine quibus etiam cum toto
officio missæ non est sacramentum. §. eo. de homine. Licet au-
tem cõfici non possit per murum: per eum tamen conferri
posset consecrata Eucharistia & portari infirmo: & per alium,
nullo n. iure cauetur quod idem esse debeat conficiens & con-
cedens: & contrarium patet. 93. dist. diaconus. & c. diaconi. 4.
recipi tamen potest per mutũ ex quo apparent signa. 26. q. 6.
is qui. & vera quæ dicuntur in receptione, domine non sum di-
gnus & c. non vt substantiata: sed ex deuotione dicitur, quod
pater quia non Christi sed Centurionis fuerunt illa verba, vt
patet de con. di. 2. c. quotidie. circa medium secundum Ioan.
3. Andr. ibi. † Si est defectus ex parte materie: vt quia presbyter
assumit panem siliiginis vel ordeï vel auenæ: & non panem tri-
ticeum seu frumentarium, qui est solus panis conueniens ad
consecrationem huius sacramenti: vt de conse. dist. 2. in sacra-
mento Eucharistie q. 88. deinde quæro & c. seq. q. vsque ad c. 6. q. quid si sa-
cerdos & c. & tunc consecratio impeditur. Quinimo secundũ
Hug. & Ber. hic in 1. gl. si quis coniceret cum fermentato pane
in ecclesia occidentali nihil fieret, de consec. dist. 2. in sacra-
mento. Theologi tamen cõmuniter contrarium tenent secundum
Hug. & Ber. hic vnde Tho. & Pet. & Ala. in lib. de missa & in
scriptis, dicunt quod in vtroq; confici potest, si in azimo & in
fermentato, tamen confici non debet nisi in azimo. Idem frater
Ioan. in summa confes. rubricella prædicta de sacramento
Eucharistie q. 93. vtrum confici possit & c. Illud autem certũ
est, quod sacerdos latinus hoc faciens: & sic agens contra sta-
tutum & consuetudinem ecclesie grauissime peccat secundum
eos. Idem Hosti. hic quo ad hoc, vt patet in eo quod leg.
& no. §. de tempo. ordic. 2. & decentius & honestius, & securius
conficitur panis azimus quam fermentatus, eo saltè modo
quo Græci conficiunt, vix. n. est quin eis aliqua mica cadat
secundum Hosti. † Si est defectus ex parte intentionis conse-
crantis: vt quia non intendit consecrare licet forte fingat, & si
mulet hoc facere more simiatico labia mouendo, tacet tamẽ
verba quibus cõficiatur corpus Christi, hoc est enim corpus
meum & c. est sanguis & c. per hæc enim verba transubstan-
tiantur panis in corpus, & vinum in sanguinem. §. eo. cũ Mar-
thæ. §. quæsiuit. secundum Tho. & pen. dist. 12. & alios com-
muniter, & secundum fratrem Io. in rubricella alie. de sacra-
mento Eucharistie. q. 111. quid de accidentibus & c. de quo vide
tres opiniones per Io. de conse. dist. 2. c. 1. gl. 1. in fi. & per Ho.
in summa cod. tit. §. & quando. ver. de corpore autem Christi.
Hosti. tamen in sum. tit. de baptismo. §. quæ sit eius. ver. tu
tamen teneas approbat opinionem prædictam & titu. de reli. &
vene. sanctorum eandem opinionem approbat Archi. 95. dif-
fere. super verbo consecratur: & etiam hu. ibi tunc non cõse-
cratur ipsum corpus Christi, vt §. eo. de homine. eius. n. intentio
requiritur sicut dicimus in baptizante: vt 1. q. 1. ecce qñ. & no.
per Io. & Arch. eadem causa. & q. dedit & de consec. di. 4. fo. &
in fi. & per 1. sum. Archi. 1. q. 1. sacerdotes. super verbo Eucha-

ristiam. vbi no. quod sacerdos non intendens conficere, inten-
dens tñ illud facere quod faciunt alij qui conficiunt, conficit
corpus Christi. Si si defectus ex parte forme, ad cuius euide-
ntiam est sciendum fm sanctos & Tho. & Pet. alle. & alios de-
ctores, q. est forma cõsecratiõis panis, hoc est. n. corpus meũ:
coniunctio. n. non est de substantia formæ, tñ apponi debet se-
cundũ vsum Romanæ ecclesie, vt dicitur Tho. & Ala. in scri-
ptis, qui vñus a beato Petro initium sumpsit. Quod aut præ-
mittitur, accipite & manducate ex hoc oēs, illud pertinet ad
vsum sacramenti: & non est de substantia formæ: Forma autẽ
consecrationis sanguinis est hæc, hic est. n. calix sanguinis mei
noui & æterni testamenti, ministerium fidei qui pro vobis &
multis effundetur in remissionem peccatorum, & sentit Pet.
q. tñ illud sit de substantia formæ. hic est calix sanguinis mei.
& idem dicit Ala. in lib. de missa. Tho. autem dicit, q. quia con-
ditiones appositæ ad subiectum vel prædicatum sunt de integri-
tate locutionis alicuius: ideo alij probabiliter dicunt q. to-
tum quod sequitur est de forma, cum totũ hoc quod additur,
non sit locutio per se, sed sit determinatio prædicati. Hoc vi-
so refert secundo Ala. in lib. de missa, aut huiusmodi formæ
mutantur, aut diminuantur: aut eis additur: si mutetur in alia
verba, quod nullo modo fieri debet, tunc dicit q. pro certo nõ
consecratur, etiã si illa verba eundem sensum habere videan-
tur. Idem videtur dicendum de diminutione, quia si ita dicatur,
hoc est meum, remanet indeterminatum quid meum sit: & si
dicatur hoc est corpus non significat proprium Christi cor-
pus. De additione aut dicendum videtur, quod si addatur, quod
significationem non mutat, licet errorem inducat, quod tunc
nihilominus fit consecratio, vt si dicatur hoc est corpus meũ
dilectum vel sanctum vel aliquod hmõs, tamen non est facien-
dum: & qui facit valde est increpandus, secundum eum cũ quo
ad hoc concordat frater Io. in sum. confes. in rubricella præd.
de sacramento Eucharistie q. 55. quæ sit forma. & tribus. q. se-
quentibus vbi ponit præmissa. ver. ad cuius euidentiam citra.
† Si est defectus circa alias solennitates, quæ ad ritũ huius sa-
cramenti pertinent: tunc dicit fm Tho. & Ala. & omnes theo-
logos cõiter q. licet omittens ea quæ ad ritũ huius sacra-
menti pertinent, sicut tempus debitũ altare & vestes & huiusmo-
di grauius peccat: quia facit contra statutũ ecclesie: tñ si con-
ficiat nihilominus corpus Christi consecratum est: dum mo-
do consecrans sit ordinatus: & adit intentio & materia & for-
ma debita: & hoc idem tenet glo. Gu. super Ray. tit. de sacra-
mento Eucharistie & frater Io. in summa confes. in rubricella
alle. de sacramento Eucharistie. q. 25. quid si omittatur & c.
Et quantum ad hoc quod dictum est de vestibus concordant
Hug. & Archi. de conse. dist. 1. concedimus. gl. Pet. & concor-
dat Hosti. hic dicens, quod iste sacerdos qui celebrat sine igne
& in aqua nihilominus conficiebat, & verum erat sacramen-
tum, quamuis peccet grauius: & hæc opi. approbat hic qñ
dicit sine igne sacrificabat & aqua, nam si sacrificabat, ergo sa-
crificium erat alius non sacrificaret: sed sacrificare simularet §.
eo. de homine & verba intelligenda sunt cum effectu §. de cle.
non refi. relatũ. & hoc teneas quod dic vt no. §. eo. cũ Matthe.
§. verum. & c. in quadam in fi. secundum Hosti. Et de defectib.
& negligentijs quæ committuntur in missa, vide per fratrem
Io. in rubricella alle. sæpe. q. 60. de diuersis defectibus, & c. &
per fratrem Alsten. l. 1. o. tit. de defectibus contingentibus in mis-
sa & in sex tit. ibi præcedent. tractat de sacramento Eucharistie.
¶ Super eo. c. Hic est arg. qd melior sit missa boni sacerdotis
quam mali: & §. de æta. & qua. cum sit ars. Sed circa hoc dicas
fm Tho. Alber. & Pet. quod de missa postumus loqui duplici-
ter. † Aut quantum ad id quod est essentialia in ea corpus. s. Chri-
sti, & sica quocunq; dicatur æqualiter bona est: quia opus ope-
ratum æqualiter bonum est & virtuosum. 1. 5. q. 40. & j. q. j. in-
tra catholicam. & c. non nocet. cũ similib. Vel quantum ad id qd
annexũ est sacramento: & quasi secundariũ: & sic missa boni sa-
cerdotis melior est, quia non solũ habet efficaciam ex opere ope-
rato: sed et operante, id est, ex deuotione & merito celebrantis.
‡ Et ideo ceteris parib. melius est audire missam boni sacerdo-
tis quam mali: & ideo dñ quod ceteris parib. melius est audire
bonũ sed quia obedientia potest cogere audire malũ: bonum
aut non: & tunc melius est audire malũ quam bonũ: quia me-
lior est obedientia quam victima, & quã bonum personale. §.
q. 1. sciendũ est §. de ma. & obed. illud. vt hæc no. Archi. 1. q. 1.
sacerdotes. super verbo merita. & in hoc concor. frater. Io. in
sum. confes. tit. de sacra. non iteran. rubricella de sacramento Eu-
charistie. q. 124. vtrũ melior sit & c. In isto tñ secũdo membro
dicit frater Alsten. lib. 4. si. tit. arti. 2. qd oratio quæ fit in missa
considerari

considerari potest dupliciter. vno modo inquantum habet ef-
ficaciam ex deuotione presbyteri orantis & celebrantis, & sic
missa melioris fructuosior est. Alio modo inquantum profertur
in persona totius ecclesie, cuius presbyter est minister, & quo
ad hoc est fructuosior non tantum oratio sacerdotis peccatoris
in missa, sed etiam omnes alie orationes quas facit in officijs
ecclesiasticis in quibus gerit personam ecclesie, orationes au-
tem eius priuatae non sunt fructuosae, secundum illum, ppter.
28. Qui declinat aures suas ne audiat legem oratio eius erit,
execrabilis ad idem. 49. dist. c. & 3. q. 7. c. in grauib. ibi cum
his qui displiceret ad intercedendum mittitur irati animus,
proculdubio ad deteriora pronouatur. † Et de materia suffra-
giorum vtrum suffragia facta pro vno, valere possint alijs, &
quorum suffragia profertur defunctis, & quibus & quæ &
quorum profertur, vide plenè per fra. Io. in summa confes. tit. de pe-
& remis. rubricella de suffra. defunctorum per totum. & per
Alsten. lib. 3. titu. de suffra. defun. per totum, & vtrum quis pos-
sit tantum crescere in malitia quantum in bonitate, vide per
Io. 47. di. omnes glo. fi.

¶ De baptismo, & eius effectu. Rubrica.

- 1 Factum non reputatur in artis statutis, si aliquid faciendum remanet.
- 2 Factum, an reputatur cum agitur de producendo rem ad esse, si aliquid faciendum remanet. q.
- 3 Matrimonij essentialia.
- 4 Factum an reputatur in transfor. reformatum si quid faciendum remaneret. 7.
- 5 Lanae appellatione non venit vestimentum.
- 6 Mobilia iuncta domini, sunt immobilia.

I quis puerum. Hic potest notari il-
lud notabile generale
quod no. Ber. j. e. c. maiores. §. sed adhuc super ver-
bo non ex parte, quod nihil videtur esse actum,
dum aliquid superest ad agendum, vt hic, & j. q. 0.
j. detrahe. C. de his quibus. vt indig. l. cum silleianum, alias est,
sub tit. speciali ad silleia. pro hoc. ff. de act. em. l. fundi. §. item q.
insula. & §. si vbi habes quod illud quod causa domus paratũ,
est si nondum perfectum est non videtur adium esse, sed con-
tra in lege cauetur, quod principium rei potissima pars est. ff.
de ori. iur. l. j. & dimidium facti qui bene cepit habet, vt ff. de
aur. & arg. le. l. & si non sint. §. quid ergo. vbi habes quod si te-
stator legauerit argentum factum, argentum ceptum fabrica-
ri nondum tamen perfectum, venit & in legato pro hoc §. de
rescri. c. literis. cum ibi no. † Vnde ad dissolutionem istorum,
contrarium distinguitur aut loquimur de statutis artis, & tunc
nihil reputatur factum si aliquid faciendum remanet, sic lo-
quitur. l. alleg. cum Sylleianum, nam statuta iuris sunt statuta,
artis, & ars debet esse perfecta & certa. 4. dist. erit autem lex.
Vnde cum Imperator remedia introduxit, & illa non comple-
uit, nihil egisse videtur, vt C. de nouo. C. faciendo constit. vni-
ca. in prin. secundum Cyn. ibi. Aut loquimur de alijs, & tunc
aut agitur & tractatur de producendo rem aliquam de non ef-
fectu esse formatum, aut de transformando aliquam rem iam
formatam de vna specie, seu forma in aliam speciem, seu for-
mam. In primo casu refert, quia aut essentialia necessaria, seu
aliquid essentialium necessariorum ad productionem, illius
rei ad esse formatum deficient vel deficit, & tunc verum est
dicere, quod nihil est actum, dum aliquid superest ad agendũ,
hoc patet in sacramentis, & primo in sacramento baptismi,
vt hic, & in c. alleg. detrahe. Nam ad productionem baptismi
in esse requiruntur duo essentialia, vt puta verba debita & sta-
tuta, & elementum aquæ, quorum altero deficient nõ est bap-
tismus. j. eodem c. Pet. Item in sacramento Eucharistie, nam
ad consecrationem corporis Domini nostri IESU CHRISTI,
requiruntur plura essentialia, & inter alia materia, & forma de-
bite, quorum altero deficiente non est corpus Christi conse-
cratum, per ea quæ leg. & not. 7. q. j. illud, & quia nihil §. tit. px.
cum marthæ. & cap. literas. & ibi dixi. Item in sacramento pœ-
nitentiæ peccata delentis, vbi inter alia requiruntur duo essen-
tialia. scilicet confessio, & cordis contritio, quorum altero defi-
ciente deficit sacramentum saltem quantum ad ecclesiam mi-
litantem. 23. q. 2. legatur. 90. dist. in fi. si quis contristatus. & j.
de poeniten. & re. quidam. cum ibi not. Item patet in sacra-
mento matrimonij, vbi requiruntur duo essentialia. Verba & con-
sensus amborum contrahentium, quorum altero deficiente,

deficit. 27. q. 2. sufficiat. 29. q. 2. si quis liber. & c. sequentibus. j.
de spon. tuæ de coniu. feruorum c. j. & de rapto. cap. cum cau-
sam. Item in sacramento ordinis, vbi requiruntur factum. s. fa-
cri olei effusio, & manus impositio, & verba. Item in sacra-
mento confirmationis in fronte, vbi requiruntur cum sacro chris-
mate delinitio, & verba, quorum altero deficiente deficit sacra-
mentum, quod dic. vt leg. & no. supra de sacra vnctio. c. vni-
co. §. hoc vnqueto. de sacra. non iteran. c. pastoralis. vbi de hoc
per Ber. in prima glo. & c. presbyter. Item in sacramento extre-
mæ vnctio. vt le. & no. §. de sacra vnct. c. vnico. §. de pri-
ma, & in consecratione Episcopi vel archiepiscopi, supra de v-
su pallij, nisi spiritualis. † Item hoc probatur in rebus incorpo-
ralibus prophanis, vt in stipulatione, quæ ad esse sui requirit,
vnus interrogationem, & congruam responsonem alterius,
quorum altero deficiente, deficit. ff. de verbo. oblig. l. 1. in prin-
cip. & inflit. de ver. oblig. in princ. Item in acceptatione. vt ff.
de acce. l. j. & institui. qui. mod. tol. ob. §. item per acceptatione-
nem. Et in transact. ff. de transac. cum hi. §. si prætor. Itẽ hoc
patet in rebus corporalibus. vt in homine qui non producitur
in esse nisi habeat corpus & animam, vt le. & not. 32. q. 2. quod
verò formatum. & c. leg. j. de homi. si aliquis. & c. sicut ex lite-
rarum, & in testamentis. vt ff. de testa. l. hæres palam. §. vlt.
& l. ad testium. C. de testa. si vnus. Et in ætate legitima, vt C. qñ
dies le. ce. l. ex his verbis. Et libris in imperfectis. ff. de le. tertia
leg. librorum. §. sed nec capti. & §. chartis. Idem in domo, & in
alijs rebus, quæ ex suis partib. integralibus perficiuntur. ff. de
solutio. qui res. §. aream. ver. non est his similis. & c. pro hoc. 38
dist. quæ ipsis cum concor. ibi alleg. Forma est quæ dat esse rei
& conseruat rem in esse, vt ff. ad exhi. l. iulianus. §. si quis rem
& consummatio, seu perfectio dat formam rei. & ideo dicit,
lex quod in factis sua consummatio est sua forma. ff. ad l. fal. l.
si his qui quadringenta. §. quadam secundo responso. de noui
oper. nunc. l. stipulatio. §. opus. de verb. sig. l. 5. §. opere. & l. adi-
ficia. §. perfectio. e. ad idem. ff. de verb. oblig. l. in executionibus.
§. pe. Aut aliqua non essentialia vnum vel plura deficient, &
tunc non est verum dicere quod nihil est actum dum aliquid
superest agendum, vt patet in rebus incorporalibus. ff. de ven-
di. in p. l. 1. in fi. 30. q. 5. aliter. & in rebus corporalibus. vt ff. de
leg. 3. l. librorum. circa medium. verfic. sed præscripti. & c. † In
secundo casu. §. quando agitur de transformando aliquam re-
iam formatam in aliam speciem, seu formam, refert. Aut que-
ritur de veritate rei vtrum. s. quando aliquid est actum, vel ce-
ptum non tamen completè perfectum, quod per hoc nihil sit
actum, & tunc non est verum, quia verum est dicere, quod il-
lud, quod est ceptum, non tamen completum, est ita factum se-
cundum se, sicut & factum completum, vt est casus in l. alle. ti-
pulatione. §. opus autem. ff. de not. oper. nunc. & de capti. & post-
li. reueris. l. in bello. §. facta causa. vbi dicitur quod facta cã-
nulla constitutione infecte fieri non possunt, & tamen con-
stat quod causa præcedit suum effectum, vt in l. alle. cum hi. §.
vult igitur. & §. in causa. ff. de transac. & de execu. l. tuor pe-
titus. & not. Card. in proœmio. sexti libr. Aut quæritur de iuris
mysterio vtrum nihil videatur factum ex quo aliquid super-
est ad agendum, & tunc iura sunt contraria, quædam. n. iura di-
cunt quod sic, vt ff. de act. empt. & ven. l. fundi. §. item quod
insula. & de leg. 3. l. librorum. §. sed nec capti. & §. chartis. vbi
habes quod libris, seu chartis legatis non veniunt libri capti,
seu chartæ ceptæ scribi, non tamen completi. Alij dicunt con-
trariũ, vt ff. de auro & arg. leg. l. & si non sint. §. quid ergo. v-
bi habes quod argento factõ legato venit argen. um ceptum
fieri, licet non completè factum, ideo dicunt quidam, quod
aut res seu materia transformata, seu transformari cepta potest
reduci ad sua pristina initia, seu ad suam pristinam materiam,
seu formam vt argentum in massa, de quo factus est ciphus,
vel calix, potest iterum reduci ad massam, vt probatur expref-
se. ff. de leg. 3. l. quæsitum. §. illud. j. responso, & tunc ceptum,
habetur pro completo, & videtur aliquid actum licet aliquid,
superest ad agendum, ita intelligitur. §. alleg. quid ergo. & co-
tit. l. lana. in fin. Aut non potest reduci vt patet in chartis, & li-
bris qui non possunt reduci ad sua. s. papirum, pergamentum,
& incaustum, & tunc fecus, vt in §. alleg. sed non cepti. & char-
tis, & concordat. §. alleg. illud. 2. responso. & eod. titu. l. si cui.
lana. §. lanae appellatione. & l. lana. in princ. & l. hæres meus. §.
primõ. vbi habes quod appellatione lanae legata non venit,
vestimentum factum de lana, & quod appellatione marmoris
non veniunt statuae marmoræ. Sed ista est bona solutio quã-
tum ad illud generale brocardicum, vtrum appellatione prime
materie in genere, veniat & comprehendatur materia tran-
sformata,

mata, seu specificata, vt si queratur vtrum appellatione argenti in genere veniat argenti factum, puta cithi, calices, cupæ, ollæ argenteæ, & similia. Sed quo ad id de quo hic queritur non videtur sufficiens per allegatam quod insula qui loquitur de qualibet materia parata, nondum tamen perfecta ad ponendum in edificio, siue reducibili ad pristinam materiam siue non, & tamen ibi dicitur quod non cedit edificio. Ideo videtur dicendum & melius quod, aut loquimur de tali re, seu materia, que in aliam speciem transformata seu formam retinet nihilominus nomen sui generis, & speciem primæ materiæ sic transformata, vt patet in argento transformato in cithos, scutellas, vel alias species, quod semper retinet nomen argenti, quia argentum factum est, & dicitur ita bene argentum, sicut non factum & melius, qui magis purificatum, vt patet in ista villa Parisien. vbi aurifabri nunquam ponent in opere, aliquod argentum, nisi prius purificatum, & mandat, & tunc ceptum habetur pro completo, & videtur nedum aliquid imortum factum, vbi ceptum superest peragendum. Et in alleg. quid ergo. Nam ex quo argentum iam complete factum continetur appellatione argenti in genere & simpliciter probati, vt in d. Sillud. multo fortius ceptum continebitur, cum minus recedat a materia, seu forma prima, quia in habentibus symboli facilius est transitus, insitu. quib. mo. to. obli. item per accepti lationem, ita loquitur. alleg. quid ergo. Aut loquimur, de talli seu materia que transformata in aliam speciem seu formam retinet nomen sui generis, nec speciem primæ materiæ vt patet in chartis, & libris qui non retinent nomen nec speciem pargamentis, papiri, vel incauti, & in pannis de lana, & staturis maris, quæ non retinent nomen nec speciem primæ materiæ, & tunc nihil videtur esse actum cum aliquid superest ad agendum in iuribus primo alle. & potest esse ratio, quia transformatio quæ facit mutari nomen & speciem incommutabiliter tardius intelligitur fieri, quam illa quæ non facit mutari nomen & speciem, sicut a simili libertas cum est quæ sita de diffidili reuocatur, & ideo citius impeditur eius acquisitio per pactum, de non manu mittendo appositum, quam acquisitio, seu translatio alterius rei, vt legitur. C. si mancipium ita fuerit alic. ne manum. f. l. ea quidem. & per hoc non obstat. alleg. item quod insula in tagna seu alia res mobiles iniunctæ domui desinunt esse mobiles, & desinunt eo ipso habere speciem seu nomen sui generis, quia pars rei immobilis sunt, vt patet. ff. de vluca. l. eum qui ades. §. si. & de tig. iniuncto. l. 1. & 2. & per totum.

- 1 Baptizatus rebaptizari non debet.
- 2 Baptismi actus dupliciter conuenit.
- 3 Baptizatus a bono angelo.
- 4 Baptizatus a diabolo.
- 5 Baptizatus si dubietur, an quis sit, sub conditione rebaptizandus.
- 6 Baptismus quare non iteratur.

DE quibus. Si queris vtrum semel baptizatus possit vel debeat rebaptizari, distingue. Aut constat eum semel fuisse baptizatum, aut est dubium. In primo casu refert. Aut constat eum esse baptizatum per hominem habentem ad hoc potestatem, & constat quod talis non debet rebaptizari, imo hoc faciens grauiterpuniretur. C. ne san. bap. l. j. & 2. & h. s. de sacra. non iteratur. per totum in rubro & nigro. j. q. j. sacramenta. & c. manus. & c. quod quidam. Proprius autem minister baptismi secundum sanctos Tho. Ala. & Pe. & omnes theologos, & frater Io. in sum. confes. tit. isto. f. de baptismo. q. 26. quis sit debitus, minister & c. & Ho in summa eod. tit. §. quis possit esse sacerdos. de pe. di. 1. quem pœnitent. de conse. d. 3. constat. & c. mulier. Et peccat mortaliter alius non sacerdos baptizans præter articulum necessitatis sed in necessitate sufficit omnis homo, quia & vir & mulier ordinatus & non ordinatus, fidelis & infidelis baptizare potest, dum modo habeat intentionem baptizandi, & seruet formam ecclesiæ, vt in d. c. constat. in fi. & c. mulier. & decem capitulis sequentibus. & c. sanctum est 30. q. 3. super quibus. Et in hoc concordat Alten. lib. 4. tit. de baptizantibus. arti. 2. ad si. dicens etiã frater Tho. quod si præter necessitatem baptizaret quis non presbyter, siue clericus, siue laicus, siue mulier, peccaret mortaliter, baptismi tamen sacramentum conferret, nec talis sic baptizatus rebaptizandus esset, idē dicitur de non baptizato baptizante. Vnde breuiter actus baptismi conuenit alicui dupliciter. Aut ex officij autoritate, sic conuenit solis presbyteris, vel ex iuris permissione, sic conue-

nit etiam alijs maxime in casu necessitatis. Vnde baptismus potest tradi & conferri etiam a malis ministris, quia bonitas ministrum non est de necessitate baptismi, sed de congruentia. Vnde & Augustinus dicit quod per ebriosum, homicidam, & quemcunque malum datur baptismus, & tunc ipsi baptizatis etiam totus effectus baptismi confertur, & in hoc concordat Tho. Petr. Abb. & frater Io. in summa. confes. hoc tit. q. 2. circa ministros & c. & Holt. j. c. proximi. & pro hoc facit. 32. diff. ca. præter hoc. §. verum. j. q. j. dedit. de conse. dist. 4. baptismus. Sed si queris vtrum talis minister peccet mortaliter baptizando, dic. frater Tho. quod sic, si baptizatus cum solennitate, vt minister ecclesiæ, si peccatum suum recolat, nec pœnitet. Aut baptizatus simpliciter in articulo necessitatis, sicut vetula, baptizata, & tunc non peccat, concordat frater Io. in summa confes. hoc tit. q. 2. §. vtrum malus & c. & Alten. tit. de baptizantibus articulo vlti. in fi. malus ergo minister potest baptizare, vt est dictum. Vnde etiam si non credat sacramentum baptismi, nec aliquid ibi fieri spirituale, quod modo in genere intendat facere quod facit ecclesia, baptizatus est, concordat Ray. in summa eod. tit. §. 7. item solus & c. & probatur de conse. dist. 4. mulier. 30. q. 3. super his quibus 33. q. 5. mulierem. Aut constat eum esse baptizatum per angelum, & tunc aut per angelum bonum, aut per angelum malum. Si per bonum, tunc licet quidā dicant, quod non possit baptizare, quia hæc potestas data est hominibus, vt patet de conse. dist. 4. c. propriæ. Pet. tamen dicit quod angelo non competit baptizare, nec etiam consecrare. vel huiusmodi ex officio, potest tamen ex speciali mandato Dei, ei cōpetere, & quia nunquā vsurpat sibi alienū officium. nisi haberet speciale mandatū, ideo si fiat bonus angelus esse, nō est post eum rebaptizandus, nec est ecclesia recōsecranda. Idē Tho. dicit & ponit exemplū de consecratione tēplī beati Michaelis. Idem archidiacono. in cap. alleg. propriæ super verbo baptizandus, & frater Io. in sum. confes. hoc tit. q. 2. vtrū bonus angelus. & c. & q. se. vtrum diabolus. & c. Si est malus angelus puta diabolus in specie hominis, tunc dicunt Pet. & Tho. quod diabolus potestas baptizandi non potest cōpetere, nec ex officio nec ex speciali mandato, nō enim potest esse minister officiorum salutis, sed punitionis, & semper præsumendum esset, quod non faceret hoc intentione baptizandi, sed decipiendi, & ideo nullo modo potest baptizare, & si baptizaret nihilominus esset baptizandus iterum secundum eos. In secundo casu, scilicet quando est dubium, distinguit Innoc. hic inter dubium de facto, puta quia natus in captiuitate Saracenorum, & inter dubium iuris. De iure enim non potest esse dubium, nam si quis de parentibus fidelibus & inter fideles natus fuerit, præsumitur baptizatus infra titulo primo veniens in fi. secundum eum, cuius opinio non placet Holtien. qui exponit hoc verbū dubium in text. de facto vel de iure, de facto, vt quia puer exponitur nec aliqua signa baptismi inueniuntur in eo, & de hoc infra tit. j. c. 2. & 3. De iure, vt quia dubitatur vtrum forma seruata sit vel non. In omni ergo dubio probabiliter, secundum August. tene certum & dimitte incertum, de pœni. dist. 7. capit. si quis autem. §. item. in fi. secundum Holt. Vnde quando dubitatur circa hoc debet baptizari sub conditione sic, si baptizatus es non te baptizo, sed si nondum baptizatus es, ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, amē. vt hic. Et eodem modo faciendum est, quando dubitatur probabiliter de collatione aliorum sacramentorum, puta quando dubitatur an quis sit confirmatus vel ordinatus, aut huiusmodi. 68. dist. presbyteri quos. & §. seq. quia non intelligitur iteratum, quod nescitur esse factum supra de sacra. non iteratur. c. j. & fin. j. tit. j. veniens. de conse. dist. j. solennitates. & de conse. dist. 4. si nulla. secundum Holtien. hic & in summa e. tit. §. vlt. ver. sed & si dubitetur. & Ray. in sum. huius tit. §. 6. in sum. & c. Ne mo enim potest saluari sine Baptismo. Io. 3. nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non introibit in regnum cœlorum, & de conse. dist. j. c. 2. & 3. & 4. adeo, quod etiam sanctificatus in vtero tenetur ad baptismum, vt patet per Ioan-nem qui dixit se à Christo debere baptizari, & hoc quidam nō propter indigentiam remedij sed propter impressionem characteris & bonum obedientiæ. quia Deus hoc præcepit, & propter humilitatem, quia debet se representare peccatorem, & indigere Christi redēptione, & propter cōformitatem, vt ab alijs Christianis non discordet, quia cum baptizari, est præceptum affirmatiuum, non obligat ipsum nisi pro loco & tempore. Vnde si ante adultam etatem seu opportunitatem habitam moritur, saluatur, quia non habebat opus baptizari propter remedium sed propter præceptum, quod dicit vt no. Ast. lib. 8.

8. tit. de baptizandis in princ. Vbi etiam dicit, quod apostoli fuerunt baptizati per illa verba qui lotus est, Io. 23. & de conse. dist. 4. quando & c. si eos. Et idem dicit potest de B. Virgine & de Ioanne Baptista. Et ratio quare non debet baptismus iterari est quadruplex, vna quia character qui ibi imprimitur, indelebilis est, sicut in confirmatione & ordine, & cum quadam consecratione datur, & ideo sicut alie consecrationes non reiterantur in ecclesia, sic nec baptismus. Secunda, quia originale peccatum contra quod principaliter datur non iteratur. Tertia quia baptismus morti Christi assimilatur. nā in morte Christi baptizatur per quam morimur peccato, & resurgemus in nouissimo vite, seu nouitate. Christus autem semel tantum, mortuus est, & ideo nec baptismus debet reiterari. Quarta, quia per baptismum fit vniuersalis purgatio peccatorum, quæ si iterari posset daretur hominibus incentiuum peccandi. has quatuor rationes assignat Tho. in vltima parte summae f. u. q. 46. ar. 9. & frater Io. post eum in sum. confes. rubricella de baptismo. q. 38. vtrum baptismus debeat iterari, qui satis concordat cum præmissis. Est & quinta ratio, quia baptismus est quadam spiritualis generatio, vnde sicut generatio in vtero non potest repeti, sicut nec baptismus vt dicit Augustinus, super Ioan. c. 4. alias 3. pro quo facit quia ars artem naturam quantum potest, inli. de apo. §. minorem, imita enim generatio, spiritualis carnali equiparatur. 30. q. 3. ita diligere. C. de nupt. l. si quis alumnam. & j. c. proximi. vbi hoc no. Holtien. & de hoc p. Ber. ibi in glo. pe. potest addi, & alia sexta ratio, quia baptizatus per baptismum acquiritur Deo, & transit in dominium eius de conse. dist. 4. postquam modo si iterum baptizaretur, seque retur noua, & iterata ac multiplicata acquisitio dominij, quod esse non potest, quia quod meum est, & c. ff. de acqui. post. l. 3. §. ex plurimis. §. de fi. in l. i. inter dilectos. in fi. maxime. cum character per quem acquiritur sit indelebilis vt est dictum. Item dicit Holt. §. c. proximi. in fi. & Io. An. post eum quod ea quæ nō fuerunt facta vel dicta per laicum qui in necessitate baptizauit per presbyterum, sunt supplenda, sicut est catechizatio, & appositio salis, & inunctio, & cætera omnia, & excepta, immerhione, quia nec iterum baptizatur nisi dubitetur, vt hic.

- 1 Oratio Christi pro Petro & eius successoribus effusa.
- 2 Oratio Christi pro Petro & ecclesia vniuersali facta.
- 3 Baptizandus non est puer in vtero matris, si nihil extra vterum apparcat.
- 4 Baptizandus an sit puer aliqua membrum extra matris vterum, habens.
- 5 Baptizandus puer natus.
- 6 Ordinatus coactione absoluta ordinem non recipit.
- 7 Ordinatus coactione conditionalis, an characterem recipiat.
- 8 Baptisma sacramentum necessitatis.
- 9 Baptizatus amens, vel dormiens, an characterem recipit.
- 10 Amens non peccat.
- 11 Damnatio ex libero arbitrio pendet.
- 12 Talis semel, semper talis præsumitur. 15.
- 13 Dominus semel, hodie dominus præsumitur.
- 14 Possessor semel an hodie dominus præsumatur.
- 15 Pueri non baptizati in anima tria consideranda. 8.
- 16 Peccatum originale transit reatu, sed actū rem. nec.
- 17 Peccato ab originali præseruati.

MAiores. Hic habes quod Christus orauit pro Petro ne deficiat fides eius. Vnde si cut potestas non solum sibi, sed & successoribus data intelligitur, sic oratio non solum pro ipso, sed pro successoribus effusa videtur, sed hoc pro constanti tenemus, quod oratio Christi fuit exaudita, ergo & hodie durat in successoribus effectus ipsius. Sed contra quia secundum hoc sequeretur quod nullus Papa damnaretur, quod tamen non sequitur, vt probatur. q. 3. aliorum. & posset hæreticus esse. 40. dist. si Papa, solutio, dicit quod quantum ad saluarem consequendam rogauit pro Petro, & successoribus suis, non solum in sede sed in conuersatione vite, de illis autem si hanc vitam vsq; in finem continuauerunt, cerum est quod saluabuntur, non ergo sufficit in sola sede sed alias fide succedere. Nam & si successores apostolorum sumus, necesse est si saluari volumus, quod vitam & conuersationem eorum imitemur, ar. 3. §. d. ecclesiæ. & 26. dist. deinde secundum Holt. idem Io. An. Et quod dictū est, Papam posse esse hæreticum, dicit orationem factam pro Petro

& in eius persona, pro ecclesia vniuersali, ne erret vel deficiat Ioann. Andr. Super eo. cap. Si queris vtrum paruulis debeat baptismus conferri, distingue. Aut queris de paruulis in materno vtero existentibus, aut de iam natis, in primo casu refert. Aut nihil apparet de puero extra vterum matris suæ, & tunc constat quod non est baptizandus secundum Petr. & Thom. quia tunc soli Deo natus est non ecclesiæ, nec subijci potest operationi ministrorum ecclesiæ, vnde & August. lib. 2. alias 6. de baptismos paruulorum, sicut qui non vixerit non potest mori, ita qui natus non fuerit non potest renasci, potest tamen per priuilegiū speciale a deo sanctificari in vtero. Et tales qui sunt in vtero matris sanctificati, nihilominus debent postea nati baptizari, quia eis per baptismum character imprimitur, & augmentū, gratiæ conferuntur, & nihilominus, quia adhuc præcepto generali sunt alitri secūndum eos. Idem not. frater Io. in summa. confes. hoc tit. 3. i. q. vtrum puer. Hoc idem. frater Io. quod nondum nati baptizari non possunt, probatur expressè de conse. dist. 3. qui in matris hoc idem ratione potest sic probari, ecclesia habet potestatem ligandi atq; soluendi homines super terram, & non alias. s. de ma. & obe. solitæ. ad fi. j. de sen. excommu. a nobis. 2. §. nec obstat. modo qui in vtero est, non est in rerum natura, nec super terram, vt ff. de lega. j. l. q. in rerum natura. & de ver. obli. l. interdum. Item idem iudicium est de eo quod non est, & de eo quod non apparet. ff. de contrahen. empt. & vendi. l. in lege. cum concor. ibi alle. Hoc idem tenent Rich. & Alten. li. 4. tit. de bap. arg. 2. q. 5. dicentes etiam oportet, quod caro eius qui baptizatur, secundum totum, vel secundū partem in mediātē lauetur, vnde si puer totaliter inuoluitus in aqua immergeretur, sub debita verborum forma, non propter hoc baptizaretur, & in q. 8. dicitur quod talis in vtero matris, existens potest regenerari baptismō fluminis, vt est dictum, & dictum illud Augu. intelligunt de regeneratione baptismi, quæ. Aut apparet aliquid de puero extra vterum matris suæ, & tunc sunt opi. quia canonice tenent quod si puer iam caput extra emisit potest baptizari, maxime quando non potest egredi, & de vita ipsius dubitatur, secus si caput extra vterum nō appareret, & hoc dicitur per l. ff. de reli. & fump. fun. l. cum in diuersis. vt not. Archi. 5. di. c. baptizari. & idem ibi Lau. Theo. logi vero communiter tenent quod nisi primo perfectē natus fuerit sicut Adam non potest renasci. vt de conse. di. 4. qui in matris. cum talis adhuc non habeat esse distinctū a cā suæ imperfectionis, alias infectionis, quare militās ecclesia de qua adhuc talis non est, membrum bonū vel malū sibi providere, non potest, ministrando ei sacramēta, quia rei quæ nō est, & c. arg. eorū quæ le. & no. j. de despon. impu. ad dissoluendū. de eccl. ad audientia. Consilium tamen eorum est quod aliquid, apparet extra vterū omnino baptizetur, si magnū periculum emineat de morte eius, & hoc propter penetrabilem operationem spiritus sancti, qui sua immensa virtute succurrere isti potuit, sicut beatā Virginē Mariā, Hieremiam, & Ioā. in vtero sanctificauit. arg. j. q. j. multi. circa mediū. vt no. Gul. de Mont. lau. extra de sum. Trin. c. vnico. super verbo regenerans. in cl. Et de hoc not. frater Io. in sum. confes. hoc tit. q. 3. quid agendum & c. dicens secundū Tho. quod spectanda est totalis egressio pueri, ex vtero, nisi periculum mortis timeatur, tunc autem in tali. l. periculo egressa parte principali. f. capite, vbi operationes animæ magis manifestantur, vt quidam dicunt, baptizari debet. secus autem est de alijs partibus, vt de manu & pede, quibus non nocet etiā si tunc aspergantur illæ partes baptismali, aqua, quia diuina misericordia non est arcanda, si tantē postea plenariē nascatur non est rebaptizandus secundū quosdā, sed nihil periculi accidit si ad maiore cautelā baptizetur, sub hac forma. Si non es baptizatus ego te baptizo & c. quod satis concordat cum opi. canonistarū ad quod facit quod no. Hugo. de iā natis. de conse. dist. 4. propriæ. super verbo triū miliū. Imo quod plus est per hoc quod dicit Io. ibi dicunt Ric. & Alten. li. 4. tit. de baptizandis. arti. 2. q. 7. idem in alijs membris quod in capite, quia anima est tota in qualibet parte corporis. & huius sententiæ est generalis in quarto sententiarum eo quod non est præceptum magis quod caput immergatur quā aliud membrū, & dicitur quod alia pars quæ caput abluta fuerit, & decedat, ante perfectam natiuitatē, piē potest talis puer reputari baptizatus, vnde est in cimiterio sepeliendus. Et nota quod in aliquo casu non debet mater viuens scindi vt puer possit baptizari, quia secundū apostolum ad Roma. Non sunt facienda mala vt veniant bona, & ideo homo potius debet dimittere peccata infantem quam quod ipse pareat homicidij cōmittens cri-

men in matrem secundum Thom. in scriptis. idem frater Io. in sum. confel. rubricella de baptismo. q. 34. vtrum mater debeat scindi &c. & Asten. vbi s. q. 6. pro hoc. quod non sunt faciendi mala vt bona eueniant. 14. dist. quod ait. 14. q. 5. forte, 23. q. 5. c. 1. 32. q. 8. non solum. j. q. non est putanda. Si queritur de iam natis tu dic quod tales possunt & debent baptizari, vt hic & in d. c. vnicio. s. ad hoc. extra de sum. Trini. & fide cath. in cle. Et notat quod baptizatus de nouo cui sine gemitu & plactu omnia peccata remissa sunt iuxta. cap. de pen. dist. 4. sine poenitentia saluari non poterit si bonum non faciat, cum possit licet ablineat a malo, cum peccatum omissionis & negligentiae peccatum sit grauissimum. vt leg. & not. extra de celebrat. miss. c. graui. in prin. in elem. & ideo dicit spal. Declina a malo & fac bonum. q. d. vnum per se non sufficeret. vt notat. hoc. Guil. de Monte laud. extra de poenis. c. si. super verbo non sufficit. in clem.

¶ Super eodem. c. s. propter quod ad declarationem gl. & sic, coacta voluntas. & c. ¶ Si queritur vtrum quis coactus recipiens ordines sacros recipiat ordinem seu characterem ordinis, & vtrum teneatur ad continentiam obseruanda, distingue. ¶ Aut coactio est absoluta, & tunc taliter coactus nullum recipit ordinem, argum. hic, in ver. ille verò, & hoc not. Io. 74. dist. vbi ista. & per consequens non tenetur ad continentiam obseruandam, quia non praestat impedimentum. & c. j. de desponsatio. impube. cap. literas. & c. accessit. de reg. iuris. c. non praestat. lib. 6. & quod nullum est feruari non potest. j. de desponsa. impube. nec ad dissolendum. Quod verum videtur etiam si postea sponte talem receptionem ratificaret. argum. eorum quae nota. Goffr. & Hostien. hic de dormiente. & statim sequitur, in distinctione sequenti. ¶ Aut coactio est conditionalis, & tunc. Aut queris vtrum recipiat characterem ordinis, & dic q. sic, quia voluntas coacta voluntas est. ff. quod metus causa. l. si mulier. §. si metu. 2. r. 5. q. j. merito, secundum Ray. idem Alten. ii. 6. ti. 2. articu. 4. q. 4. Aut vtrum teneatur ad continentiam, & tunc. Aut ordinem taliter receptum recipiens postea ratificauit expresse vel etiam tacite, vt quia post ordinem taliter receptum semel vitur eo sine coactione, puta semel indutus solenniter dixit epistolam, & tunc clausa est postea sibi porta contradicendi, arg. C. quod metus causa. l. 2. de regula. vidua. j. de spò. ad id quod casu poterit vt privilegio clericali & continere cò pelletur, & hoc tenes secundum Hosti. hic & Io. And. post eum. Aut ipsum ordinem taliter receptum postea non ratificauit nec tacite, & tunc. Aut coactio fuit modica, & talis quae non cadit in constantem virum, & tunc recipiens cogitur ordinem sic receptum seruare secundum Ioan. in c. allegato duo ista. pro quo. ff. quod metus causa. l. metum accipiendum. & l. seq. metum autem. 4. §. distinct. de iudicis. & j. q. j. quod quide. Aut coactio est magna & talis quae cadit in constantem virum, & tunc non tenetur, nec cogitur continere. argum. s. quod metus causa. per latum. & c. cum dilectus, quia integritas res est voti & non praecipit. 32. q. j. integritas secundum Io. in c. alleg. vbi ista secundum Io. Ber. & Host. hic. idem Asten. in d. arti. 4. q. 4. ¶ Sed fecus hoc casu in baptismo, vt hic, quia istud est sacramentum necessitatis, vt hic in gloss. Item secundum Archid. in c. alleg. duo ista. in glo. adde. dicunt quidam in baptismo totus homo renouatur, & quodam modo totus alius efficitur. 26. distinct. c. j. arg. ff. de adi. leg. l. si seruus legatus. & de solu. l. qui res. §. aream. & transit in alterius potestatem. f. Dei. sicut econuerso per peccatum transit in potestatem diaboli. de conse. di. 4. c. postquam. Et de ista materia, vide per Goffr. in summa. de eta. & quali. vltra medium. §. circa hanc distinctionem. ad quem remittit Archid. in d. c. de iudicis. dicens quod ibi est plena doctrina. & per Ray. in sum. sua. e. tit. §. circa hanc quorum dicta concordant cum praemissis.

¶ Super eo. c. in fi. ¶ Si queris vtrum amens, vel dormiens baptizatus recipiat characterem baptismi, distingue prout distinguit text. hic. ¶ Aut prius quam amentiam incurreret, aut dormiret in contradictione, persisteret, aut prius habebat propositum baptizandi, aut est dubium. In primo casu non recipit characterem in sacramenti, quia in eo intelligitur contradictionis propositum perdurare, vt hic in §. dormientes. c. confor. alleg. in glo. ad hoc Hiero. super philemonem. nullum bonum dici potest nisi quod vltroque est, cui conuenit. de con. se. distinct. 5. quicquid. & quod dicam de poeni. omnis. de conse. sione quae debet esse voluntaria, adeo quod si talis dormiens excitatus a somno ratiū habeat quod actum est, nō prodest, quia cum nihil receptum sit, non inuenitur, quod ratificetur, & ideo iterum baptizatur. secundum Gof. & Host. & idem eadē

ratione in amente. In secundo casu recipit characterem sacramenti, vt in ver. secus autem. nam adhuc propositum praesumitur perdurare pari ratione qua §. de contradictione dictum est, ar. C. de proba. siue possidetis. secundum Ho. Quod verū, secundum bea. Tho. in scriptis etiam si furiosus tunc contradicat, quia ista contradictio non procedit a voluntate rationis, secundum quam est capax baptismalis gratiae, si tamen necessitas non sit, debet in furiosis conspectari dilucidum interualum, & in dormiente vigili tamen si baptizetur, quis in actu illo sacramentum recipit, quamuis peccet baptizans, & idem concordant Pet. & Abb. & frater Io. in summa conf. rubricella de baptismo. q. 36. vtrum in baptizando. In tertio casu, refert. Aut constat per certa signa vel alias qualitercunque de proposito baptizandi q. velit baptizari, & tunc si baptizetur recipit characterem sacramenti, arg. j. de sent. excommuni. a nobis. 2. secundum Host. Aut non constat & tunc idem, quia tunc characterem imprimit sacramentalis operatio, cum obijcere contrariae voluntatis non inuenit obfistentem, vt hic. Pro tanto dicunt hic Ber. & Host. q. si quis ab infantia fuerit amens, si baptizetur recipit characterem, & prodest ei, argum. ff. de leg. 2. l. cum pater. §. furdo, quia perinde est ac si nunc sit infans, quia nullo peccato grauat nisi originali. 3. q. 9. indicas. ff. de offi. praes. l. diuus. Cum ergo non habeat nisi originale. idē est quod in paruulo, & si vixisset centum annis cōtinue furiosus, vt patet in eo quod leg. & not. s. eo. §. verum. & §. sed adhuc, secundum Host. qui etiam dicit hic, quod etiam si per iocum, vel derisum hoc fiat recipit nihilominus characterem. j. q. j. c. c. de conse. dist. 4. quamuis. & c. solet. ideoque constat quod paruulus characterem recipit, cui semel recepto renuntiare non potest. j. de diuortijs. q. anto. §. nam & si. licet reclamet, quando peruenit ad perfectam aetatem. de conse. dist. 4. queris. & c. paruuli. quia quod factum est & c. ff. de capti. & postli. re. l. in bello. §. factae causae effectui tamen characteris renuntiare potest. vt in eisdem. c. & sic intelligitur. c. s. de regula. cum scimus. ideo autem effectui potest renuntiare, quia ex libero arbitrio damnatio vel saluatio sua pendet, & adde quod dicam. j. eo. c. penul. in fi.

¶ Super eo. c. §. dormientes. ¶ Hic potes notare, q. semel talis semper praesumitur talis, & quod semel fuit hodie praesumitur, concordat. §. de praesump. c. ex studijs. & c. mandata. & cap. scribam. & ca. cum in iuuentute. circa quod distingue. Aut est tale quid quod tractu temporis mutatur, & tunc quod semel fuit non praesumitur adhuc esse, vt patet in aetate, in minori. quia semel minor non praesumitur semper minor, vt C. de in integrum resti. minorum. l. si minorem. ff. de iureiur. l. nā postea. §. si minor. & §. de in integrum restit. cap. constitutus. cum ibi nota. Aut est tale, quod tractu temporis non mutatur, & tunc. ¶ Aut illud est tale quod de facili non amittitur, nec mutatur vt dominium, & tunc sicut semel fuit ita & hodie praesumitur esse. vt C. de probationi. siue possidetis. & argum. ff. de accusa. l. si cui. §. hīdem. Aut illud est tale quid, q. de facili perditur & mutatur, & tunc. ¶ Aut queritur de possessione & tunc regulariter non praesumitur hodie esse, sicut semel fuit, argum. ff. de acquir. possess. l. si quis vi. §. differentia. Sed fallit in duobus casibus. Primus est si agatur contra eum, qui habet causam ab agente, vt ff. de pig. actio. l. si creditor. Secundus si tempore litis contestationis cōtra eum quis possidebat, nam tunc praesumitur possidere vsque in fine in litis, ita intelligit Ioan. legem illam non ignorabat. C. ad exhiben. Et ratio diuersitatis inter dñum, & possessionem est, quia possessio de facili potest amitti, non sic dominium, vt in §. allega. differētia. sed Odo. in possessione subdistinguit. Aut qui semel possedit asserit se possidere, aut negat. Si asserit. v. g. agit interdicto retinendae possessionis, quia turbatur in sua possessione, tunc si semel se possedisse probat, adhuc hodie praesumitur possidere. Si verò negat forte agente aduersario contra ipsum, tunc verum est quod dicit Ioan. sed fallit in duobus casibus praemissis. Et est ratio, quia vbi asserit se possidere, ostēdit animum retinendae possessionis, & si modo in praesenti ostenditur animus, praesumitur in praeteritum quia ex praesenti in praeteritum trahitur praesumptio. C. de adul. l. si qui adulter. r. j. 34. q. 2. cum per bellicam. Vnde animum quem modo ostendit praesumitur ante habuisse, secus quando negat, quia tunc ostendit animum deferendae possessionis, & illa solo animo perditur, vt in §. alle. differentia. quae opt. tangitur per glo. in l. alle. siue possidetis. Sed Placen. & Hugo. tenent idem per omnia in possessione quod in dominio, per l. alleg. si creditor, non ignorabat, & idem tenet Pet. de bell. perti. in l. allega. siue possidetis.

possidetis. nec placet sibi distinctio Odo. quia licet solo animo quis possit definire possidere, tamen solo animo non definit detinere, & sola detentio subijcit aliquam reuendicationem, nec etiam placet sibi argumentum Io. quia licet facilius perdatur possessio quam dominium, non tamen propter hoc concluditur, ergo qui semel possedit non praesumitur possidere saltem in recenti possessione. Vnde ipse concludit quod idō sit in possessione quod in dominio, arg. l. alleg. siue possidetis. & ff. de rei vend. l. officium de probationibus. cum de indebitis. §. vlti. quia cum possessio animo retineatur. vt C. de proba. l. licet. praesumitur pro animo nisi contrarium probetur. vt ff. de diuor. l. vlti. §. illud hoc tenet ipse Pet. in l. alleg. siue. & Cy. C. de non nu. pecu. l. j. ¶ Aut queris de alijs quae de possessione, & tunc semel talis, praesumitur talis, nisi probetur contrarium, vt hic. & in iuri. s. in prin. alleg.

¶ Super eo. c. Inno. dicit hic quod in anima pueri nondum baptizati sunt tria consideranda. ¶ Primum est, pronitas ad peccatum, quae trahitur ex corruptione carnis. Secundum est, macula quae est quaedam sordes animae, quam contraxit in sua infusione ex admixtione & adiunctione carnis corruptae, & propter hanc sordem indignum est hominem Dei conspectui praesentari quousq; in baptismo lota sit. Tertium est, reatus siue debiti poenae aeternae, cui primi parentes cum omni prosperitate sua propter peccatum suum quod commiserunt adiudicati fuerunt. Et dicunt ferè omnes, quod peccatum originale non est fomes neque pronitas peccati, sed est quaedam macula animae annexa fomiti, & illa macula in baptismo deletur, sed quae illa macula annexa est fomiti, ideo aliquando fomes fuit pronitas dicitur originale peccatum. Et secundum hoc intelligitur quod dicit. ¶ Aug. quod peccatum originale transit reatu, sed remanet actu, quia macula quae facit hominem reum poenae aeternae transit, vt de cetero ratione illius peccati originalis, non sit homo poenae aeternae strictus. hoc Innoc. ¶ Vt autem de praedictis tribus aliquam clarum & compendiosam utilitatem reportes, dicas, quod secundum, scilicet macula, siue sordes est peccatum originale, vt patet in eo quod no. in sum. de poenit. §. de quibus peccatis, quod in baptismo deletur. Quantum ad tertium, quod ex secundo sequitur. f. debitum poenae aeternae, quia hoc debitum quantum ad originale peccatum remittitur omnino per baptismum, vt §. eo. c. proxi. Quantum verò ad primum. f. peccati pronitatem siue fomitem, & si profitur baptismus ipsum debilitando, non tamen omnino ipsum tollit, quia cum corruptioni carnis ipsum adhæreat, non mirum, si quantum ad appetitum, naturam corruptionis sapiat, argum. ff. de rei ven. l. quae religiosis. & de reg. iur. cum principale. Licet autem ex vi sacramenti quae in omnibus aequaliter operatur, non omnino tollatur, vt est dictum, potest tamen filius Dei cui vult gratiam facere specialem, & fomitem adeo debilitare, quod non prauealeat, vel ipsum omnino extinguere. ¶ Sicut patet in gloriosissima Matre sua, & in quibusdam alijs sanctis, etiam in vtero sanctificatis. Exemplum in Hieremia, & Ioanne Baptista. §. de renun. nisi cum pridem. in prin. secundum Host. & Io. An.

¶ On vt apponeres. ¶ Si queratur quae sit forma baptismi, & vtrum, & quis, defectus impediatur characterem ipsius sacramenti, distingue, quia. ¶ Tres sunt species baptismi. f. fluminis, & fluminis, & sanguinis, vt §. c. proxi. de conse. di. 4. c. baptismi vicem. & c. cathecuminum. & c. nam, & c. non dubito. & nota. Ber. j. tit. j. c. 2. & Host. post eum. Aut ergo queritur de baptismo fluminis, & tunc. ¶ Aut queritur de primo. f. quae sit forma, & dic quod ad eius formam seu essentiam duo necessaria sunt. f. verbum & elementum aquae, vt hic, & §. eo. c. j. & dic secundum Pe. q. forma latinorum est. §. c. ca. j. vnde necessarium est q. obseruetur forma verborum, videlicet q. baptizans, dicat immergendo baptizandum ter, Petre, ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti amē. vt ibi, & hic, sed & sufficit vnica immersio si consuetudo terrae hoc approbet, de conse. di. 4. de trina. vt notant Innoc. & Host. §. eo. c. j. glo. j. & in hoc concordant Pet. de Taranthasia, Tho. & Abb. dicentes tamen, q. probabilior est consuetudo, quae ter immergit, quia significat fidem Trinitatis, & triduum sepulturae Christi. Hæc tamen significatio non est de substantia sacramenti secundum eos cum quibus concor. Frater Ioan. in summa. conf. rubr. de bapt. q. 15. vtrum debeat fieri. &c. Sed tamen hoc pronomen ego, & amen, non sunt de substantia, sed de condentia, aliis euidentia secundum Pet. Alacit. sic, puto q. pronome ego, dimitti potest, si aliquis vult sine magna culpa, sed dico q. tutius est ponere. Tho. etiam in vltima parte summa. q. 66. arti. 5. concordat cum Pe. ¶ Aut queritur de secundo. f. quis defectus characterem ipsius sacramenti, & tunc, aut est defectus ex parte elementi aquae, vt quia aliquis intendit baptizare, & baptizat cum salina vel vino, aut ex parte immersionis seu asperisionis, aut est defectus, ex parte, verborum, aut est defectus ex parte baptizantis, aut ex parte, baptizati. Si ex parte elementi, tunc. Aut nihil est ibi aquae, & tunc impeditur sacramentum baptismi, nam aqua est necessaria, nec sufficit vinum vel alius liquor, dicente domino. Io. 3. c. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit regnum caelorum, vt hic. & §. eo. c. j. & j. q. j. c. detrahe. vbi de hoc. & de conse. di. 4. c. j. & c. firmissime. Aut est ibi aqua, cum vino, vel alio liquore mixta, & tunc Hostien. in sum. eo. tit. j. quae sit eius forma. ver. quid si alius liquor, & hic dicit, q. cum generalis consuetudo ecclesiae teneat, q. in aqua sola & pura sine alia mixtura detur hoc sacramentum, quae seruanda est, vt §. tit. j. pernitiosus. de conse. dist. 4. de trina. videtur omni no alia forma reprobanda, vt ibi, & j. de heret. ad abolendum. vnde & si fortuito casu, hoc etiam factum sit tutius videtur, quod talis iterum baptizetur, iuxta consilium datum. §. eo. c. 2. Possent tamen vt hic dicit, circa hoc distinguere, vtrum fatis maior pars sit de aqua, & tunc diceretur baptizatus, vel de alio liquore, & tunc non esset baptizatus. arg. in eo quod no. §. tit. j. in quadam. in fi. & c. cum Marthae. §. quæsiuit. primum tamen est tutius secundum eum. Et ista distinctio tenet Ioan. de conse. dist. 4. c. baptismi vicem. super verbo necessitatis. pro quo. 4. q. 3. §. ite hermophroditus. & ff. de sta. ho. l. quærit hermophroditus. & ff. Gof. in summa. eode. titu. §. ite quid si aquae Tho. verò dicit, quod permixtio potest esse duplex. Vna quae tollit speciem, sicut quando per alterationem transit in aliam speciem, sicut per putrefactionem aliquam, vel digestionem tranfiuit in vinum. Aut etiā per additionem tantam alterius liquoris, quod soluatur species aquae, sicut si parū aquae multo vino admiscetur, alia permixtio est quae non tollit speciem aquae, sicut quando alteratur aqua, secundum aliquod accidens, & manet species, vt patet in aqua calefacta, vel quando additur aliquid aquae, vel quod non commiscetur sicut aliqua solida ponuntur in aliqua aqua, vel si sit commixtibile, sicut aliquod humidum, cum sit tara parua quantitas quod commixtionem non facit, sed in aqua penitus conuertitur, in aqua ergo primo modo permixta non potest fieri baptismus, quia iam non est aqua in aqua, aut secundo modo permixta potest fieri. Quando autē mutata sit species, vel non cognosci potest ex raritate & densitate, vel quando humor aliquis non rarefieret calido, vel non confringeretur frigore, sicut aqua, sed aliter, vt patet in vino, vel oleo, lacte & huiusmodi. Vnde in aqua maris potest fieri baptismus, & cū his concordant Pet. & Ala. & alij theologi vt dicit frater Ioan. in sum. confel. tit. de sacra. non iterum rubricella de bap. q. om. 13. vtrum baptismus possit fieri. &c. Item dicit Tho. quod in lixiuio & in aquis sulphureis, & in alijs aquis quae ex terra, per quam transeunt, immutantur, potest fieri baptismus. Similiter si aqua paludis esset in tantum degressa, q. recederet à vera raritate aquae, non esset baptismus, sicut si esset lutum, aliis esset baptismus, quia adhuc manet species aquae. ¶ Dicit Alber. tus, q. in tali aqua sicut est brodium pinguium vel huiusmodi quae infrigidata congelantur, & constant, & ceruisia & vrina, & lixiua quae multam habet commixtionem acutorum corporum, & similiter in aquis quas faciunt archimista ad mutanda

metalla.

¶ Si queratur quae sit forma baptismi, & vtrum, & quis, defectus impediatur characterem ipsius sacramenti, distingue, quia. ¶ Tres sunt species baptismi. f. fluminis, & fluminis, & sanguinis, vt §. c. proxi. de conse. di. 4. c. baptismi vicem. & c. cathecuminum. & c. nam, & c. non dubito. & nota. Ber. j. tit. j. c. 2. & Host. post eum. Aut ergo queritur de baptismo fluminis, & tunc. ¶ Aut queritur de primo. f. quae sit forma, & dic quod ad eius formam seu essentiam duo necessaria sunt. f. verbum & elementum aquae, vt hic, & §. eo. c. j. & dic secundum Pe. q. forma latinorum est. §. c. ca. j. vnde necessarium est q. obseruetur forma verborum, videlicet q. baptizans, dicat immergendo baptizandum ter, Petre, ego baptizo te in nomine patris, & filij, & spiritus sancti amē. vt ibi, & hic, sed & sufficit vnica immersio si consuetudo terrae hoc approbet, de conse. di. 4. de trina. vt notant Innoc. & Host. §. eo. c. j. glo. j. & in hoc concordant Pet. de Taranthasia, Tho. & Abb. dicentes tamen, q. probabilior est consuetudo, quae ter immergit, quia significat fidem Trinitatis, & triduum sepulturae Christi. Hæc tamen significatio non est de substantia sacramenti secundum eos cum quibus concor. Frater Ioan. in summa. conf. rubr. de bapt. q. 15. vtrum debeat fieri. &c. Sed tamen hoc pronomen ego, & amen, non sunt de substantia, sed de condentia, aliis euidentia secundum Pet. Alacit. sic, puto q. pronome ego, dimitti potest, si aliquis vult sine magna culpa, sed dico q. tutius est ponere. Tho. etiam in vltima parte summa. q. 66. arti. 5. concordat cum Pe. ¶ Aut queritur de secundo. f. quis defectus characterem ipsius sacramenti, & tunc, aut est defectus ex parte elementi aquae, vt quia aliquis intendit baptizare, & baptizat cum salina vel vino, aut ex parte immersionis seu asperisionis, aut est defectus, ex parte, verborum, aut est defectus ex parte baptizantis, aut ex parte, baptizati. Si ex parte elementi, tunc. Aut nihil est ibi aquae, & tunc impeditur sacramentum baptismi, nam aqua est necessaria, nec sufficit vinum vel alius liquor, dicente domino. Io. 3. c. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto non intrabit regnum caelorum, vt hic. & §. eo. c. j. & j. q. j. c. detrahe. vbi de hoc. & de conse. di. 4. c. j. & c. firmissime. Aut est ibi aqua, cum vino, vel alio liquore mixta, & tunc Hostien. in sum. eo. tit. j. quae sit eius forma. ver. quid si alius liquor, & hic dicit, q. cum generalis consuetudo ecclesiae teneat, q. in aqua sola & pura sine alia mixtura detur hoc sacramentum, quae seruanda est, vt §. tit. j. pernitiosus. de conse. dist. 4. de trina. videtur omni no alia forma reprobanda, vt ibi, & j. de heret. ad abolendum. vnde & si fortuito casu, hoc etiam factum sit tutius videtur, quod talis iterum baptizetur, iuxta consilium datum. §. eo. c. 2. Possent tamen vt hic dicit, circa hoc distinguere, vtrum fatis maior pars sit de aqua, & tunc diceretur baptizatus, vel de alio liquore, & tunc non esset baptizatus. arg. in eo quod no. §. tit. j. in quadam. in fi. & c. cum Marthae. §. quæsiuit. primum tamen est tutius secundum eum. Et ista distinctio tenet Ioan. de conse. dist. 4. c. baptismi vicem. super verbo necessitatis. pro quo. 4. q. 3. §. ite hermophroditus. & ff. de sta. ho. l. quærit hermophroditus. & ff. Gof. in summa. eode. titu. §. ite quid si aquae Tho. verò dicit, quod permixtio potest esse duplex. Vna quae tollit speciem, sicut quando per alterationem transit in aliam speciem, sicut per putrefactionem aliquam, vel digestionem tranfiuit in vinum. Aut etiā per additionem tantam alterius liquoris, quod soluatur species aquae, sicut si parū aquae multo vino admiscetur, alia permixtio est quae non tollit speciem aquae, sicut quando alteratur aqua, secundum aliquod accidens, & manet species, vt patet in aqua calefacta, vel quando additur aliquid aquae, vel quod non commiscetur sicut aliqua solida ponuntur in aliqua aqua, vel si sit commixtibile, sicut aliquod humidum, cum sit tara parua quantitas quod commixtionem non facit, sed in aqua penitus conuertitur, in aqua ergo primo modo permixta non potest fieri baptismus, quia iam non est aqua in aqua, aut secundo modo permixta potest fieri. Quando autē mutata sit species, vel non cognosci potest ex raritate & densitate, vel quando humor aliquis non rarefieret calido, vel non confringeretur frigore, sicut aqua, sed aliter, vt patet in vino, vel oleo, lacte & huiusmodi. Vnde in aqua maris potest fieri baptismus, & cū his concordant Pet. & Ala. & alij theologi vt dicit frater Ioan. in sum. confel. tit. de sacra. non iterum rubricella de bap. q. om. 13. vtrum baptismus possit fieri. &c. Item dicit Tho. quod in lixiuio & in aquis sulphureis, & in alijs aquis quae ex terra, per quam transeunt, immutantur, potest fieri baptismus. Similiter si aqua paludis esset in tantum degressa, q. recederet à vera raritate aquae, non esset baptismus, sicut si esset lutum, aliis esset baptismus, quia adhuc manet species aquae. ¶ Dicit Alber. tus, q. in tali aqua sicut est brodium pinguium vel huiusmodi quae infrigidata congelantur, & constant, & ceruisia & vrina, & lixiua quae multam habet commixtionem acutorum corporum, & similiter in aquis quas faciunt archimista ad mutanda

metalla, nō potest fieri baptisimus, quia mutatur species aque, dicit et q. in aquis sulphureis, siue terrenis potest fieri baptisimus. Itē dicit q. melius esset q. sacerdos faceret fieri aqua calidā, quia paruuli quandoque ita penetrantur frigore aque, qd contrahunt mortales infirmitates & moriuntur, et idē recitat frater Io. in d. q. f. 13. Ego verō iuxta consiliū Augustini dicitis, ene certū, & dimitte incertū, de pœni. distin. 7. si quis autē, iterū baptizā rem eum iuxta. c. 2. s. eo. & vt s. no. Hostien. Itē in aqua roseacea. i. quæ fit de rosīs non potest fieri baptisimus, vt dicit Theo. tertia parte sum. q. 66. artic. 4. & Ioann. Andr. hic post eum. An autē ex pane confecto ex tali aqua roseacea fiat verū sacramentū, seu sacrificiū, notat Archid. de consecra. distin. 2. c. j. dicens frater Tho. tenere quod non, quod videri potest. 3. parte sum. q. 74. arti. 7. in fi. secundum Io. Andr. Si est defectus ex parte immersionis seu spersionis, refert. Aut baptizare volens nec immergit baptizandū in aqua, nec spargit aquā super eū; & tunc non est baptisimus, vt hic. Aut eū immergit non tñ totū perfunditur, seu spargitur caput, quod est potissima pars corporis humani, vel præter caput, maxima pars corporis, & tunc Hug. de consecra. di. 4. ca. propriè credit eū baptizatū alias non. ar. ff. de reli. & fump. fu. l. cū in diuersis. vel dic vt dicit Io. ibi super verbo triū milium. baptizari, etiā si aqua cadat super pedē, arg. de consecra. di. 4. quāquā. sic & alibi sufficit possidere partem fundi ad hoc vt quis possideat totū, dum tamen eius animi sit vt totū intendat possidere, vt ff. de acquir. poss. l. possideri. §. j. sic de pœni. di. j. vulgaris. idē Inno. s. e. c. proxi. dicens, q. et i. modica stilla aque proiectæ baptizante eum tangat, baptizatus est, quod satis videtur consonare iuri & æquitati, licet primū tutius sit. idē Hostiē. ibi, & in sum. e. tit. §. quæ sit eius forma. vt licet aut puer, & de hoc p. Gof. in sum. eo. tit. §. itē quæritur quid si nō habeatur, vbi nullā opi. eligit. In isto verō articulo Tho. dicit q. baptisimus ablutioe importat, ablutio aut per aquā potest fieri non tātum p. modū immersionis, sed et per modū asperisionis vel effusionis, & ideo vtroq. modo potest fieri baptisimus, & videtur quod apostoli hoc modo baptizarunt cū legatur, quod simul vna die conuersi sunt quinque milia, & alia die tria milia. actū. 2. & 3. & probatur in c. alle. propriæ. Et ideo quando consuetudo ecclesiæ patitur vel quando necessitas incumbit propter defectū aquæ, siue periculū pueri de cuius morte timetur, vel et propter imbecillitatē sacerdotis non potentis sustentare infantē, potest sine immersione baptisimus celebrari, & sufficit quod caput aspergatur vel immergatur, & sic totū corpus reputatur aspersum. In parte principaliori. idē dicit Ala. secus iurē esse in alijs partibus, cū his concordat Pe. Albertus autē dicit quod licet asperisione fieri possit baptisimus, non tamen mihi videtur laudabilis consuetudo, sed immergendo consuetudo laudabilior est, & idē dicit in vltima parte sum. q. 66. articulo. 7. idem frater Io. in sum. ma. consecra. rubricella de baptisimo. q. 14. vtrū immersio & c. Itē ponit Abbas quæstionē hic de illo qui dū ad remota ecclesiā deferret puerū baptizandū apparentibus in via signis mortis in puero, nec aqua possit habere nisi in quodā puero. de quo citra mortē pueri aqua educi, non poterat, verū militer dixit, ego te baptizo in nomine patris, & filij, & spiritus sancti, & dicendo ista verba proiecit eū in aquā qui submersus est, nunquid est baptizatus, vt possit in cimiterio sepeliri. Respondet quod fuit per lectorē prædicatōrē in monte pessulano determinatū quod non, & dicit, q. multi canonice tunc fuerunt id detestari dicentes, quod cum verbū, & elementum ibi concurrerent, dici debet non immerito baptizatus. arg. huius c. Dicit aut post se magistrū suum consuluisse, qui respondit quod non erat baptizatus, quia in baptisimo non tñ requiritur immersio cū solennitate verborū, imo & eleuatio ab aquis, per quā resurrectio designatur. de consecra. dist. 4. propriæ. quod quia in casu proposito defuit, non fuit baptizatus. ita dicit hic Abbas & Ioā. Andr. post eum. In hoc concordant Ric. & Alen. lib. 4. eo. tit. articulo. 6. quidam dicunt de puero de super pontem in aquā proiectū. f. quod nō sit baptizatus, licet præiciens intendat baptizare, quia illa immersio ex sui natura non ordinabatur ad eleuationē pueri, ab aqua, sed ad submersionē, secus dicit si baptizare intendens, & verba in quibus consistit forma proferens puerū, ponat in calato, & cū chorda ligata ad calatū in puteū dimittat, & ablutū extrahat, quia ibi est immersio & eleuatio ab aqua. Si est defectus ex parte verborū, tunc, aut quia baptizans nulla verba profert, sed. solū in mersione, seu asperisione facit, & tūc nō est baptizatus, quia alterū essentialiū deficit. f. verbū, vt hic, & s. e. c. j. & in calle. propriæ. de consecra. distin. 4. & Math. vl.

ti. c. j. q. j. detrahe. Aut profert verba omnino tñ impertinentia ad baptismum, & tunc idem. & est ratio per eadē iura. Et quia paria reputantur, nulla verba proferre, & proferre aliqua, sed impertinentia. ff. de verb. oblig. l. j. §. si quis ita ver. contra. & linter stipulante. §. si stipulante. & in situ. de inuti. stipul. §. præterea præstat argumen. ff. de condi. & demon. l. cum ita legatum. §. de transla. episcopi. inter corporalia. §. sed neque. Aut profert verba pertinentia, sed defectiue mutando. f. formam. & tunc dicit Pet. quod mutatio circa formam baptismi dupliciter potest fieri. f. aut circa formā intelligibile. i. circa significationem, seu modū significationis, aut circa formā sensibile tantum. i. circa voces. Prima forma est omnino determinata, ideo eius mutatio destruit formā, non. n. data est vis nisi in nominibus personas ipsas significatibus, vnde si diceretur, Ego baptizo te in nomine genitoris & geniti, & flaminis almi, non est baptizatus, quia genitor & genitus non significant personas modo principales, sed actus notionales potius secundum eū, hoc etiā notat Inno. s. eod. c. j. in glo. 2. in princ. & et. Hostien. Abb. & Io. Andr. post eū. ibi & concordant Tancr. & Vincen. j. eod. c. penul. licet Gof. in hoc contra in sum. eod. tit. ad fin. §. itē pone. & Hostien. in sum. eod. ti. 2. quæ sit eius. ad. fi. versic. quid si quis. & Io. de consecra. distin. 4. multi. sed Lau. & Ioan. de Deo. & Hug. tenent primā opi. & idē videtur tenere ibi Archid. in glo. penul. Et cum ipsa prima opinio concordat quod dicunt beatus Tho. super 4. sententiarū. & Pe. dicentes. q. si dicatur. Ego baptizo te in nomine trinitatis non valet baptismus. Itē dicunt quod licet in primitiua ecclesia baptizarent in nomine Christi hoc non licuit sine familiaris consilio spiritus sancti. f. vt nomen Christi amabile redderetur & ampliaretur, & hoc et nunc ecclesia possit si speciale, præceptū a spiritu sancto haberet, non autem propria auctoritate, vnde non valet talis baptismus, vt communiter dicunt Theologi, quāuis quidā contradicant. & in hoc satis concordant Alber. & frater Io. in sum. consecra. rubricella de baptisimo. quæstione. 12. vtrū sit baptismus. & c. eandē opinio. tenet Hugo. de consecra. distin. 4. a quodā. idem videtur tenere Hostien. in sum. e. ti. §. quæ sit eius forma sub. §. quid si dicat. & sub. §. quid si quis baptizetur. Sed Io. & Lauren. in calle. a quodam, dicunt quod non debet aliquid baptizari in nomine Christi, si tamen baptizetur valet baptismus, & idem Goffred. in sum. eod. ti. §. itē nunquid baptizatur in nomine Christi. & s. de sū. Trini. c. j. & hoc idem videtur tenere Bern. s. eod. c. capi. 1. sed pro prima opi. facit expressē s. eod. cap. j. vt no. Archid. in cap. alleg. a quodam. glo. penul. qui in illa opin. declinare videtur. & Alen. lib. 4. eod. ti. articulo. §. q. 3. vbi plenē de ista materia. Secunda. f. vocalis forma non ita determinata est, quia in diuersis linguis baptizari potest. hæc autem forma mutari potest tripliciter. Aut secundū substantiā, aut secundum ordinē, aut secundum quantitatem. Secundum substantiam dupliciter, aut secundum totam substantiam. f. variando. Aut secundū partem. f. corrumpendo. Si sit mutatio secundum totam substantiā, quia ponitur omnino alia forma verborū, tunc. Aut manet eadē significatio & modus significandi, & talis mutatio non obest, quia baptizatur in qualibet lingua secundum Petrum quo concordat Hostien. in sum. eod. ti. §. quæ sit eius forma ad finem sub. §. quid sit latinus. vbi dicit quod si latinus, non in latina lingua, sed Græca, vel Hebrea, vel alia extranea baptizatus, & profert verba congrua, & apta, baptismus tenet, Nam & apostoli varijs linguis loquebantur. nā forma realis potius attendenda est quā verbalis. de consecra. distin. 4. retulerunt & in hoc concord. Io. in c. multi. ea. distin. 4. & Tancr. & Vincen. eod. cap. penul. & Ioan. Andr. s. eod. cap. j. Aut non manet, & talis mutatio obest, quia mutatur forma intelligibilis, ideo non est baptismus si dicatur in nomine genitoris & geniti & flaminis almi, secundum Pe. idem Alber. Si sit mutatio secundum partem. tunc aut tanta est mutatio quod non remanet eadē significatio non solū secundum instōnem primæ impositionis nominis, sed nec secundū accommodationē vsus, & tunc non valet baptismus. Aut non tanta quā maneat eadē significatio secundū accommodationē vsus, licet non secundū regulārē formā primæ instōnis, & tunc est baptismus si fiat ex simplicitate, non ex perueritate, siue fiat a parte ante, siue a parte post. Dicit autē Tho. quod hoc præcipue accidit, quod sensus locutionis remanet quando corruptio est a parte finis, sed mutatio ex parte principij variat significationem, vnde corruptio talis, maximē si est magna, omnino sensum locutionis auferret, cum hoc etiam dicto Thom. concord. Alber. Vnde Zacharias Papa reputat baptizatum cum qui a quodam sacerdote ignaro latini

